

H. Brauer.
München 1840.

4002

Iste liber est Monasterij Benedictinorum

SVMMA CONCILIORVM ET PONTIFICVM A PETRO VSQVE AD

collecta per F. Barth. Carranzam Miranden. ordinis prædicatorum.

F. S.

Adiectis ad finem canonibus aliis Concilij Nicæni, nuper repertis.

Accesserunt etiam statuta quædam Synodalia Parisiensis, & Senonensis Ecclesiæ, nuper ex manuscriptis exemplaribus in lucem prolata.

Cum indice nouo copiosissimo.

LVGDVNI,
Apud Horatium Cardon.

M DC.

QVÆ IN HOC VOLVmine continentur.

Canones Apostolorum.
Summa omnium Conciliorum, in qua hi Canones adiecti sunt.
Canones sextæ synodus generalis.
Septima synodi generalis, & canones eiusdem.
Octaua synodus generalis, & canones eiusdem.
Canones concilij Ephesini generalis.
Decretalis Martini quinti & Calisti tertij de annui census licita emptione & venditione explicatio.
Acta, & Canones concilij Tridentini generalis.
Summa aliorum canonum concilij Nicæni.
Synodalia quædam statuta Parisiensis & Senonensis Ecclesiæ.

BIBLIOTEKA * KORNICKA *
14058
10 a 1950

ADMODVM ILLVSTRI
& Præclaro Domino Diego Hurtado Mẽdozæ, apud Remp. Venetorum oratori, & in ſacroſancta ſynodo Tridentina Cæſareæ maieſtatis vicegerenti, F. B. Bartholomæus Carranza Miranden. Inſtituti S. Dominici.
S. D.

CVM mecum hiſce diebus voluerem, Diege, magnum & nobilitatis & ſtudiorum decus, & noſtræ laus Hiſpaniæ, quid mihi potiſſimum agendum foret dum Deus Opt. Max. viam aliquam oſtendit concilio futuro, ſi quando, nunc admodum neceſſario, in tantis eccleſiæ procellis, & vitæ malis, ſubiit animum relegere maiorum noſtrorum acta in conciliis antiquioribus. Et puduit me, vt ingenuè fatear, noſtrorũ morum, expuere libuit in ſinum, ſubinde repetens, En à quanto culmine decidimus, en ſegnitiẽ, & oſcitantiã noſtrã, en gentem à Chriſto & redemptam, & factam rerum dominam! Vbi illechari-

tatis ardor? Vbi animus τῶν χρημάτων κρήττων? Vbi dolorum & mortis contemptus dum gregem traditum custodirent? Denique nihil ferè conuenit præsenti rerum statui, si quis attentius conferat cum illo quem cernere licet in scripturis conciliorum. Quod vt facilius contemplari possem, excerpsi epitomen quandam collatione exemplariorum tum Latinorum tum Græcorum quoad eius fieri potuit. Quam quum vtilem fore multis arbitrarer, ne idem illis subeundum esset fastidij & laboris, præsertim quibus aut euoluere non vacat, aut comparare non possunt tantam librorum farraginem, è re communi me facturum putaui, si quod mihi sudaram, omnibus impertirem. Proposui verò aliquot quæstiones, velut operis præcursores, necessarias, ni fallor tractaturis Germaniæ hæreses: Itaque sub tuo nomine editur hoc quicquid est libelli, tum vt studiosis vel ob hoc sit in pretio, tum vt tibi, cui omnia debeo, incipiam nouo ære obligari, si sensero ea suscepisse fronte, qua vel minutissima, quæ tamen ad rem literariam pertinent, amplecti soles. Vale in Christo Iesu.

Die

DIEGVS HVRTADVS MENDOZA F. BARTHOlomæo Mirandæ S.

PVLCHRVM *est aliquid in dicendo posse, quo ab hominibus laude dignis approberis: pulchrius ea, quæ mente conceperis, oratioñeque expresseris, scripto mediocriter explicare: pulcherrimum, orationi, atque scripto studium & laborem adiungere, ne aliquid deesse videatur quominus & bonis viris, & multis admirationi sis. Horum primũ, cuius quidem velut parentes altricésque sunt prudentia & eloquentia, te penitus cõsecutum fuisse, locupletissimi testes esse poterunt, qui te Bartholomæe Mirãda, vel in sacrarum literarum Gymnasio (quas publicè profiteris) vel in publica concione audierunt: vltimũ verò, quod semper cum medio coniunctum est, tum*

multis aliàs: tum hoc edito libro, in quo breui compendio conciliorum prolixitatem circuncidisti, tã vt multa in eorum libris abundare, in hoc nihil deesse ostenderis, adeò præstitisse visus es, vt prudentissimi viri in eligendo, magni oratoris atque philosophi in disponendo, maximi theologi in considerando, atque declarando quæcunque legentibus impedimento ob difficultatem obscuritatémque futura forent, partes compleueris. Quòd autem nomen meum in tuis scriptis & conspici & legi voluisti, maximas tibi gratias ago. Vale, Nonis Ianuarij, Venetijs.

INDEX

INDEX PONTIFICVM
Romanorum Alphabeticus.

A Deodatus. 311
Adrianus primus 358. Secũdus 397. Tertius 419. Quartus 419. Quintus 431. Sextus 473
Agapetus primus 210. Secundus. 415
Agatho. 311
Alexander primus 16. Secundus 417. Tertius 419 Quartus 430. Quintus 436, Sextus. 465
Anacletus. 13
Anastasius primus 125. Secundus 201. Tertius 415. Quartus. 419
Anicetus. 19
Antherus. 23
B Enedictus primus 247. Secundus 351. Tertius 391. Quartus 414. Quintus 415. Sextus ibid. Septimus ibid. Octauus 416. Nonus ibid. Decimus 417. Vndecimus 432. Duodec. 434
Bonifacius primus 149. Secundus 209. Tertius 263. Quartus 264. Quintus 267. Sextus 414. Septimus 415. Octauus 432. Nonus. 435
C Aius. 31
Calistus primus 21. Secũdus 418. Tertiꝰ. 461
Christophorus. 414
Clemens primus 12 Secundus 416. Tertius 419. Quartus 430. Quintus 432. Sextus 431. Septimus. 473
Cletus. 12

Nicolaus primus 391. Secundus 417. Tertius 431. Quartus 432. Quintus. 461
Paschalis primus 390. Secundus. 418
Paulus primus 358. Secũdus 463. Tertius. 473
Pelagius primus 234. Secundus. 248
Petrus 12. eius primatus. 14
Pius primus 12 14. & 18. Secundus 463. Tertius. 465
Pontianus. 23
Romanus. 414
Sabinianus. 263
Sergius primus 351. Secundus 391. Tertius 415. Quartus. 416
Seuerinus. 291
Syluerius. 211
Simplicius Papa. 196
Syricius Papa. 104
Sisinius. 352
Sixtus primus 17. Secundus 29. Tertius 157. Quartus. 463
Soter Papa. 19
Stephanus primus 29. Secundus 358. Tertius ibid. Quartus 390. Quintus 414. Sextus ibid. Septimus 415. Octauus ibid. Nonus. 417.
Syluester primus 43. 52. & 53. Secundus 416
Tertius. 416
Symmachus Papa. 201
Theodorus primus 291. Secundus. 414
Telesphorus. 17

VAlentinus Papa. 390
Victor primus 20. Secũdus 416. Tertius. 417
Vigilius Papa. 211
Vitalianus Papa. 304
Vrbanus primus 21. Secundus 417. Tertius 419.
Quartus 430. Quintus 435. Sextus ibid.
Xystus, vide supra Sixtus.
ZAcharias pontifex. 353
Zepherinus. 21
Zosimus Papa. 148

INDEX CONCILIORVM Alphabeticus.

AGripp inense seu Colonienſe. 77
Agathense. 159
Ancyranum. 33
Antiochenum. 30
Antiochenum quoddam concil. inſertum actioni 13. Chalce. concilij. 77
Antiſiodorenſe. 264
Apoſtolorum concilium primum ſub Petro. 12
Aquileienſe. 165
Arauſicanum. 166
Arelatenſe primum 63. Secundum 70. Tertium. 174
Auernenſe. 233
Aurelianenſe primum 206. Secundum 224. Tertium 226. Quartum 234. Quintum. 244

B Asilienſe concilium. 447
Belnacenſe. 474
Bracarenſe primum 286. Secundum 289. Tertium 310
C Abilonenſe. 303
Cæſaraugustanum. 208
Carpentoracten ſe. 174
Carthaginenſe ſub Cypriano. 27
Carthaginenſe primum 72. Secundum 110. Tertium 111. Quartum 117. Quintum 125. Sextum 149 Septimum. ibid.
Chalcedonenſe. 175. & 181
Colonienſe. 77
Conſtantinopolitanum primum 101. Aliud 215. Aliud 312. & 328. Aliud. 397
Conſtantienſe. 436
E Libertinum. 54
Epaunenſe. 200
Epheſinum. 151 153. 474
Clerentinum. 454
G Angrenſe. 65
Gerundenſe. 207
H Ieroſolymitanum primum 12. Secundum. 89
Hiſpalenſe primum 249. Secundum. 267.
Illerdenſe. 203
L Aodicenſe. 93
Lateranenſe. 292. 420. 465
M Aguntiacum. 380
Matiſconenſe primum 258. Secundum 259

Mileuitanum. 142
Neocæsariense. 41
Nicænum primum 45. *Secundum* 358
Parisiense. 243
Regiense. 158
Remense. 389
Romanum. 53. 77. 196. 202
Sardicense. 82
Seleucienſe Arrianum. 474
Syrmienſe. 89
Tarraconense. 197
Tauritanense. 125
Tolense. 104
Toletanum primum 127. *Secundum* 210. *Tertium* 250. *Quartum* 272. *Quintum* 283. *Sextum ibid. Septimum* 291. *Octauum* 295. *Nonũ* 297. *Decimum* 300. *Vndecimum* 305. *Duodecimum* 348. *Decimumtertium.* 352
Triburiense. 411
Tridentinum. 475. *& deinde.*
Turonense primum 195. *Secundum.* 238
Valentinum Galliæ. 103
Valentinum Hiſpaniæ. 205
Valense. 172
Veneticum. 194
Vormaciense. 387

CONCILIORVM ORDO.

Hierosolymitanum primum. 12
Carthaginen. de rebapt. 27
Ancyranum. 33
Neocæsarien. 41
Nicænum primum. 45
Romanum. 53
Elibertinum. 54
Arelatense primum. 63
Gangrense. 65
Arelatense secundum. 69
Carthaginense primum. 72
Romanum aliud. 77
Colonien. 77
Antiochenum. 29.76
Sardicense. 82
Hierosolymitanum secundum. 89
Syrmien. 89
Laodicense. 93
Constantinop. primum. 103
Valentinum Galliæ. 103
Telense. 104
Carthaginen. secundum. 110
Carthaginen. tertium. 111
Carthaginen. quartum. 116
Tauritanense. 125
Carthaginen. quintum. 125
Toletanum primum. 127
Mileuitanum. 142
Carthaginen. sextum. 149
Carthaginen. septimum. ibid.

Ephesinum primum. 153
Rhegiense. 158
Agathense. 159
Aquileiense. 165
Arausicanum. 166
Vasense. 172
Carpentoracten. 174
Arelatense tertium. *ibid.*
Chalcedonen. 175.181
Veneticum. 194
Turonense. 195
Tarraconen. 197
Epaunense. 200
Illerdense. 203
Valent. Hispaniæ. 205
Aurelianen. primum. 206
Gerunden. 207
Cæsaraugustanum. 208
Toletanum secundum. 210
Constantinop. cum aliis illud concernentibus. 215
Aurelianen. secundum. 224
Aurelianen. tertium. 226
Auernense. 233
Aurelianen. quartum. 234
Turonen. secundum. 238
Parisiense. 243
Aurelian. quintum. 244
Hispalen. primum. 249
Toletanum tertium. 250
Matisconen. primum. 258

Matisconen. secundum. 259
Hispalen. secundum. 262
Toletanum quartum. 272
Toletanum quintum. 383
Toletanum sextum. *ibid.*
Bracaren. primum. 286
Bracaren. secundum. 289
Toletanum septimum. 291
Toletanum octauum. 295
Toletanum nonum. 297
Toletanum decimum. 300
Cabilonen. 303
Toletanum vndecimum. 305
Bracaren. tertium. 310
Constantinop. aliud. 215. & 328
Toletanum duodecimum. 348
Toletanum tresdecimum. 352
Nicænum secundum. 358
Maguntiacum. 380
Vormacien. 387
Constantinop aliud. 397
Triburiense. 411
Lateran. primum. 292
Viennense. 433
Constantien. 436
Basilien. 447
Florentinum. 282
Lateranen. secundum. 420
Tridentinum concilium. 475. & dein.

RERVM IN HAC SVM-
MA CONCILIORVM MAXI-
mè insignium Index Al-
phabeticus.

Aaron sacerdotij origo. 24.269
Abbatissa p æsumens valere virginem, vel viduam, excommunicetur. 31
Abbatibus & presbyteris quando ad concilium veniendum. 264
Abbates episcoporum præcepta contemnentes, ad communionem non admittendi. 227
Abbates episcopi, monachi abbatibus subiecti. 206
Abbatis mensa qualis esse debeat. 390
Abbati vel monacho non licet ad nuptias ambulare. 266
Abbas non permittat mulierem ingredi monasterium. ibid.
Abbati non licet suscipere filios in baptismo. ibid.
Abiuratio hæreseos. 464
Abortum sponte faciens qua pœna plectatur. 203
Abortiuum facientes, aut natos suos necãtes, quot annis à communione priuandi sunt. 37
Abraham primus vocatus presbyter. 14
Abscindentes seipsos, ad clerum non perueniunt. 4.195

Absque Dei gratia quàm nihil voleamus. 179
Absolutio à peccatis quam curam desiderat. 348
Acta in synodo non firma sine authoritate Papæ. 198
Accusantium innocentes pœna. 259
Accusare quos, quibus non liceat. 14.232
Adæ prævaricatio omnes infecit. 168
Adulteriorum pœnitentia. 37.389
Adulteræ maritum, clericum fieri non posse. 195
Adorandus Christus una adoratione non duabus. licet in eo duæ sint naturæ. 221
Adulteris, ad mortem usque communio neganda. 37
Adultera quæ filium spurium genuit, & necauit, nec in fine communionem accipiat. 37
Adulter adulteram suam ne uxorem ducat. 413
Aetius hæresiarcha. 92
Abbatis Ioachin damnata opinio. 421.422
Aetate qua diaconi, & sacerdotes ordinentur. 161.275.276
Aetate qua sanctimoniales velentur. 161.166.333
Agapes ne fiant in ecclesia. 343
Aleatori communio in perpetuum neganda: emẽdatus autem post annum communicet. ibid.
Alea clericis interdicta. 339
Alienare res ecclesiæ non licere. 230.253
Altare dominicum quibus tantum oblationibus honorandum. 2.260
in Altaris sacramento quid offerendum 113

Alleluia

Alleluia in quo tempore decantari debeat. 274
Anabaptistarum error. 432
Angeli an sint corporei. 365
Anima hominis vnica. 405.433.467
Annatarum exactio sublata. 450
Annunciatio dominica. 300
Apocalypsis Ioannis. 275
Apostolorum omnium par electio est, tamen Petrus vt omnibus præemineret, à Christo institutus est. 213
Apostolicæ sedi obediendum. 216
Apostolica sedes concilio vniuersali, ac legitimè congregato subiecta est. 449
Apostolica sedes anathemate feriri potest per concilium. ibid.
Appellandum quibus quo sit. 200
Aquæ benedictæ virtus. 16
Ab Arrianis decem concilia celebrata. 475
Arbitrium liberum quenquam non potest per se erigere. 170
Arbitrium liberum gratia Dei egere. 168.179
Articuli Ioannis Vvicleff & Ioannis Huss damnati. 437
Arcendus nemo est à monachismo, propter scelus. 338
Archiepiscopi Toletani dignitas. 417
Archiepiscopus sine pallio Missam dicere non præsumat. 258
Armeniorum & Iacobinorum vnio cum Roma-

na Ecclesia. 455
Auinium emptione pontificij iuris facta. 435
Auguria, quibus potissimum vitanda. 264
Auspiciorum pœnitentia quæ. 340
Azyma Iudeorum comedere fidelibus non licet. 332.

B

BAculus signum dignitatis pastoralis. 401
Baptismus nō celebrandus nisi in Pascha & Pentecoste. 104
Baptismus. 19.20.40.72.273.457
Baptizatus ab hæreticis, nullo modo rebaptizari debet. 357
Balthasaris regis punitio. 29
Barbari sacerdotes vxoribus vti possunt. 335
Basilica ab episcopo aliquo in aliena diœcesi fundato, vnde dedicanda. 167
Benedictiones quæ quibus vetitæ. 163
Beguinarum, & Begardorum errores. 434
Berengarij palinodia. 417
Blasphemio & iuramēto quæ pœna indita sit. 18
Bigamis sacros ordines vetitos. 195.268
Bigamos, fieri episcopus non posse. 4. 175
Bis ordinari presbyter aut baptizari nō debet. 9
Bona episcopi ab ecclesiæ bonis diuisa sunt. ibid.
Bonorum temporalium cura etiam episcopo incumbit, sicut & spiritualium. 7
Bona ecclesiæ in quatuor partes diuidenda. 197

Bona

Bona ecclesiæ episcopo tantum commendata sunt, non data. 119.
Bona episcopi rapere clericis non licet. 180
Bona episcopi, aut ecclesiæ confiscans aut rapiens, anathemate punitur. 243
Bona ecclesiæ, religionis intuitu alienari possunt. 253
Bona per clericum comparata, inter clerum, & hæredes ex æquo dividenda. 298
Bona episcopi defuncti futuro imminuta seruentur. 336
Bona ecclesiæ non alienanda. 228
Boni in homine absque Deo nil fieri. 179
Bona opera quî fiant. 170

C

Calendarum Ianuarij observatio superstitiosa. 241.264
Canes venaticos sacerdotes ne habeant. 164.262
Canonica scriptura. 99.115.137.460.478
Canonicorum institutio. 381
Canonem, prosas, hymnos, præfationes Missæ canticis quis adiunxerit. 197
Cantet nemo in ecclæsia præter clericos deputatos. 95
Cardinalium numerus, & qualitas. 451
Cardinales Papæ assistant. 469
Cardinalibus attributa pontificis eligendi autho-

ritas. 297
Carthusiani. 418
Carnibus quare clerico non abstinendum. 288
Carnem & vinum tanquam malum qui abominabitur, ab ecclesia reijciendus. 8
Caseus & ouа in quadragesima non comedantur. 340
Catholicus habendus non est qui in Pascha, Pẽtecoste, & natali Domini nõ communicauerit. 39
Cathecumenorum promotio ad episcopatum. 399
Cathecumeni quo tempore baptizandi. 208
Castitas episcoporũ violata qua pœna puniatur. 296
Castitas seruanda presbyteris. 110
Castitatem professam violantes, quomodo tractandi. 179.243.245.254
Catholica ecclesia quæ. 45.254
Causæ clericorum vbi terminandæ. 230
Causam si clericus contra alium Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem examinentur. 177. 179.193
Cœna Domine qua deuotione honorãda. 257.347
Cereus Paschalis. 274
Clericorum libertas. 279
Clerici nuptijs interesse, quibus aut prohibitũ. 163
Clericus coram seculari iudice ne cõueniatur. 428
Clerici acephali. 383
Clerici, & monachi singuli cubent. 240
Clerici ne negotientur. 56.195.197

Clerici sine formatis ne peregrinentur. 105
Clerici ludicris spectaculis ne intersint. 98
Clericis deferendus honos. 262
Clericis grauamina non imponenda sine consilio & permissu pontificis. 427
Clericis mulierum consortia interdicta. 28
Clericus nunquam laicorũ vestimenta induat. 258
Clericus tabernam non ingrediatur vescendi gratia. 96
Clericus nec comam nutriat, nec barbam. 19
Clericus victum quærat honesto artificio vel agricultura. 121
Clericus in duabus ecclesiis non constituatur. 379
Clerici cum secularibus non habitent sine episcopi permissione. 225
Cypriani de baptismo hæreticorum sententia. 27
Cibus vt à Christianis sumendus. 380
Cistertiensis ordo. 418
Chrisma. 25. 130. 264
Christi vna subsistentia est, & persona. 220
vna & adoratio. 221
Christi naturæ duæ vna persona. 270
Christi vna persona, tres substantiæ. 306
Christi incarnatio. 306
Christi voluntas vnicáne an plures. 315
Christus vt pingendus. 344
Christus & eius discipuli habebant aliquid proprium. 431
Criminalia nunquam clericus iudicet. 179

Clodouei Regis Franciæ fides. 206
Cœlibatus sacerdotum. 110
Chorepiscopi. 100
Coma clericis interdicta. 19
Communicaturus, triduo saltẽ vxore abstineat. 40
Communicandum cuilibet singulis annis quoties. 425
Cometæ apparitio. 380
Conceptio Mariæ virginis. 453
Constantinopolitani episcopi officium. 379
Confugientes ad ecclesiam, quomodo protegendi. 166.207.351.385
Conceptio Mariæ virginis. 453
Concilium profanum in Nicæa ciuitate. 92
Concilium sine Rom. pontificis authoritate tritum. 39
Concilia decem ab Arrianis celebrata. 474
Concilia Metropolitanorum annua. 246
Concilia varia. 473. 474
Concilium primum celebratum in Hierusalem sub D. Petro fuit. 12
Concilia bis in anno ab episcopis celebrantur. 6
Confessio cui facienda. 303. 348. 357. 390. 425. 431
Confirmatio. 23.40.132.457
Coniugatus ne promoueatur ad sacerdotium. 58
Coniugans si vouet continentiam an possit venire ad secundas nuptias. 284
Coniugium contractum in quarta generatione, se

paretur

paretur. 387
Coniugij damnatio, quæ pœna. 286
Coniugia Christiana. 16
Consanguinei ne matrimonio iungantur. 21
Constantinus secundus Imperator baptizatus. 43
Corpus Domini in quo loco componatur. 238
Consuetudo obseruanda quæ contra fidē non est. 18
Corpus Christi non in azymo solùm, sed etiam in fermentato confici potest. 454
Corpus Christi verum, & sanguis in sacramento altaris. 420
Crapula clericis vitanda. 31
Creatura omnis corporea. 366
Curia à cruore dicta. 53
Curiam ne frequentent ecclesiastici. 53
Conciliorum statuta, & Pont. Rom. decreta custodiri debent. 253

D

DEmoniacos se simulātes, vt castigandi. 340
Decimarum exolutio. 260
Dedicata Deo secularia fieri non possunt. 180
Defunctorum suffragia. 234
Defunctorum oblationes retinentes, excommunicantur. 173
Defunctorum delationes minimè retinendæ. 231
Delicta omnia ab hominibus non punienda. 390
Deus vnus indiuisus in essentia, discretus in per-

sonis. 420
Dei verbum quomodo incarnatum. 155
Decimæ fructuum omnium sacris locis præstandæ. 260
Diaconus ante 25. annum ne ordinetur. 111.
Digami ad clerum admitti, non posse. 138
Diaconissa quæ post ordinationem nubit, quæ pœna. 225
Diaconi non sint negotiatores. 112
Diaconi non protestantes in ordinatione, vxores ducant, protestantes minimè. 35
Diaconus coram presbytero ne sedeat. 70
Diaconissa ordinanda 40. annos nata sit, & si nubat post ordinationem, anathema sit cum eo cui nupsit. 178
Diaconi votum emittant & presbyteri. 277
Diacones septem de quibus in Actis Apostolorũ sunt qui mensis ministrant, non qui altaribus 333
Diebus dominicis, & alijs festiuitatibus verbum Dei prædicandum. 384
Dimitte nobis debita nostra, etiam iusti verè dicunt. 143
Diœcesis vt visitetur ab episcopo. 289
Dionysius Areopagita. 320
Diuersitas in religione prohibita. 273
Diligere Dei donum est. 71
Dominicæ dies obseruatio. 231.259
Domus episcopi qualis esse deberet. 262

Dominicis diebus, & sabbatis quadragesimæ non ieiunetur. 340
Docere populũ solis episcopis ex officio datum. 333
Doctoris nomen quibus concessum est. 208
Domina ancillæ interfectrix, qua pœna punienda. 37
Donare parentibus non licet episcopo ex bonis ecclesiæ. 6
Dualitas naturarum in Christo in vnitate personæ. 219
Ducens vxorem præter canonicas sanctiones, qua pœna plectendus. 330
Duplex verbi natiuitas. 192

E

EX dispensationibus incautè datis orta scandala. 353
Ebrietas mala. 31.386
Ecclesiæ facultas quadripartienda. 52
Ecclesiæ Romanæ laus. 25.31.39.40.44
Ecclesiam suam episcopus, an mutare possit. 16.23
Ecclesiarum restauratio, vt facienda. 212
Ecclesiarũ serui à publicis angarijs immunes. 257
Ecclesiasticæ res non profanandæ. 18
Ecclesiastici à secularibus ne iudicentur. 261
Ecclesiarum omnium primam Romanam esse. 196
Ecclesiæ reuerentia ad se confugientes protere debet à persequentibus. 166.207

Electionis iuridicæ triplex forma, per spiritum sanctum, per scrutinium & per compromissionem. 426
Electio pontificis confirmatur ab Imperatore Pio secundo. 391
Eleemosynæ prosunt defunctis. 411
Episcopi cũ iudicibus idola destruere debent. 255
Episcopum mulieres prosequi non debent. 239
Episcopus ecclesiam suam non dimittat. 316
Episcopalis sedes, vt constituenda. 355
Episcopatus precio non comparandus. 245
Episcopus qui per pecuniam ordinationem facit, quæ pœna. 175.205.242.304.334
Episcopus à quibus accusandus, & ordinandus. 244.2.13.19.46.65.
Episcopus consecrandus quæ nosse debeat. 377
Episcopus de vna parochia in aliam non transeat 79.82.177
Episcopus vt ecclesiã pro alia mutare possit. 424
Episcopi ordinandi examen. 115
Episcopi defuncti hæres est ecclesia sua. 249
Episcopi sententia timenda, etiam iniusta. 22
Episcopi fœmineo tactu polluti confessio. 302
Episcopi quàm venerandi. 405
Episcoporum causæ à Romano episcopo iudicandæ. 83
Episcopus in necessitate clerum alat. 8
Episcopus eligi potest à Rege. 950
Episcopus successorem sibi eligere non potest. 209

Episcopus ordinatus perpetuò vxore abstineat. 332
Episcopus suam ecclesiam vicario non committat gubernandam. 101
Eremitæ. 337
Eremitoria venta. 128
Esca nulla communis, aut immunda, vt quæ à Deo creata sit. 20
Essentiã Dei nemo vnquã in hoc corpore vidit. 16
Euangelium in Missa cur post epistolam legatur. 205
Eucharistia. 20.458.420
Eunuchum qui se sponte fecerit, ne clericus fiat. 5
Eunuchus, si modo aliàs dignus clericus fiat. 4
Eunuchus laicus qui se fecerit, tribus annis communione priuetur. 5
Excommunicati vitandi. 21
Exempti à quibus corrigantur. 471.483
Exequiæ mortuorum. 175
Exolomogesis. 384
Extrema vnctio. 459
Extremam vnctionem esse genus sacramenti. 133
Excommunicatus, & hæreticus neminem accusare potest. 392
Excubiæ funeris sanctorum quomodo sint obseruandæ, & quæ in eis sit reuerentia. 175
Exequiæ Episcopi morientis, quomodo celebrandæ. 291
Expositio fidei Gregorij episcopi Neocæsariensis. 218.

Extra vinum non fiet consecratio sanguinis Christi. 265

F

Facultates ecclesiæ vt distribuendæ. 52
Falsi testes. 62.163
Familiaritas mulierum clerico vitanda. 239
Fœminæ quæ tãtùm clericis cohabitare permissæ. 239.250.287.311.358
Festiuitatum obseruatio. 385
Festa gentium ne celebrentur. 341
Fidelium coniugia vt vniri debeant. 16
Fides non contrariatur vero. 467
Fidei expositio. 218
Fides Romanorum. 181
Fides sine operibus mortua est. 381
Fidei catholicæ regulæ. ibid.
Fidem per gratiam non naturaliter nobis inesse. 168
Fidelis nemo iungatur nuptij cùm infideli, vt idolatræ, Iudæo, hæretico. 31
Fidelium oblationes qualiter distribuendæ. 289
Fideles quinta feria apud catechistas fidem recitent. 344
ad Fidem Christianã Iudæi non sunt cogendi. 281
Figura humana Christus pingendus est, non agni. 344
Filij Dei incarnationis mysterium declaratur. 306

Filius solus humanitatem assumpsit. 283
Filij non contemnendi, aut negligendi. 68
Filij presbyterorum. 299
Filiorum necatores vt puniendi. 25.61
Fœminæ in cœmiterijs ne peruigilent. 58
Fœminæ viduitatem professæ. 167
Formula pro celebrandis concilijs. 193
Forma concilij Maguntiensis. 381
Fortitudo Christiana vnde. 170
Fundatores ecclesiarum ad inopiam redacti ab eisdem alantur. 479
Funeris excubiæ quomodo celebrandæ. 17

G

GAlerus ruber Cardinalium. 429
Gentilibus desiderãtibus manꝰ imponẽt. 58
Gentilium festa non celebranda. 341
Gentilium libros episcopus non legat. 118
Gloria patri, &c. cum dicitur addendum est, & sicut erat, &c. 174
non gloria patri, sed Gloria & honor patri, dicendum in finem psalmorum. 275
Gradus ad episcopum. 31
Gratiæ & liberum arbitrium. 171.172
Gratia & virtutes tam paruulis quam adultis in baptismo infunduntur. 433
Glorietur nemo ex eo quod habet, sed ex eo quod accepit. 170

Gratia Dei non solùm peccata dimittit, sed etiam adiuuat ne committantur. 142
Gratia Dei præuenit hominem in baptismate. 265
Gratia Dei præuenit & comitatur & sequitur. 169
Gratia Dei & natura quid possit. 170
Gratia Dei sumus id quod sumus. 169
Gregorij Nysseni authoritate de picturis sacris. 363

H

Habitus viduæ professæ. 301
Habitus clericorum qualis esse debeat. 379
Hæretici vitandi. 24. 288
Hæretici examinandi formula. 445
Hæreticorum colluuies. 294
Hæreticorum excõmunicatio & punitio. 422 423
Hæreticorum scripta, ludibria, puerilia. 378
Hæreticis ingredi domum Dei non concedatur. 94
Hæreticorum martyres non adeundi. 97
Hæreticus contumax perpetuo exilio relegandus. 125
Hæreticorum scripta vulgo nõ permittantur. 378
Hæreticus omnis anathema est. 422
Hæreticus omnis potestati seculari puniendus cõmittitur. 423
Hæretici iudices esse non possunt. 391
Hæreseos damnatur 7. pontifices. 323
Hæres episcopi defuncti ecclesia sua. 249

Hieronymus de Praga. 442.443
Hiſpaniæ repurgatio ab infidelibus. 284
Homicidæ voluntarij & contra. 37.236
Hominum propria quæ ſint. 171
Honorandi epiſcopi à principibus ſecularibus. 405
Horas canonicas dicere omittentium punitio. 469
Hoſpitalitas 261
Hymni eccleſiaſtici. 242.275

I

Iacobinorum & Armeniorum vnio cum Romana eccleſia. 460
Ianuarij calendæ non obſeruandæ. 241
Ianua vitæ ſpiritualis baptiſmus. 457
Iba epiſcopus. 192.213
Idola ne vocentur ſacræ imagines. 376.402
Idololatrarum inuitorum pœnitentia 33.34. 35.36
Ieiuniorum obſeruatio. 240.258.43
Ieiunia ſtatuta ſoluentis pœna. 9.10
Ieiunium quadrageſimæ quomodo obſeruandum. 17
Ieiunis ſolùm ſacrificandum eſt. 19
Ieiunium quatuor temporum à quo inſtitutum. 21

***

Ignorantiæ linguæ Latinæ an sacramenta impediat. 357
Imagines turpes & ad lasciuiam prouocantes pingens segregetur. 347
Imagines venerandæ. 359.366.403.404.383
Imperatoris esse imperare, non imperata cuiusquam recipere. 205
Incarnatio verbi Dei. 155
Indulgentiarum moderamen. 428
Incantatores ab ecclesia sunt eiiciendi. 97
Indigni ad sacerdotium non promouendi. 235
Infirmorum cura habenda episcopo 246
Ingredientes monasteria qua ætate debeant esse. 337
Interdicti tempore, monachi celebrare possunt. ibid.
Ioannes Oecolampadius. 473
Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis errores. 431
Ioannis Huss, errores damnati. 440.445
Iudæi. 231.255 259.281
Iura ecclesiastica non vendantur. 36
Iuramentum. 19.26.295

K

KYrie eleison in omnibus Ecclesiis canatur. 175

L

Laborare clericis pro victu, & vestitu permissum. 120.121
Laicus chorum non ingrediatur. 342
Laici clericis in ecclesia ne permisceantur. 238
Lauacra non debent esse communia viris cum mulieribus. 254
Laicus ne sibi sacramenta ministret. 340
Laico publice docere prohibetur. 342
Laicus chorum non ingrediatur excepto Cæsare. 342
Lapsi qui de catholica fide in hæresim trãseunt quomodo tandem suscipiantur. 164
Legis nouæ septem sacramenta & ad quid ordinata. 456
Lectio sacrarum literarum sacerdotalibus conuentis miscenda. 254
Lenarum pœna. 36
Leonis Papæ canonizatio. 456
Liberi arbitrij infirmitas. 171
Liberti ecclesiæ. 282.292.299
Libri canonici in ecclesia recepti. 99. 115.137. 460.478
Linus episcopus. 12
Litania 207.283.384
Lucra turpia ne sectentur clerici. 50
Ludimagistri quid suos doceant. 462

M

Manometi origo, ingenium & obitus. 268
Malus prælatus non amittit potestatem. 394. 395
Maleficæ mulieres. 37.38
Manichæorum hæresis. 29.30
Maria verè mater Dei est. 220
Marcus filius Petri in baptismo. 12
S. Marci corpus Venetias translatum. 391
Martyres hæreticorum. 97
Martinus Lutherus. 472
Matrimonium. 459
Matrimonium inter compatres, & commatres non tenet. 387
Mensa abbatis, & episcopi qualis. 40.254.390
Miraculum de hymno sanctus Deus, sanctus fortis sanctus, &c. 229.217
Missa & sacrificium, & oblatio est. 3
Missa. 3.16.209.212.265.287
de Misericordia Dei. 170.384
Monachi creati episcopi ne mutent vestem. 409
Monachi, monachi sint. 176
Monialium fornicariarum pœna. 55.56
Moniales ne à viro quoquam adeantur. 258
A quibus regantur. 270
Monastica vita. 270
Monasterium vt instrui debeat. 383
Monachi in ciuitatibus episcopo debent esse subiecti.

iecti. 176
Monachus coniugio non copuletur. 240.266. 338
Monachi egredientes à monasterio quæ pœna. 280.284.
Monachi ad seculum regressus interdictio. 280. 388
Monasteria ingredientium ætas. 337
Monastriæ futuræ non induantur sumptuosis vestibus eo die quo ingressuræ sunt monasterium. 338
Montes pietatis. 470
Monasteria duplicia ne fiant. 380
Mortui nec communicandi nec baptizandi. 112
Mortuorum exequiæ. 175.257
Mulierum familiaritas vitanda clericis. 239
Mulier sola monasterium non adeat. 240
Mulieres in ecclesia Dei taceant. 343
Mulieres virilem habitum non deferant. 55.56
Mulieri caput tondere non licere. 55.56
Mulieres non baptizent. 343
Mulier nulla cohabitet cum presbyteris, vel diaconibus. 353

N

NAtura & gratia quid distent. 171
Nazareni episcopi errores. 451

Natalitia sanctorum saltationibus turpibus nõ polluenda. 257
Natiuitas verbi duplex. 219
Natura humana quid possit. 171
Naturarum unio in Christo. 257
Nemo est qui se possit dicere sine peccato esse. 143
Neophyti ne clerici ordinentur. 69.94.104
Nicænæ synodi fides. 51
Necesse est episc. prædicare. 307
Nemo glorietur de substantia sua. 170
Nemo per seipsum salutis æternæ mysterium conquirere potest. 169
Nihil potest homo sine Deo. 171
Nihil exigendum pro baptismo. 290
Nihil exigatur pro administratione Eucharistiæ. ibidem
Noua ciuitas nouam habeat dignitatem episcopalem, vel Metropolitanam. 336
Nouatus hæreticus. 24.26
Nouercam suam nemo uxorem ducat. 225
Nomen Papæ in Missa recitandum. 174
Non licet presbytero cum presbytera dormire. 265
Nuptiæ in quadragesima ne celebrentur. 106. 204
Nuptias execrans, anathema. 67
Nuptiarum copula cum hæreticis prohibita. 94

O

OBlationes panis & vini dominicis diebus faciendæ & viris & mulieribus in remissionem peccatorum. 26
Oblata ecclesiæ nullus auferat. 235
Oblationes fidelium vt dispensandæ. 22
Oblationes defunctorum retinentes pœna quæ. 173
Odiis publicis dissidentes, ab ecclesiasticis conuentibus arcendi. 72
Oecolampadius hæresiarcha. 473
Officiales libelli. 277
Officij ecclesiastici diuersitas permitiosa. 83.273
Officium prædicationis episcopi est. 22.84.390
Operibus bouis vt debeatur merces. 170
Orandi atque psallendi vnus ordo seruetur. 273
Oratio dominica. 208.274
Oratio in altari semper ad patrem dirigatur. 313
Orationes ecclesiæ ne contemnantur. 67
Ordinandus nemo nisi qui nouit psalterium. 296. 377
Ordines ecclesiastici. 117.118
Ordinis sacramentum. 459

P

PApæ nomen in missis recitandum. 174
Pascha 20.21.121.234.273

Patriarchalium sedium ordo. 424
Patris & filij æqualitas. 14
Pauli locus explicatus. 16
Pauperes suos vnaquæque ciuitas pascat. 239
Pauperes omnes ab episcopo suffragentur. 207. 239
Peccatum in spiritum sanctum. 198
Peccati purgatio vt fiat. 168
sine Peccato nemo est. 143.144
Permutatio ecclesiarum. 80.82
Persecutio maxima in ecclesia. 92
Persona vna est Christus. 221
Peruigilia hypocritica. 58
Petrus & Paulus vna die passi. 15
Petri Oxomēsis articuli damnati. 463. *eiusdem abiuratio.* 464
Petrus Antiochiæ sedit annos. 12
Petrus Romæ sedit viginti quinque annos, menses duos, dies tres. 12
Petrus post Christum passum mortuus anno trigesimo octauo. 12
Petrus primatū ecclesiæ accepit à Christo aliis Apostolis inter se æqualibus quibus episcopi successere. 12.13
Philosophiæ magistri quid suos doceant. 467
Photij Synodi reiectæ. 474
Phrenetici interdum absoluendi, & communicandi. 122

Picturæ

Picturæ ecclesiasticæ. 344.347.363
Pœnitentia. 458
Poesis studium quatenus clericis permissum. 468
Polychronij hæretici insania. 324.325.327
Pontifex qualiter sit eligendus. 233
Pontifex Deo acquiescere debet, non carni & sanguini 430
Pontificis idololatræ pœnitentia. 32
Pontificum facta ab imperatoribus iudicari non debent. 295
Pontificis electionem Imperator confirmare non debet. 351.411
Pretum quomodo non est accipiendum de sepulturis. 173
Præceptorum munus. 467.& 464
Prædicare nemo præsumat inimissus 423
Prædicatores quæ prædicent, quæ non. 471
Præfationes in Missa. 249
Prælati à subditis reprehendi non debent. 392. & 393
Prælatis non detrahendum. 14.15
Presbyteris uxores vetari. 226.254
Presbyteri uxorem ducentis aut fornicantis pœna. 4.225. 227.
Princeps si terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate quæ pœna. 423
Preces ecclesiasticæ ut faciendæ. 113.145
Presbyter qui sit. 14

Presbyteri filiorum Aaron gestant figuram. 269
Principes quid iurare debeant. 422
Principes seculares synodis ne intersint. 407
Processio spiritussancti. 430
Priuilegium ecclesiæ Constantinopolitanæ abolescit Papa Gelasius. 198
Professio propria, aut paterna deuotio monachum facit. 280
Professio castitatis à Diaconis & presbyteris. 277
Prophetia non prohibenda. 472
Psallendi obseruatio. 241
Psalmi non confundendi. 95
Puellarum monasteria procul sint à monach. 162
Punitio hæreticorum secularibus potestatibus committenda. 423
Purgatorium. 454.498

Q

Quæstores eleemosynarum modesti sint & discreti. 428
Quadragesimale ieiunium. 17.290.234
Quadragesimali tempore nec litigandum, nec debitores compellendi 93. *à coniugibus abstinendum. ibid.*
Quo loco & tempore communicandum. 275
Quarta generatio nuptias non patitur. 387

Quatuor temporum obseruatio. 385
S. Quintiani episcopi fides. 232
Quales amet Deus. 132

R

Raptorum pœna. 207
Rebaptizati 204.252.396
Reccaredi Regis Hispaniæ pietas. 250
Reconcilianda ecclesia Constantinopolitana cũ Romana. 206
Religiosum habitum & semel susceptum nullus dimittat. 284
Reliquiæ sanctorum. 31.32.376
Residentia episcoporum. 79.86.101
Resurrectionis articulus. 306
Rex Galitiæ cum populo suo excommunicatus. 417
Rex Hispaniarum successorem sibi eligens. 349
Reges olim iidem & sacerdotes quidam erant. 199
Regum Hispaniæ iuramentum in auspicio regni 284
Rogationes quando celebrandæ. 207
Romana sedes à nemine iudicatur. 392. *nisi in casu hæreseos.* 401
Romanæ sedis præstantia 14.15.21.209.213. & 248
Romana ecclesia cap. omnium ecclesiarum. 361
Romanus episcopus iudex immediatus post Deum 191. *successor Petri, & Christi vicarius est.* 455. 463

Rom pontificis authoritas & dignitas. 263.353. 367.& 408

S

Sacerdos ne solus sacrificet. 19
Sacerdotis occisor vt pœniteat. 389
Sacerdos summus aut sacerdotum princeps an quis dicendus. 6.14.15.263
Sacerdotes cur dicti presbyteri. 14
Sacerdotes & episcopi à Deo instituti. 15. *pro meritis plebis dantur.* *ibid.*
Sacerdotes mali tolerandi. 24.25
Sacerdotum coniugium. 332.355
Sacerdotum pecunia non parandum. 242
Sacerdotium & episcoporum ordo à Deo constitutus. 15.499
Sacerdotij origo. 14
Sacramenta ecclesiæ. 456.& dein.
Sacramenta nouæ legis & antiquæ. 456. & 499
Sacrificia vt fiant. 13
Sacrificium Missæ à domino ordinatum. 2
Sanctus Deus, Sanctus fort. Sanctus immor. hymnus miraculosus. 217
Sanctus in omnibus Missis dicatur. 173
Sancti vt filij Dei coluntur. 362
Sanctimonialium raptus. 243
Sanguine & suffocato olim abstinebant Christiani. 9.226.342
Schisma 20. annorum in ecclesia. 419
Scripturæ interpretatio. 333.471

Sedes Constantinopolitana æquatur Romanæ, dummodo sit secunda. 336
Sepulchrorum reuerentia. 262
Sepulturæ pro mortuis ne vendantur. 411
Sisenandus Hispaniæ Rex. 272
Solennitates maiores. 161
Successorem sibi ne constituat episcopus. 80.356
Superstitiones & auguria 264
Simoniæ prohibitio. 5
Symbolum fidei diebus dominicis in omnibus ecclesiis recitandum. 253
Symbolum Nicænæ synodi. 51
Synodus sub Carlo magno. 357
Synodus testimoniis patrum probat ad fidem pertinentia. 316

T

TEmpla sine reliquiis sanctorum ne consecrentur. 378
Templarij milites. 433
Tiberinus flumen. 352
Theatrici à communione separentur. 63.71
Thomas Monetarius hæresiarcha. 471
Tonsura clericorum qualis. 279
Trinitas in diuinis. 219.247.305.321.344.& 421
Trisagium. 344
Tyrannum temere occidere non licet. 442

V

VAlens & Vrsarius episcopi Arriani. 91
Valentiniani hæresis. 17

Vasa diuino seruitio sacrata. 310.412
Verbi diuini duplex natiuitas. 219
Verbi Dei vnio ad carnē quomodo intelligēda. 220
Vestes sacrificorum quales. 39
Vitanda familiaritas mulierum. 239.303
Viduæ Christianæ. 124
Virgines velandas quot annorum esse oporteat. 161. 166
Viduitatis professæ violator, aut violatrix qui plectatur. 203
Viduarum promissam continentiam non seruantium pœna. 167
Virgines ante 25. annum ne consecrentur. 111. *vt eæ custodiantur,* 114
Vnctio extrema. 133
Vnum aliter dicuntur Christi fideles, aliter personæ in diuinis. 422
Voluntas Christi vnica ne sit. an duæ. 313. *& dein.*
Vsurarij. 431.434
Vxores relinquentium pœna. 431. *&* 350. *in fin.* 161
Vt passio Christi populis prædicetur. 273
Vxor subdiaconi, mortuo illo secundo non audeat se sociare matrimonio. 262.266
Vxoratus presbyter quomodo aut cur non reiciendus. 2
Vxorem ducere in quadragesima aliquis non potest. 396
Zuinglius hæresiarcha. 46

INDEX

INDEX EORVM QVÆ tam in Canonibus Nicæni concilij nuper repertis, quàm statutis synodalibus Senonensis & Parisiensis Ecclesiæ, huic operi adiectis continentur.

CONcilia iniussu Romani Pontificis non sunt celebranda. pag. 629

Episcopus à sua sede pulsus non est excommunicandus. ibidem.

Ecclesiæ Metropoles quæ dicantur. 630

Incertum nemo iudicare debet. ibid.

Serui ad gradus Ecclesiasticos non sunt promouendi. 631

Laicus ad monachatum euchi non debet. ibid.

Sacerdos cum maleficis versans degradandus est. 631

Matrimonium cum patre vel matre spirituali cõtrahere non licet. ibid.

Viri puellas in baptismo tenere non debent. ibid.

Duas vxores nemini habere licet. 632

Fideles à sacra communione non arcendi. 632

Fideles nomina gentilium suis liberis imponere nõ debent. ibid

Patriarcha de prouincijs sibi subiectis disponere potest. 633

Episcopi

Episcopi plures vno in eadem ciuitate esse non debent. 634
Papa caput est, & princeps omnium Patriarcharum. 633
Vxores duas habens vnâ cum secunda excommunicandus. 634
Desertus ab vxore, continentiam seruare debet. ibid.
Synodi inchoandi & celebrandi ratio. 636
Baptismus cum magna veneratione administrandus 637
Virgines confirmare ad quos pertineat. 638
Baptizandi forma. *ibid.*
Calices mundi seruandi sunt. *ibid.*
Genua ante corpus Domini nostri Iesu Christi flectenda sunt. 639
Maiora maioribus in confessione reseruanda. 640
Confitentis vultum confessor intueri non debet. 639
Sacerdos confessionem reuelans qua pœna plectendus. 640
Missam bis in die nemini celebrare permissum. 639, & 650
Clericis malè ornatis altari deseruire nō licet. ibid.
Matrimonium clandestinum non licet contrahere. 647
Sacerdotes officium aduocationis, nisi pro pauperibus, exercere non debent. 650

INDICIS FINIS.

FRATER PETRVS SOtomaior ad scholasticos Theologicæ facultatis sancti Gregorij in Valle Oletana.

NON ambigo, patres optimi, & literis, & morum probitate insignes, quam probe noueritis omnes nostrũ patrem Bartholomæum Mirandem, meũ iam olim, simul ac vestrum præceptorẽ, cuius quidem vel animi erga vos propensissimam beneuolentiam, vel in quotidianis sacræ theologiæ prælectionibus (dum studet maximè vobis esse vsui) improbam solicitudinem, vel in vestræ religionis augmentum flagrantissimã charitatem, omnibus vobis multis magnísq; argumẽtis esse perspectam, haud me clam est. Sed nunc hoc ipsum nouo quodam officij genere neutiquam vulgari pernoscite. Cum enim animaduerteret vestræ vtilitatis studiosissimus maximam commoditatem & accessionẽ vestris studijs adiectã iri, si lectioni assiduæ

diui Thomæ lectio simul conciliorum esset adiuncta, quibus rebus integrum atque absolutum theologum æstimare par est, nam vtrunque per se indigens, alterum alterius auxilio eget, curauit diligentissime omnium conciliorum, quæ hactenus apud nos extant, vastum & immensum, opus decreta, in summã quandam cogere, vt sic tandem facili opera, ac mediocri labore quilibet theologiæ candidatus omnium conciliorum notitiam, vt perneccssariam, sic etiam & laborioſissimam, & multi temporis indigentem sibi comparare posset. Qua in re eo studio & diligentia sudatum est, id laboris & operæ est insumptum, vt affirmare liceat, nihil, vel ad fidem, vel ad mores pertinens magnis illis conciliorum voluminibus contineri, quod non sit in hac breui epitome summa cum re positum. Quod ita rẽ habere facile comperiet, quicunque (modo æquus sit arbiter) experiri volet. Vt interim taceam quod in illa effusissima conciliorum lectione nequaquam queas vbique dignoscere quodnam concilium generale sit, quódve prouinciale, cui põtificis accesſit authoritas,

thoritas, cui non acceſsit. Qua ex re conciliis omnibus integram, inconcuſſámq; ſtabilitatem ac fidem ad confirmationem dogmatum eccleſiaſticorum orthodoxi aut demunt, aut tribuunt. At verò in hoc compendio huic rei maximè data eſt opera, vt ex multis coniecturis hinc inde animaduerſis vel ex ipſis conciliis, vel ex aliis grauiſsimis authoribus difficultas hæc quoad fieri potuit, ſit in lucem edita. Generalia vniuerſa celebrata ſunt præſente aliquo vicario pontificis: prouincialia nonnulla probauit ſedes Romana, vt in ſuis locis indicatum eſt, cætera digna ſunt, quæ probarentur, quamuis expreſſa approbatio pontificis non acceſſerit. Hac opera nolui vos auocare à lectione integra conciliorum, ſunt enim multa in epiſtolis decretalibus pontificum lectione digniſsima, quæ compendio concludi non poſſunt: erit vobis hic labor loco indicis, quo veterem illam & ſanctiſsimam Eccleſiam præſentem habere poſsitis, & hanc noſtram cum illa conferre. Hinc vos animaduertite, patres optimi, quemadmodum oporteat vos in eum eſſe animatos, qui vt vobis

parceret, nec saluti, nec labori pepercit suo, atque harum rerum, quo vobis compendium hoc traderet, dispendium subire non est grauatus, vt si quid minus, aut laboris, aut operæ in quotidianis lectionibus est impensum, quam ipse vestram vtilitatem cupit impendere, hic cum fœnore compensatum accipiatis. Bene valete patres in Christo obseruantissimi. Author.

De canonibus Apostolorum valdè tradiderunt scriptores ecclesiastici, vt diligenter annotauit Gratianus in suo volumine decretorum. d. 16. Quidam in totum reiecerunt tanquam apocryphos. Alij admiserunt sexaginta, vt Zephyrinus Papa scribens episcopis per Siciliam constitutis. Alij vero quinquaginta recipiunt, vt Deo nonus Papa contra epistolam Niceta abbatis. Sexta autem synodus recepit, & probauit 85. in can. 2. prout in Græcis & Latinis exemplaribus feruntur. Quam synodum secutus integros 85. canones ex Græcis & Latinis codicibus transcripsi.

Canones

Can. 1.

Ca. Sit archi epiſcopus, &c. Nec epiſcopi.

EPiſcopus à duobus, aut tribus epiſcopis ordinetur.

Can. 2.

De templo ordinato.

Presbyter ab vno epiſcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Can. 3. Quid offerendum ſit in ſacrificio altaris.

Sacrificiũ miſſæ à domino ordinatum.

Si quis epiſcopus, aut preſbyter, præter ordinationem domini alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac: aut pro vino ſiceram, & confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra conſuetudinem domini faciens, congruo tempore deponatur.

Can. 4. Quæ liceant ad altare offerri.

Offerri non liceat aliquid ad altare præter nouas ſpicas, & vuas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum tempore, quo ſancta celebratur oblatio.

Can. 5. Inter quos primitiæ diuidendæ.

Omniũ aliorũ primitiæ epiſcopo & preſbyteris domũ mittuntur, nõ ſuper altare. Manifeſtum eſt aũt quòd epiſcopus & preſbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidũt.

Can. 6. Epiſcopus aut presbyter vxorem propriã nequaquã ſub obtentu religionis abiiciat. Si verò reiecerit, excommunicetur: ſed ſi perſeuerauerit, deiiciatur.

Can. iſte ſextus per duodecimũ canonẽ 6. ſynodi immutatur.

Can. 7.

Epiſcop⁹, aut presbyter, aut diaconus nequaquam ſeculares curas adſumant, ſinautem eiiciantur.

Can. 8. Si quis eps, aut presbyter, aut diaconus, sanctũ paschæ diẽ ante vernale, æquinoctium cum Iudęis celebrauerit, abiiciatur.

Can. 9. Vt omnes ex sacerdotali catalogo facta oblatione communicent.

Missa & sacrificiũ, & oblatio est.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione, non communicauerit: aut causam dicat, vt, si rationabilis fuerit, veniam cõsequatur: aut si non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo causam læsionis extiterit, dans suspicionem de eo, qui sacrificauit, quòd rectè non obtulerit.

Can. 10. Vt sine communionis perceptione fideles ab ecclesia non discedant.

De conse. d. 1. Omnes fideles.

Omnes fideles qui conueniunt in solennibus sacris ad ecclesiam, scripturas apostolorũ & euangelium audiant. Qui autem non perseuerauerint in oratione vsque dum missa peragitur, nec sanctam communionẽ percipiũt, velut inquietudines ecclesiæ mouentes, conuenit communione priuari. *Can.* 11.

Si quis cum excommunicato saltem in domo locutus fuerit, iste cõmunione priuetur.

Can. 12.

Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul orauerit, iste damnetur.

Can. 13. Sine commendatitijs literis in alia ciuitate non suscipiatur excommunicatus.

Si quis clericus, aut laicus, à cõmunione suspensus, seu communicãs, ad aliã properet ciuitatem,

tem,& suscipiatur præter cõmendatitias literas:& qui susceperunt,& qui susceptus est,cõmunione priuentur. Excommunicato verò proteletur ipsa correptio,tanquam qui mentitus sit,& ecclesiam Dei seduxerit.

Can.14.Vt propter maiorem religionis profectũ episcopum de vna ad aliam liceat transire ecclesiam.

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta peruadere,licet cogatur à plurimis. Nisi fortè quis cum rationabili causa, compellatur,tanquam qui possit ibidem cõstitutus plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non à semetipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat.

Can.15.Vt presbyteris non liceat propriam relinquere parochiam.

Siquis presbyter,aut diaconus,aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam pergat ad alienam,& omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam,in aliena parochia commoretur, hunc vlterius ministrare non patimur: præcipuè si vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseuerans. Verumtamen tanquam laicus ibi communicet. *Nic. con.c. 16. Anti. con. cap.3.*

Can.16.Episcopus,qui commemoratos in præcedenti canone presbyteros admiserit, communione priuetur.

Episcopus verò apud quem moratos esse constiterit,si contra eos decretam cessationẽ

pro nihilo reputans, tanquam clericos fortè susceperit, velut magister inquietudinis communione priuetur.

Can. 17. *Vt non liceat bigamo gradum ecclesiasticum suscipere.*

D.33. Si quis post. Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

Can. 18. *Qui viduam in vxorem duxit, episcopus aut presbyter esse non potest.*

D.34. Si quis viduã. Si quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacor deseruiunt. *Can.* 19.

Qui duas in coniugium sorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, clericus esse non potest. *Can.* 20.

Clericus fideiussionibus inseruiens abiiciatur. *Can.* 21.

D.35. Eunucus si. Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur episcopus. *Can.* 22.

Ibidem. Si quis abscideri. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus, quia suiipsius homicida est, & Dei conditionis inimicus

micus. *Can.* 23.

Si quis cum clericus fuerit, abscíderit se- *Nic.con. cap.1.*
metipsum, omnino damnetur, quia sui ipsius est homicida. *Can.* 24.

Laicus semetipsum ascindens, annis tribus communione priuetur, quia vitæ suæ insidiator extitit.

Can.25. Vt episcopus in fornicatione deprehensus deponatur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui *D. 81. Presbyter aut diaconus.* in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum.

Can. 26.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

Can.27. Qui clerici possint coniugibus copulari.

In nuptiis autem qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint vxores accipiãt: sed lectores, cantorésque tantummodo.

Can. 28. Quòd episcopus, aut presbyter, fideles peccantes verberare non debeant.

Episcopum, aut presbyterũ, aut diaconum percutientem fideles delinquẽtes, aut infideles iniquè agẽtes, & terrorem ipsis per huiusmodi volentem incutere, deiici ab officio suo prȩcipimus: quia nusquam nos hoc dominus docuit. Econtrario verò ipse cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, nõ com-

minabatur. *Can.29.*

Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus depositus iustè super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur. *Can.* 30.

Chalce. con.c.1. Si quis episcopus,aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatē, deiiciatur & ipse & ordinator eius, & à communione modis omnibus abscindatur sicut *Act.1.* Simon Magus à Petro. *Can.*31.

16.q.Si quis episcopus. Si quis episcopus secularibus potestatibus vsus,ecclesiam per ipsos obtineat,deponatur & segregetur,omnésq; qui illi communicāt.

Can.32. Presbyter qui contempto episcopo seorsum conuentus congregauerit,deponatur.

Si quis presbyter cōtemnēs episcopum suū, seorsum collegerit,& altare aliud erexerit,nihil habens quo reprehendat episcopū in causa pietatis & iustitiæ,deponatur,quasi principatus amator existens:est enim tyrannus. Et cæteri clerici quicunque tali consentiunt,deponantur,laici verò segregentur.Hæc autem post vnam & secundam & tertiam episcopi obsecrationem fieri conueniat. *Can.* 33.

Nicæ. con. cap.5. Anti. con. cap.6. Siquis presbyter,aut diaconus ab ep̄o suo segregetur,hunc nō licere ab alio recipi,sed ab ipso qui cū sequestrauerat, nisi forsitan obierit ep̄s ipse, qui eum segregare cognoscitur.

Can.34.Vt nec etiam episcopus sine commendati-

tijs literis in aliena ecclesia recipiatur.

Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorũ, aut diaconorum sine commẽdatitiis suscipiatur epistolis. Ei cũ scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiãtur. Et quidẽ si prædicatores pietatis fuerint, suscipiantur: sin minus, vbi necessaria ipis suppeditaueritis, ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinẽ non admittito te: multa enim per subreptionem proueniũt. *Anti. con. cap. 7.*

Can. 35. De Metropolitanis.

Episcopos gentiũ singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur: quẽ velut caput existiment, & nihil amplius prẽter eius conscientiam gerant, quàm illa sola singuli, quę parœcię proprię & villis, quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec illæ prætor omniũ conscientiam faciat aliquid in eorum parœciis. Sic enim vnanimitas erit & glorificabitur Deus per Christum in spiritu sancto. *Anti. con. cap. 9.*

Can. 36. Quòd non liceat episcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

Episcopũ non audere extra terminos proprios ordinationes facere, in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure subiectæ sunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe prẽter eorũ conscientias, qui ciuitates ipsas & villas detinẽt, & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati. *Anti. con.*

Can. 37. Vt qui proprium non receperint episcopum, excommunicentur.

Siquis episcopus non susceperit officium &

cap.3. curam populi sibi commissam, hic communione priuetur, quousque consentiat, obediẽtiam commendans. Similiter autem & presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt.

Can. 38. Vt bis in anno concilia celebrentur.

Bis in anno episcoporũ concilia celebrẽtur, vt inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergẽtes ecclesiasticas contẽtiones amoueant. Semel quidem quarta septimana
Nicæ. con. cap. 3. Pentecostes, secundo verò 12. die mensis Hyperberetei, id est, iuxta Rom. 4. Idus Octob.

Can. 39. Vt non liceat episcopo parentibus ex ecclesiæ bonis aliquid condonare.

Omnium negotiorũ ecclesiasticorum curã episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispẽset: nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis (quæ Dei sunt) condonare. Quòd si pauperes sunt, tãquam pauperibus subministret, ne eorum occasione ecclesiæ negotia deprædẽtur.

Can. 40. Vt ab ecclesiæ bonis, sint episcopi bona diuisa.

11. q. 1. Sint manifestæ. Presbyteri & diaconi, præter episcopum, nihil agere pertentent: nam domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorũ hic reddi-

redditurus est rationem. Sint autem manifestæ res episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, vt potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere, nec occasione ecclesiasticarū rerū, quę episcopi esse probantur, intercidant: fortassis enim aut vxorē habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud Deum & homines, vt nec ecclesia detrimentū patiatur ignoratione rerum pontificis: nec episcopus vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, aut in causas incidant, qui ad eum pertinent, mórsque eius iniuriis malæ famæ subiaceat.

Can. 41. Vt sicut spiritualium rerum cura ad episcopum pertinet, sic etiam & temporalium.

Præcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominū pretiosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curā pecuniarū gerere, ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cū timore omníq; solicitudine ministrentur. Ex iis autē quibus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates & peregrinorū fratrum vsus ipse percipiat, vt nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei præcipit, vt qui altari deseruiunt, de altari pascantur, quia nec miles stipendiis propriis cōtra hostes arma sustulit. *Can.* 42.

12. q. 1. Præcipimus.

Ibidem. Ex ijs autem. Leui. in pluribus cap. & Deut. 18. 1. Cor.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus aleę

atq; ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè communione priuetur. *Can.* 43.

D. 55. Episc. aut presbyt. Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens aut desinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus. *Can.* 44.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vsuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut damnetur. *Can.* 45.

Episcopus presbyter, & diaconus, qui cũ hęreticis orauerit, tantummodo communione priuetur. Si verò tanquam clericos, hortatus eos fuerit agere vel orare, dãnetur. *Can.* 46.

Episcopum, aut presbyterum hæreticorum susciptentem baptisma damnari præcipimus. *1. Cor. 6.* Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli?

Can. 47. *Qui verè baptizatos rebaptizauerint, deponantur.*

Episcopus, aut presbyter, si eũ qui secundũ veritatem habuerit baptisma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impiis non baptizauerit, deponatur tanquam deridens crucem & mortem domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus discernens. *Can.* 48.

Siquis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur.

Can. 49. *Vt fiat baptismus trina mersione.*

De consec. dist. 4. Si- Siquis episcopus, aut presbyter, non trinam mersionẽ vnius mysterij celebret, sed semel mergat

mergat in baptismate, quod dari videtur in domini morte, damnetur. Nō enim dixit nobis dominus: In morte mea baptizate, sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. *quis presbyter. Matth. vlt.*

Can. 50. Vt si quis ex clero non propter abstinentiæ bonum à carnibus abstinuerit, deponatur.

Siquis episcopus, aut presbyter, aut diacon⁹, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio nuptiis & carnibus & vino abstinuerit, nō propterea quòd mens ad cultū pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationē, oblitus quòd omnia pulchra valde, & quòd masculū & fœminā Deus creauit hominē, sed diffamationibus lacessens creationē Dei vocat ad calumniā, aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter & laicus.

Can. 51. Quod si pœnitentem presbyter non receperit, deponatur.

Siquis eps, aut presbyter, eū qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit: deponitor, eo ꝙ Christū offendat, qui dixit, ob vnū peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cælo.

Can. 52. Qui propter abominationem tantum carnibus in diebus festiuis non vtitur, deponatur.

Siquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis author sit offendiculi.

Can. 53. Vt deponatur clericus, qui in caupona cibum sumpserit.

Siquis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor, excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

Can. 54.

Exod. 22. Si quis clericus episcopum cõtumelia affecerit, deponitor. Principi enim populi tui non maledices. *Can. 55.*

Siquis clericus cõtumelia affecerit presbyterũ, aut diaconũ, à cõmunione segregator.

Can. 56.

Siquis mancum, aut mutum, surdúmve, aut cęcum: aut eum, cui vitiosus incessus est, subsannauerit, communione priuator. Consimiliter & clericus. *Can. 57.*

Episcopus, aut presbyter qui negligentius circa clerum aut populũ agit, nec in pietate eos erudit, à communione segregator. Si verò in ea socordia perseuerauerit, deponitor.

Can. 58. Vt episcopi in necessitate clericos alant.

Siquis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria nõ suppeditauerit, à communione reiicitor. Sin perseuerat, deponitor, vt qui fratrem suum necauerit.

Can. 59.

Siquis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi & cleri corru-

corruptionem publicauerit, deponitor.

Can. 60.

Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione, aut de adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non producitor.

Can. 61. Qui Christi nomen metus causa negauerit, ab ecclesia reiiciatur.

Siquis clericus per metum humanum, vel Iudæi vel Græci vel hæretici negauerit, siquidem nomen Christi, ab ecclesia reiiciatur: si verò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

Can. 62.

Siquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicuno; ex sacerdotali cõsortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestiis abreptum, aut suffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus sit, à communione excluditor. *Sextæ synodi. ca. 67. Gangr. c. 2. dist. 30. c. si. quis carnẽ.*

Can. 63. Vt deponatur qui cum hæreticis orauerit.

Siquis clericus, aut laicus, synagoguam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione secluditor.

Can. 64.

Siquis clericus in concertatione aliquem pulsauerit, & vno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor, propter temeritatem suam. Sin verò laicus sit, arcetor à communione.

Canon. 65.

Sextæ syno di. c. 55. Si quis Dominicum diē, aut ſabbatū, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, Si laicus, è communione eiicitor.

Can. 66. Vt quam quis violauerit virginem, ducat in vxorem.

Siquis virginem ſibi non deſponſatam admota vi detinet, à cōmunione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eā detineto, quā ſolicitauit, quāuis paupercula ſit.

Can. 67. Vt bis ordinati deponantur.

Siquis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit, niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi nec fideles, nec clerici eſſe poſſunt.

Author. *Secunda pars huius canonis intelligenda eſt de hæreticis, qui iuxta ritum eccleſiæ Catholicæ, nec ordinabant, nec baptizabant, vt Paulianiſtæ, & Cataphrygæ, qui ſine inuocatione trium perſonarū diſpenſabant baptiſmi ſacramentum, à quibus baptizati (vt explicat can. 19. concil. Nicæni, & c. 95. ſextæ ſynodi) ſunt rebaptizandi.*

Can. 68. Vt deponatur quicunque ex clericis quadrageſimam non ieiunauerit.

Siquis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aut lector, aut cantor ſacram quadrageſimam Paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuen

rasceuen non ieiunauerit, deponitor: præterquam si imbecillitate impeditur corporis. Sin laicus sit, communione priuator.

Can. 69. Vt cum Iudæis non liceat ieiunare.

Siquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicūq; ex clericorū cōsortio, cū Iudæis ieiunauerit, aut cōmunem festū diē cū ipsis egerit, aut lautia festi, nēpe azyma, aut aliud huius generis ab eis susceperit, deponitor. Si laicus, à cōmunione segregator.

Can. 70.

Siquis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à cōmunione excluditor.

Can. 71.

Siquis clericus, aut laicus, ceram, aut oleū ex sancta surripiat ecclesia, à communione seiungitor.

Can. 72. Qui in profanos vsus vasa sacra assumpserit, excommunicetur.

Vas aureum & argenteū sanctificatum, aut velamen linteū nemo amplius in suos vsus assumito, iniquū enim est. Cæterū siquis deprehēsus fuerit, excōmunicatione mulctator.

Can. 73. Qualiter contra episcopum procedendum.

Episcopū de aliquo per fide dignos accusatū homines, ab episcopis vocari necessariū est. Et siquidē cōparuerit, & confessus conuictúsq; fuerit, cēsura irrogator ecclesiastica. Si verò vocatus nō obtēperauerit, secūda quoq;

vice vocator missis duobus ad ipsũ episcopis. Quòd si per contumaciã, nec sĩ quidẽ cõparuerit, synodus suã contra ipsum pronuncianto sententiam, ne quid tergiuersando detractandóque iudicium, lucrifacere videatur.

Can. 74.

Matth. 18. In dictionem testimonij contra episcopum hæreticus non admittitor; sed nec fidelis si solus sit. In ore enim duorum vel trium testium consistet omne dictum.

Can. 75. Vt bona ecclesiastica consanguineis episcopus non conferat.

Item, non oportet episcopũ fratri, aut filio aut alteri cognato, humano gratificari affectu: nec enim ecclesiã Dei conferre debet in hęredes. Enimuero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autẽ excõmunicatione percellitor. *Can. 76.*

Siquis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, episcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ. *Can. 77.*

Qui verò mutus, surdúsve & cæcus est, episcopus non efficitor: non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediãtur munia.

Can. 78.

Siquis dæmonẽ habeat, clericus non efficitor, sed nec cũ fidelib. preces fundito. Mũdatus verò recipitor, & si dignus fuerit, efficitor.

Can. 79. Vt à gtntilitate conuersus non statim in epi-

in episcopum promoueatur.

Qui ex vita gentili aduenerit,& baptizatus est,aut ex conuersatione praua, eum iustũ nõ est protinus promoueri in episcopũ. Iniuriũ enim est,eũ,qui non prius ſpecimen & documẽtũ de ſe præbuerit, aliorũ doctorẽ exiſtere,niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

Can. 80. *Quod non oportet episcopum publicis ſe implicare administrationibus.*

Dicimus,ꝙ nõ oporteat episcopũ,aut presbyterũ publicis ſe administrationib⁹ immittere:ſed vacare, & cõmodũ ſe exhibere vſib⁹ eccleſiaſticis. Animũ igitur inducito hoc nõ facere,autdeponitor:Nemo enim põt duob⁹ dominis ſeruire, iuxta præceptũ Dominicũ. *Matth.6.*

Can. 81. *Sine dominorum manumiſſione ſerui in clerum non promoueantur.*

Serui ſi in clerũ promoueantur citra dominorũ volũtatẽ, hoc ipſum operatur redhibitionẽ.Si quãdo verò ſeruus quoq; gradus ordinatione dign⁹ videatur(qualis& noſter Oneſimus apparuit)&domini cõſenſerint,manúq; emiſerĩt,&domo ſua ablegauerĩt,efficitor. *Cã.*82.*Vt episcopus militiæ vacãs deponatur.*

Eps,aut presbyter,aut diaconus qui militię vacauerit,& ſimul vtrunq; retinere voluerit, tã officiũ Romanũ quàm functionẽ ſacerdotalẽ,deponitor Quæ enim Cæſaris ſunt Cæſari,& quæ Dei Deo. *Can.*83.

Quiſquis Imperatorẽ,aut magiſtrũ, cõtu-

melia affecerit, supplicium luito: & quidē si clericus sit, deponitor: si laicus, à cōione remouetor.

Can. 84. Qui libri sint canonici.

Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerādi, ac sacri libri: veteris quidem testamenti, Mosis quinq;, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū, Iesu filij Naue vnus, Iudicū vnus, Ruth vnus, Regū quatuor, Derelictorū ex libro Dierū duo, Esther vnus, De Machabæorū gestis tres, Iob vnus, Psalterij vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticū canticorum, Prophetarum duodecim vnus, Esaiæ vnus, Hieremiæ vnus, Ezechielis vnus, Danielis vnus. Inquiritur autē à vobis extrinsecus, vt adolescētes vestri addiscant, item sapientiam eruditi Syrach.

Nostra verò (hoc est) noui testamēti, euāgelia quatuor, Matt. Marc. Luc. Io. Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Ioānis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nūcupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Expliciunt Canones Apostolorum.

SVMMA

SVMMA CONCILIORVM PONTIFICVM, ALIORVMque sanctorum Patrum, succinctè complectens omnia, quæ alibi sparsim tradita sunt.

PETRVS, PAPA PRIMVS.

PEtrus Apostolus,& princeps Apostolorũ,natione Galileus,ex vico Bethsaida,filius Ioānis,frater Andreę,primo sedit in cathedra episcopatus Antiochiæ annis septẽ.Hinc ingressus est in vrbẽ Romã, Claudio Cæsare, ibiq; sedit in cathedra episcopatus annis 25 mẽsibus duob⁹, dieb⁹ trib⁹. Fuit autẽ tẽporib⁹ Tiberij Cæsaris,& Caij,& Tiberij Claudij,& Neronis. Hic scripsit duas epis.quæ catholicæ & canonicæ nominãtur, & euangeliũ Marci, quia Marcus auditor e.⁹ fuit & filius à baptismo. Hic ordinauit duos episcopos,Linũ,& Cletum,qui præsentialiter omne ministeriũ sacerdotale in vrbe Roma populo,vel superueniẽtibus exhiberẽt. Beatus autẽ Petrus orationi,prædicatione populũ erudiens,vacabat.Hic cum Simone Mago multas disputationes habuit, &c. Idẽ Petrus beatũ Clementẽ episcopũ consecrauit, cui & cathedrã, vel ecclesiã omnẽ disponendã cõmisit,(vt refert idẽ Clemẽs in epistola prima ad Iacobũ fratrẽ Domini) dicens:Sicut mihi

Petrus.primus pont. An. Chr. 33.

gubernandi tradita est à domino meo Iesu Christo potestas ligandi, soluendíq;, ita & ego tibi committo vt ordines dispositores diuersarũ causarũ: per quos actus non ecclesiastici profligẽtur, & tu minime curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi, & prædicationi ad populũ vacare stude. Deinde martyrio cũ Paulo coronatur, anno post passionẽ domini 38. qui sepultus est via Aurelia, in templo Apollinis, iuxta pallatiũ Neronianũ, in Vaticano 3. cal. Iulij. Sub Petro celebratũ est conciliũ primum Hierosolymis, cuius exemplar habes in Actis Apostolorum ca. 15.

Linus episcopus.

Linus, natione Italus, de regione Tusciæ, patre Herculano, sedit Episcop⁹ annis 11. Mẽses tres, dies 12. Fuit autẽ tẽporibus Neronis, martyrio coronatur à Saturnino Consule, & sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano. 9. cal. Octob.

Cletus episcopus.

In d. 28. Cletus epi-scopus.

Cletus, natione Romanus, patre Emiliano, sedit annis 12. mẽse vno, diebus 12. Fuit temporibus Vespasiani & Titi, & sub Domitiano martyrio coronatur, & sepultus fuit iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Clemens Papa secundus.

An. d. 92. Clemens secundus põtifex.

Clemẽs, natione Romanus, de regione Cælio mõte, ex patre Faustino, sedit annis 9. Fuit autẽ tẽporibus Galbæ, & Vespasiani. Hic ex

præcepto

præcepto beati Petri suscepit ecclesię pontificatū gubernandū, sicut ei fuerat à Domino Iesu Christo cathedra tradita & commissa, vt ipse in epistola. (quæ ad Iacobū scripta est) explicat. Sed Linus, & Cletus ante eū cōscribuntur, qui ab ipso principe Apostolorum ad ministeriū sacerdotale exhibendū, sunt episcopi ordinati. Clemēs tamē fuit immediat⁹, & proximus successor Petri in cathedra pōtificali. Obiit martyr anno Traiani 3. Tenet hoc Ioannes Papa tertius, in epistola decretali ad episcopos prouinciarū Germaniæ & Galliæ, & Alexāder primus in epistola decretali prima ad orthodoxos. Euseb. verò Cæsariē. eccleſiast. histo. li. 3. c. 14. de Clemēte scribit, dicēs: In vrbe Roma 12. Anacleti annis in episcopatu exactis sacerdotij sedē Clementi tradidit. Et cap. 34. Igitur in vrbe Roma tertius ab apostolis Clemens 9. annis sacerdotio perfunctus Euaristo diuini verbi tradidit ministerium. *Matt. 16.*

Platina enumerat Clementē Papā quartū à Christo post Linū & Cletū. Et diuus Hieronymus dicit fuisse quartū, sed alia ratione, quoniam recenset Anacletū prædecessorem Clementis, & tertium Papam, quod tamen communis sententia non recipit. Ego tamē puto secundum, sed in re tam perplexa lectoris, arbitrio iudicium permitto. Exstant epistolæ Clementis decretales quinque. *Clemens secundū Hieron. quartus pontif. Opinio auctoris.*

Anacletus Papa.

Ann. Do. 101.

Anacletus tertius Papa, natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annos 9. menses 2. dies 10. Fuit temporibus Domitiani, sepultus est in pace iuxta corpus beati Petri.

Anacletus 3. pont. Sub hoc pōt. Io. apostolus migrauit ad dominum. Quo loco, & quibus testib. sacrificandum.

Eusebius eccles. hist. lib. 3. c. 14. ait sedisse annos 12. & tradidisse sacerdotium Clemēti.

Decreta Anacleti in epistola prima.

Sacerdotes, quando Domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant: vt Domino perfectè in sacratis Deo locis sacrificare probentur, Iuxta illud Deuter. 12. Vide, ne offeras holocausta in omni loco, quem videris, sed in loco, quē elegit Dominus Deus tuus. Episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat, & plures, quàm alius sacerdos, cum quo peracta consecratione, omnes ministri communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic Apostoli statuerūt & sancta Romana tenet ecclesia, de consecr. dist. 1. c. Episcopus Deo, &c.

De primatu eccl. Ro.

In fine eiusdem epistolæ: Si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, ad sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur quoniā Apostoli hoc statuerunt iussu domini saluatoris, vt maiores, & difficiliores quæstiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso: Tu es Petrus, &c.

Matt. 16.

Epistola secunda eiusdem, in qua de fide, & alijs

causis

causis rogatus respondit ad episcopos Italiæ.

Primò, de ordinatione Episcopi habetur ex eius decretis, & d. 64. & 75. c. Ordinationes. Quòd per tres Episcopos fiat cõsecratio, reliquis cõsentiẽtibus. Secũdò, habetur de eorũ accusatione, quòd nõ nisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui suspicionibus & sceleribus careant, fieri debeat, quia dominus sacri sui corporis tractatores, & vilibus, & reprobis ꝑsonis infamari noluit, nec calũniari ꝑmisit, sed ipse, ꝓprio flagello, peccãtos sacerdotes à tẽplo eiecit. habetur 2. q. 7. c. Accusatio quoq;. *A quibus accusãdus & ordinãdus episc.*

Tertiò de electione. Cũ eiectionẽ summorũ sacerdorũ sibi domin⁹ reseruarit. electionẽ tamẽ eorũ bonis sacerdotibus, & spiritualib⁹ populis cõcessit. habetur. d. 79. c. Eiectionẽ. Ante Abrahã nullus alius vocatus est presbyter, id est senior, cũ ab Adã vsq; ad eundẽ, nõgentos & ampli⁹ annos multos homines vixisse legimus. Abrahã vero multo pauciores annis vixisse cõuincitur. Vnde nõ propter decrepitã senectutẽ, sed propter sapiẽtiã, sacerdotes presbyteri nominantur. Exod. 29. Mosi præceptũ est, vt eligeret presbyteros. *De electione episcoporum. De nomine presbyteri. Abraham primus appellatus presbyter. Ge. 14. d. De origine sacerdotij Aaron primus pontifex vet. testam. Exod. 29.*

Initiũ sacerdotij fuit Aaron, licet Melchisedec prius sacrificiũ obtulerit, & post hunc Abrahã, Isaac, & Iacob, sed hi spõtanea volũtate, nõ sacerdotali authoritate ista fecerunt. Quo loco contemplari oportet Aaron, summũ sacerdotẽ, id est Episcopũ fuisse. Porro si-

lios eius presbyterorũ demõstrasse figurã. d. 21. cap. In nouo testamento.

De prima tu Petri. Matth. 16.

In nouo testamẽto, post Christũ dominũ, à Petro sacerdotalis cœpit ordo, iuxta illud apud Matthæũ: Tu es Petrus, & super hãc Petrã ædificabo ecclesiã meã. Et primus ille ligandi & soluẽdi potestatẽ accepit à domino, primúsq; ad fidẽ populũ virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero apostoli cũ eodẽ pari cõsortio, honorẽ & potestatẽ acceperũt, ipsúmq; prĩcipẽ eorũ esse voluerũt, ipsis quoque decedentibus, in locũ eorum successerunt Episcopi. d. 2. c. In nouo testamento.

De æqualitate patris & filij. Heb. 2. d.

Filius est æqualis patri, quia licet verbum fuerit abbreuiatũ, non tamẽ minutio deitatis in Dei filio significatur: sed dispensatio susceptæ carnis annunciatur. In qua dispensatione non solum patre, sed etiam angelis, hominis filium legimus minoratum, ídq; probat multis testimoniis scripturarum.

Tertia epistola eiusdem.

Sacerdotũ & episcoporum ordo à Deo cõstitutus.

Quæ in summa tractat Anacletus in hac epistola sunt ista. Primum, à domino constitutos esse hos duos ordines Episcoporum, & sacerdotum, & amplius quam isti duo, nec nobis à Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt. Ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in ecclesia non à domino ordinatos, nec ab apostolis. Secũdò colligitur, episcopos superiores esse sacerdotibus aliis, cũ

loco

loco apostolorũ succesſerint. Presbyteri vero ſeptuaginta diſcipulorum locum tenent.

In ſacerdotio complexus eſt Anacletus diaconos, & ſubdiaconos.

Secundũ. Romana eccleſia nõ ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino ſaluatore noſtro primatũ obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregẽ aſſecuta eſt. Secũda ſedes eſt apud Alexandriam ſub Marco euangeliſta. Tertia apud Antiochiam ſub Petro Apoſtolo, qui illic priuſquam Romam veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopum conſtituit. *d. 22. ſacroſanct. Quod eccleſia Rom. ſit caput omnium eccleſiarũ.*

Petrus, & Paulus eodẽ tẽpore, & vno die ſub Nerone Principe paſſi ſunt, & ambo ſanctam Romanã eccleſiã ſua morte cõſecrarũt, & aliis omnibus vrbibus in vniuerſo mundo, eã ſuo venerando triumpho prætulerunt. *Petrus & Paulus vna die paſſi ſunt.*

Pro meritis plebis ſæpè paſtores deprauãtur eccleſiæ, vt procliuius corruãt, qui ſequũtur. Capite enim lãgueſcẽte, facilius reliqua corporis mẽbra inficiuntur, iuxta illud Eſaiæ. 1. Omne caput languidũ, & omne cormærẽs. Et illud, Sicut populus, ſic ſacerdos, & ſicut ſeruꝰ, ſic & dñs eiꝰ: & ſicut ancilla, ſic & domina eiꝰ. *Iuxta merita plebis datur ſacerdos. Eſa. 24.*

Cõtra detractores prẽlatorũ ſuorũ, qui ſentẽtia Cham filij Noe dãnatur, quia patris pudẽda nõ operuit, ſed magis deridẽda aliis fratribus ſuis mõſtrauit. Quia doctor, vel paſtor eccleſiæ, ſi à fide exorbitauerit, erit à fideli- *Contra detractores prælatorũ ſuorum.*

bus corrigendus, sed pro reprobis moribus, magis est tolerandus quam distringendus, quia rectores ecclesiæ à Deo iudicãdi sunt, vt dicitur in Psalmo 81. Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autẽ deos diiudicat. 2.q.7.c. Sententia Cham. & 24.q.3. Tam sacerdotes.

Anno. d. 110.

Hic titulos in vrbe Ro. diuisit presbyteris.

Decreta Euaristi papæ.

Euaristus quartus papa, natione Græcus, ex patre Iudęo, nomine Iuda de ciuitate Bethlehem, sedit annos 9. menses 10. dies duos. Fuit temporibus Domitiani, & Neruæ Traiani, & martyrio coronatur, sepultus iuxta corpus sancti Petri in Vaticano. Eusebius autem ecclesiast. hist. 1. secus illius annos prosequitur.

Epistola prima ad episcopos Aphricanos.

Qualia sint Christiana coniugia.

Quale debet esse legitimũ coniugũ fideliũ, vt à patribus, & apostolis, eorúmq; successoribus traditũ inuenimus. Nõ fit cõiugiũ, nisi ab his, qui super ipsam fœminã dominationẽ vidẽtur habere. Vxor petatur & à parentibus propinquioribus sponsetur, & suo tẽpore sacerdotaliter (vt mos est) cũ precibus, & orationibus à sacerdote benedicatur, & paranymphis (vt consuetudo docet) custodiatur, & cõsocietur, & biduo & triduo orationibus vacẽt, & castitatẽ custodiant, vt bonæ soboles generentur, & Domino in actibus suis placeãt. Aliter verõ præsumpta, nõ coniugia, sed adulteria, vel cõtubernia, vel stupra, vel fornicationes, potius quàm legitima cõiugia esse non

Euaristus matrimonio publico benedixit.

se nō dubitate,&c. Habetur 3.q.5. Aliter legiti.

Canon renouandus in reformatione ad cauenda clandestina matrimonia, quæ ipse Venus solet contrahere.

De hoc quod Paulus 1. Tim. 6. dicit: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilē. Quod nō de solo patre dictum sit (vt quidam malè interpretati sunt) probat rationibus,& testimoniis. De filio etiā hunc locum intelligendum, post pauca subiungit. *Locus Pauli explicatus.*

Eā lucē inaccessibilē (quā pater,& filius inhabitāt,) nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenꝰ cōtueri. Sed dū apparuerit, tūc vere eū videbit, sicuti est. Et non sicut Moses, cæteríq; Prophetæ per ænigmata & figurā, sed ipsam veraciter in filio contuebitur deitatis imaginem. Hic sentit, nullum prophetam, nec Mosen vidisse Deum in natura sua. *1. Ioan. 3.* *1. Cor. 13.*

Epistola secunda eiusdem ad episcopos Ægypti, quòd Episcopus sit sponsus Ecclesiæ.

Sicut vir non debet adulterare vxorē suā, ita nec episcopus ecclesiā suā, id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est absq; ineuitabili necessitate, aut Apostolica, aut regulari mutatione: neq; alteri se ambitus causa coniungat. Et velut vxor, quæ sub manu viri est, obedire debet viro suo, eúmq; diligere & amare, sic ecclesiā episcopo suo in omnibus obedire, & amare, (vt animam suam) debet: quia

In concilijs fol. 35. illud fit carnaliter, istud verò spiritualiter. 7. q. 1. Sicut vir non, &c. Vide eruditam, & elegantem epistolam.

Deus omnipotens, vt nos à præcipitatæ sententię prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, prius quam manifeste agnosceret, Gene. 18. Descēdam & videbo, &c. Cuius exēplo monemur, ne ad proferēdam sententiam, vnquam præcipites simus, aut temerè, & indiligenter indiscussa quoque, quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce, Nolite iudicare &c.

Hebr. 4.

Matt. 7.

Decretū Alexandri papæ.

Anno do. 119. Alexāder papa quintus. Alexander primus, fuit natione Romanus, temporibus Traiani, sedit annos 10. menses 7. dies 2. De hoc Eusebius eccleſiast. histo. lib. 4. cap. 4. quintus papa sub Petro.

Epistola ad omnes orthodoxos, est erudita epistola.

In sacrificio missarum panis tantum, & vinum aqua permixtum offeratur. Non debet in calice domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum, quia vtrumque ex latere eius in passione sua profluisse legitur. De consecratione. d. 2. c. In sacramentorum.

Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus facien-

faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine, populum sanctificabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata. Et si sale aspersa per Helisæum prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacrata, sterilitatem rerum auferet humanarum, & insidias diaboli auertet, & à phantasmaticis versutiis homines defendet, & coinquinatos sanctificabit?

De cons. d. 2. c. Aquam sale.

Ibidem, de fide sanctæ Trinitatis docet & tradit multa congestis multis testimoniis veteris testamenti.

De fide Trinitatis.

Decreta Sixti papæ.

A. d. 129. Sixtus sextus pont.

Sixtus primus, natione Romanus, temporibus Adriani, sedit annos 10. menses tres. Eusebius eccleſiast. hist. lib. 4. cap. 5. ait sedisse annos 12. cui subrogatus est Telesphorus 7. papa sub Petro.

Hic Gallos in fide continuit.

Hic constituit sacra mysteria, & ministeria, id est sacrata vasa non tangi, nisi à ministris sacratis.

Constituit etiam, vt sacerdote incipiente actionem missarum, à populo cantaretur Sãctus, Sanctus, &c.

In prima epistola ostendit secundum fidem, patrem esse Deum, & ingenitum, filium verò (in quo pater visus est) esse genitum, vnúmque cum Patre Deum, non aliũ Deum patrem, alium filium. Hæc epistola scripta

A. d. 139. Telesphorus 7. pont. Huius temporibus innaluit.

Valentinia na hæresis. est ad vniuersos Christi fideles.

Decreta Telesphori papæ.

Telesphorus fuit natione Græcus, temporibus Antonini Imperatoris, sedit annos 11. menses tres, conuenit cum hoc Eusebius ecclesiasticæ hist. lib. 4. ca. 10.

Summa epistolæ decretalis ad vniuersos scriptæ.

Statuit, septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha clericos omnes à carnibus ieiunare, quia discreta debet esse vita clericorum & laicorum, dicens: Sic ergo à carne & deliciis ieiunent & Hymnis, & vigiliis, atque orationibus Deo inhærere diu noctúque studeant. d. 4. c. Statuimus.

Statuit etiam, vt nocte Natiuitatis dominicæ missas celebrent, & hymnum Angelicũ in eis solenniter decantent: quoniam ea nocte ab Angelo pastoribus nunciatus est. Reliquis verò temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ: quia eadem hora Dominus crucifixus est, & spiritus sanctus super Apostolos descendisse legitur.

Lucæ 2. Marc 15. & Act. 2.

a. d. 143. Hyginius octauus pont.

Decreta Hyginÿ papæ.

Hyginius papa, natione Græcus, ex Athenis, sedit annos 4. menses tres, octauus sub Petro.

Hic patrinũ & matrinam baptismo & confirmationi adhi-

Extat epistola decretalis ad omnes Christi fideles, de fide Trinitatis satis crudita, in qua de æqualitate personarum in diuinis, multa

congerit

congerit testimonia. *huius.*

Ibidem, epistolam primam Ioannis docet ad Parthos scriptam.

Extat secunda epistola eiusdem ad Athenienses parœnetica. *a. d. 147. Pius pon. nonus.*

Decreta Pij papæ.

Pius primus, natione Italus, sedit annos decem & nouem: iuxta Eusebium verò 15. historiæ ecclesiast. lib. 4. c. 11. *Hic. Nouati thermas, diuæ Potentiana dedicauit.*

Hermes frater huius librum scribit, in quo refert, quòd ei præceperit Angelus Domini (cũ veniret ad eum in habitu pastoris,) vt pascha die dominica celebraretur. Hoc approbat in epistola prima Pius papa, & habetur de consecratione d. 3. c. Nosse vos volumus. *Pastor inscribitur ille liber.*

In secunda epistola ad Italos directa.

Prædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicant vsibus, & Domino Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt vt suis vsibus inseruiant, quod si quisquam præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Quod hac tempestate fecerunt Lutherani. 12. q. 2. c. Prædia diuinis.

Decretum eiusdem Pij papæ.

Qui compulsus à domino, sciens peierat, vtrique sunt periuri, & Dominus & miles. Ille, quia præcepit, Hic, quia plus dominum quàm animã suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si seruus est, tres qua- *22. q. 5. Qui compulsus.*

drageſimas, & legitimas ferias pœniteat.

Ex eodem.

12. q. 1. Qui peie rat. Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit, ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur: ſi laicus, anathematizetur. Et ſi quis per creaturam iurauerit, acerrimè caſtigetur & iuxta hoc quod ſynodus iudicauerit pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, diuina condemnatione ſimiliter coerceatur. Et ſi epiſcopus emendare neglexerit, acerrimè corripiatur.

De pœnitentia eius, cuius negligẽtia aliquid de ſanguine Domini diſtillat. de conſecratione diſ. 2. c. Si per negligentiam.

Laudabilis eſt conſuetudo, qua nihil fidei contrarium agitur.

Conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nil vſurpare dignoſcitur.

De conſuetudine ſeruanda, quæ non eſt contra fidem.

Petiſtis per Hilarium Chartularium noſtrum à beatæ memoriæ deceſſore noſtro, vt omnes vobis retro temporum conſuetudines ſeruarentur, quæ à Petri Apoſtolorum principis ordinationum initiis hactenus vetuſtas longa ſeruauit. Et nos quidem iuxta ſeriem relationis veſtrę conſuetudinẽ laudamus quæ tamen contra fidem catholicam nihil

nihil vsurpare dignoscitur.

Decreta Aniceti papæ.

Anicetus, natione Syrus, sedit annos 11. decimus Papa. *a.d.159. Anicetus pont. decimus.*

Extat epistola decretalis ad episcopos Galliæ, in qua docet sequentia.

Primo tradit, Iacobum, (qui dicebatur iustus) à Petro, Iacobo & Ioanne apostolis, Hierosolymorum Episcopum fuisse ordinatum, citat Anacletum. 2. epistola.

Secundò ibi, quod Archiepiscopi ab omnibus episcopis suffraganeis ordinentur. 66. d. c. Archiepiscopus ab omnibus.

Tertiò ibi, vt clerici comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant: quoniam laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ, & grauitatis exempla esse debent. d. 23. c. Prohibet fratres.

Hic cauit, à Pauciori bus quàm tribus ne consecraretur episcopus.

Decreta Soteris papæ.

Soter, natione Campanus, ex Fundis, sedit annos 9. Et fuit vndecimus papa. *a. d. 163. Soter vndecimus pont.*

Epistola prima tota est de fide, in qua docetur, quòd Christus in diuinis scripturis dicitur secundum carnem factus: nam secundum diuinitatem nusquam à patre dicitur factus, sed genitus.

Huius temporibus Cataphrygarum hæresis orta est.

Secunda epistola ad episcopos Italiæ.

Primò constituit sacratas Deo fœminas vel monachas, sacra vasa, aut sacratas pallas non contingere, nec incensum circa altaria

deferre, 23. Sacratas Deo.

Secundò præcipitur ab eodē, vt sacrificans habeat secum adiutorem sacerdotem, vt si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui eius vices insequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat. d. 1. De consecratione.

Tertiò ibi, vt nullus post cibum potúmque siue quodlibet minimum sumptum missas facere, nullus absque patentis necessitatis prouentu minister vel sacerdos imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Siquis hæc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit, habetur vbi supra. c. Vt illud. & 7. q. 1. c. Illud diuinum.

Quartò idē, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare pręsumat, nisi duobus præsentibus, sibíque respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & Orate pro me, aptissimè conuenit, vt & ipsius respondeatur salutationi. de consecratione. d. 1. c. Hoc quoque.

Quintò, si aliquid incautius aliquem iurasse contigerit, quod obseruatum, in peiorem vergat exitum, illud salubri consilio mutandum nouerimus, & magis instante necessitate periurandum nobis, quàm pro facto iuramento in aliud crimen maius diuertendum.

22.q.4.c.Si aliquid.

Sextò idem, quod à nullis in cœna Domini perceptio eucharistiæ negligatur, exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibetur, ab omnibus aliis percipiendam esse, ecclesiasticus vsus demonstrat, cum & pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis dominici sacramenta reconcilientur, de consecratione d.2.c.In cœna.

a.d. 177. Eleutherius pont. 2.

Decreta Eleutherij papæ.

Eleutherius, natione Græcus, sedit annos 25.menses 3.duodecimus papa sub Petro temporibus Antonini & Commodi. Eusebius eccleſiasti.hist.lib.5.c.22. Lucius Britanniæ Rex huius tempore se ab eo Christianum fieri per epistolam impetrauit.

Huius tempore Marcionis secta variè diuisa est.

In epistola vnica ad Galliæ prouincias.

De quibus audierat, vt certas escas vitarēt, instruit eos (secundum euangelium) nullas escas tanquā communes refutari debere, quoniam vniuersas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis: probat ex Matth.15. & Act.10.

a.d.198. Victor papa 13.

Decreta Victoris papæ.

Victor, natione Apher, sedit annos 10.mēses 2. Eusebius Ecclesiasticæ hist.lib.5.cap.28. decimustertius papa sub Petro.

Huius temporis fuit hæresis. Pauli Samosateni.

Sequentia in epistola ad Theophilum Alexandriæ episcopum.

Primò hic instituit die dominica pascha domini celebrari, sicut constituerat & Pius

papa. De consecra. dist. 3. c. Celebritatem.

Secundo idem præcepit, vt si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, Gentiles ad fidem venientes, quocunque loco vel momento (vbicunque euenerit) siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, tantū Christianæ credulitatis confessione clarificata, baptizẽtur. Eusebius li. 5. ecclesiasticę historiæ. ca. 22. & 23. & infra, scribit quanta fuerit controuersia inter episcopos & alios fideles de celebritate Pasche tempore huius Victoris papæ: quibusdam volentibus 14. luna pascha Domini celebrandum, quacunque die septimanæ, luna 14. veniret, quando Iudæis agnus præcipitur immolari, & tunc solui debere ieiuniũ. Aliis verò volentibus, ne aliquãdo nisi in die dominica, quando Dominus surrexit à mortuis, dominicum paschę celebraretur mysterium, & in hac sola soluendum esse paschæ ieiunium. Et ob huiusmodi causam congregata sunt concilia nõnulla prouincialia. Extat epistola prima Victoris ad Aphros paræ-netica.

Decreta Zepherini papæ.

a. d. 208. Zepherinus pont. 14.

Zepherinus, natione Romanus, sedit annos 9. menses 7. temporibus Antonini. Eusebius eccleſiast. hist. lib. 6. cap. 16. est 14. papa sub Petro.

In epistola prima ad episcopos Sicilienses.

Tradit illud, quod & alij multi tradiderunt, quod iudicia episcoporum, & maiores

ecclesiæ

ecclesiæ causæ, à sede Apostolica sunt terminandæ, quia sic apostoli & sancti successores eorum statuerunt.

Scribit alteram epistolam episcopis Ægypti, qua hortatur eos ad patientiam, quia persequebantur, & bonis suis spoliabantur. Est epistola commendatione digna.

Decreta Calixti papæ.

Calixtus primus, natione Romanus, sedit annos quinque, menses duos. Eusebius ecclesiasticæ histor. lib. 6. c. 16. Papa 15. sub Petro. *a. d. 217. Calixtus papa 15.*

In prima epistola ad Benedictum episcopum.

Constituit ieiunium quatuor temporum, propter fructuum terræ abundantiam, iuxta prophetiam Zachariæ c. 8. ieiunium quarti, & ieiunium quinti. Quia sicut replemur à domino, frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad alendas animas. *d. 76. ieiunium quod.*

In secunda epistola ad episcopos Galliarum.

In ea generaliter instituit per diuinas scripturas, seruandos esse à causis illicitis, & commonet delinquentes ad pœnitentiam. Ibi etiam vetat, excommunicatos à sacerdotibus ab aliquo recipiendos ante vtriusque partis iustam examinationem, & ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicent, nec aue eis dicatur. Et quòd simili excommunicationi subiacebunt, iuxta Apostolorum institutionem, qui scienter cum ex-

communicatis communicauerint.

Hic primus prohibet matrimonia inter consanguineos. Hos verò consanguineos appellat, quos diuinæ, atque Imperatorum & Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt: talium enim cõiunctiones nec legitimæ sunt nec manere possunt, sed sunt repellendæ. Et si quæ ausu temerario attentatæ sint, authoritate Apostolica, rescindendæ veniunt, & cau. 3. q. 4. cap. Consanguineorum.

Ibi, leges humanas rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas censemus, præsertim vbi Reipublicæ consulunt vtilitati, vel ecclesiasticæ dignitatis authoritatem defendunt, atque pro adminiculo tuentur, &c.

Decreta Vrbani papæ.

a. d. 222. Vrbanus pont. 16. a. d. 230.

Vrbanus primus, Romanus, sedit annos 4. 16. post Petrum. Eusebius lib. 6. ca. 18. tradit 8. annis administrasse sacerdotium, passus est sub Alexandro Imperat. sub eodem passus est & Calixtus prædecessor eius.

Hic sua prædicatione multos ad baptismũ & fidelitatem conuertit, vt Tiburtium & Valerianum nobilem virum sponsum sanctæ Cæciliæ, quos etiam vsque ad martyrij palmam perduxit, cuius monitis, & doctrina multi alij martyrio coronati sunt.

Extat

Extat eius epistola decretalis ad vniuersos episcopos spiritu Paulino digna, per quam statuit, vt oblationes fidelium relinquantur ecclesiis matricibus dispensandæ per episcopos, iuxta necessitatem fidelium.

Hic refert in eadem, quòd in exordio nascentis ecclesiæ, cum fideles vniuersi venderent omnia quæ possiderent, & pretium eorũ ponerent ad pedes Apostolorum (vt legitur in actis) tunc videntes sacerdotes summi, & alij, atque Leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse afferre, si hæreditates & agros quos vendebant, ecclesiis (quibus præsidebant episcopi) traderent, eò quòd ex sumptibus eorũ tam præsentibus quàm futuris temporibus plura & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex precio eorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & de sumptibus eorum viuere. Ipsæ verò res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cũcta necessaria debẽt, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur, Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur. quia domino offeruntur. Non ergo

14. q. 1. videntes autem. *Act. 4.*

debent in aliis vſibus, quàm eccleſiaſticis, & prædictorum chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino traditæ. Siquis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Sapphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui prætia prædictarum rerum fraudauerunt, vt legitur Act. 5.

21. q. 1. *Res eccleſiæ.*

Addidit ad prædicta. Hæc igitur fratres, quæ Ananias & Sapphira paſſi ſunt, valde cauenda ſunt, & timenda, quia res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed vt communes, & Domino oblatæ cum ſummo timore non in alios quã in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ, ne ſacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, vbi traditæ ſunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Sapphiræ incurrant, & (quod peius eſt) Anathema, Maranatha, fiant. Etſi nõ corpore, vt Ananias & Sapphira, mortui ceciderint, anima tamen (quæ potior eſt corpore) mortua & alienata à fidelium conſortio cadat, & in profundum barathri labatur.

17. q. 1. *Attendendum eſt.*

Vnde attendendum eſt omnibus, & firmiter cuſtodiendum, ne prædia vſibus ſacrorũ cæleſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit: poſt debi-

tæ vl-

tæ vltionis acrimoniam (quæ erga sacrilegos iure promenda est) perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis seruetur: quoniam (iuxta Apostolum) tradere oportet huiuscemodi hominem Satanæ, &c. Memoratis ergo augmentationibus & cultibus, in tantum ecclesiæ quibus episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communē gerens vitam indigens, sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipit. Ideóque subiungit: Si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Quod autem sedes in ecclesiis episcoporum excelsæ constitutæ & præparatæ inueniuntur, vt thronus speculationem, & potestatem iudicandi & soluendi, atque ligandi à Domino sibi datam materiam doceat. Vnde Mat. 16. legitur, Quæcũque ligaueritis, &c. Et Io. 20. Quorum remiseritis Ideo ista prætulimus charissimi, vt intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eísque Deum veneremini, & eos (vt animas vestras) diligatis: & quibus illi non communicant, non communicetis, & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniustè liget aliquem, quod tamen summopere præuidere debet. 11. q. 3. quibus epi scopis. ō.

Omnes fideles per manum impositionem episcoporum spiritum sanctũ post baptismũ accipere debent, vt pleni Christiani inueniãtur: quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur, de consecratione d. 5. c. Omnes fideles. Et infra in epistola Melchiadis papæ.

Decreta Pontiani papæ.

Pontianus papæ 17.

Pontianus Romanus, sedit annos nouẽ menses quinque: qui cum Hippolyto presbytero in Sardiniam insulam à Maximino imperatore deportatus est, & ibi. 12. cal. Decembris mactatus: cuius corpus Fabianus papa reduxit, & Romæ in cœmeterio Calixti sepeliuit.

Scripsit duas epistolas ad vniuersos fideles. In prima tractat de honore quo prosequendi sunt sacerdotes, quoniam proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt.

In secunda generaliter hortatur ad fraternam dilectionem.

Decreta Antheri papæ.

a. d. 239. Antherus papa 18.

Antherus, natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus. Hic gesta martyrum diligenter exquisiuit, & in ecclesia recondidit. Propter quod à quodam Maximo præfecto martyr effectus est. Sedit annos tres. 18. papa sub Petro. Huius papæ est inexplicabilis ferè annorum differentia.

7. q. 1. mutationes epi.

Scribit rogatus ab episcopis Beticæ & Tolentanæ prouinciæ, si liceret mutari episcopũ de

vna

vna ciuitate in aliam. Respondit, licere quidē cōmuni vtilitate aut necessitate fieri; sed non libitu cuiusquam, aut dominatione: vt Petrus princeps Apostolorum de Antiochia translatus est Romam, & alij quidem Apostolica authoritate mutati sunt. Eusebius de quadā parua ciuitate, authoritate Apost. translatus est, Alexandriam, & Felix electione ciuium propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Verum auaritiæ, vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis causa, non sunt episcopi mutandi de ciuitate in ciuitatem, sed vtilitatis & necessitatis. *episcoporum.*

Decreta Fabiani papæ.

Fabianus papa, natione Romanus, sedit annos 14. temporibus Maximini martyrio coronatur. 19. papa. *a.d. 242. Fabianus papa 19.*

Hic fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerēt, vt gesta martyrum in integrū colligerent. Tempore huius Nouatus hæreticus venit ex Aphrica, & separauit Nouatianum ab ecclesia, & quosdā confessores.

Huius etiā tēpore passa est ecclesia psecutionē, & multi Christiani è Roma fugerunt. *Sub hoc pont. Cæsar Philippus baptismo insignitus est.*

Eusebus lib. 6. c. 21. hist. eccl. tradit, Fabianū signo columbæ apparentis super ipsum cælitus ostensæ, quæ ferebat figuram illius, quæ super Christum in Iordane descenderat, ab

vniuerso clero & populo electum fuisse episcopum, qui ante episcopatum habuit vxorem, quæ post martyrio coronata est.

Epistola prima est lectione digna.

Præcipit vniuersis ecclesiis, vt ad officia diuina peragenda ordinarẽt diaconos septem, cum subdiaconis & acolythis, qui diebus dominicis & festiuitatibus solemnibus diuina peragant ministeria, & omni hora parati sint ad diuinum officiũ: & quicquid eis iniungitur peragendum. Quod & ipse seruabat Romæ.

Ibidem cõmonet, vt caueant se ab hoc Nouato, & similibus, qui alterã fidem & doctrinam tenent, quàm Apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt, ne (quod absit) post eum abeuntes, in laqueum Satanæ cadant.

A quibus abstinendũ est, sicut ab illis quos Apostolus commemorat, dicens: cum eis nec cibum sumere. Quoniam sic Apostoli statuerunt dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et siquis cum excommunicatis, auertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. 11. q. 1. Sicut Apostoli. & supra in canonibus Apostolorũ. c. 10.

In secunda epistola ad episcopos Orientales.

Intellexerat literis eorum, nõnullos episcopos non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos vel tres annos cõfectione sancti chrismatis semel actam conseruare,

De conse. d. 3. literis nostris.

ſeruare, quoniam nec balſamū per ſingulos annos poterant reperire, nec neceſſe eſt ſingulis annis chriſma conficere, dum vna confectio chriſmatis abundat. Ad quos ait, Errāt, qui talia excogitant: & mente veſana, potius quam recta ſentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Ieſus, poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorū pedes (ſicut à ſanctis apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt) chriſma conficere docuit. Ipſa enim lauatio pedum, noſtrū ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis vnctione perficitur & confirmatur. Sicut igitur ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda: ita ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renouanda, & vetus chriſma in ſanctis eccleſiis cremandum. Iſta à ſanctis apoſtolis, & à ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque tenenda mandamus.

Hæc ſancta Romana eccleſia, & Antiochena à tempore apoſtolorū cuſtodit. Hæc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet. In quibus apoſtoli præſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi, & non amplius quā vno anno vti permiſerunt.

Quomodo ſacerdotes non temere accuſandi, aut reprehendendi ſint, niſi à magiſtris ſuis, quoniam eorum cauſas ſibi Dominus reſeruare voluit, & ſuo iudicio vindicari. To-

lerandi hi sunt potius à fidelibus, quam exprobrandi, veluti palea cum tritico, vsque ad vltimum ventilabrum, & sicut pisces mali cum bonis, vsque ad segregationem, quæ futura est in littore, id est in fine seculi. Hinc colligitur, sacerdotes Domini non gladio, nec morte feriendos.

11. q. 1. statuimus, vt si quis. Nullus in iudicio præsumat accusator simul esse, & iudex vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est iudices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes.

In tertia ad Hilarium episcopum.

2. q. 6. si quis iudicem. Primò, nullus accusetur alicubi, quam in suo foro. Siquis verò iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellantem autem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuaiare custodia: sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio subleuare, &c. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi ei denegetur, quem supplicio sententia destinarit.

3. q. 6. qui crimen. Siquis crimen alteri obiecerit, nisi per scripturam se probaturum esse fateatur, non est pro accusatione habendum. Si verò scripserit, si non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit, ipse patiatur.

Tertiò idem, & si non frequentius, saltem in anno ter, homines communicent (nisi fortè quis

tè quis maioribus criminibus impediatur) in Paſcha videlicet, & Pentecoſte: & Natali Domini. *De conſecrat. d. 1. & ſi non.*

Quartò idem. Si quis ætatis ſuæ triginta non impleuerit annos, nullo modo preſbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus, quia & ipſe dominus 30. annorum baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

Quintò idem decreuit, vt in omnibus diebus dominicis, ab omnibus viris & mulieribus oblatio, tam panis quam vini fiat, vt per has immolationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur. *78. d ſiquis tribus.*

Sextò idem: vt preſbyter illiteratus miſſam celebrare non audeat.

Decreta Cornelij papæ.

Cornelius Romanus, ſedit annos 2. Vigeſimus papa ſub Petro.

Huius tempore Nouatus Nouatianum extra eccleſiam ordinauit, & in Aphrica Nicoſtratum. Hic à Decio martyrio coronatus eſt quia noluit ductus ad templum Martis adorare. *a. d. 255. Cornelius papa 20.*

Euſebius hiſt. eccleſ. lib. 7. c. 2. refert, eodem tempore Cornelium Romæ, & Cyprianum apud Carthaginem, epiſcopatum geſſiſſe. Et tunc in Aphrica quæſtio exorta eſt, ſi oportet hæreticos rebaptizari. Cúmque id à Cypriano, & cæteris pene omnibus per Aphricam ſacerdotibus oportere fieri decernere-

tur, Cornelius, & cæteri omnes per Italiam sacerdotes, huiusmodi decretum, manente sacerdotali concordia, refutarunt, statuentes antiquam à patribus super hoc traditam regulam debere seruari, quæ continebat, Hæreticos sola manus impositione purgandos.

In epistola prima.

Tractat de translatione corporum Apostolorum Petri & Pauli quæ rogatu deuotæ matronæ Lucinæ leuata sunt de Cathecumbis.

In epistola secunda ad Rufum episcopum Orientalem.

1.q.4. Sacramentũ autem. Matt.5.

Vetat, à summis sacerdotibus, & dei ministris exigi sacramentum iuramenti, nisi pro recta fide.

Ibidem, testimoniis scripturam ostendit, quàm alienum sit ab hominibus Christianis iurare, exponens illud domini. Quod autem his abundantius est, à malo est, id est ab exigente, & à iurante.

22. q. 5. Honestum etiam.

Idem decreuit dicens, Honestum etiam videtur vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate, & timore dei. Et pueri ante annos 14. non cogantur iurare.

De hoc Pontifice meminit Eusebius, li. 6. c. 33. Et de nouato hæretico, qui spem salutis ademerat peccantibus, etiã si digne penituissent. Hic extitit princeps Nouatianorum, qui ab ecclesia separati superbo nomine Catharos.

ros.i.mundos appellarũt semetipsos. Ob hãc rem concilium sacerdotale Romæ congregatum est,episcoporum 60.totidem præsbyterorum,cum diaconis multis.Et statuitur,Novatum cum his qui eum sequerentur, alienũ esse ab ecclesia. Eos verò qui lapsi fuerint in certamine, fraterna commiseratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit de hac re Cornelius vrbis Romæ episcopus,ad ecclesiam Antiochenam, indicans quid statuerit concilium Romæ congregatum,& quid Italis,Aphris,cæterísque occidẽtalibus visum fuerit. De quo Cyprianus librum edidit lapsos ad pœnitentiam cohortando.

Huius tempore (vt refert idem Eusebius) iã ecclesia habebat ad diuina mysteria peragenda,cum episcopis presbyteros,Diaconos, Subdiaconos, Acolythos,Exorcistas, Lectores,Ostiarios,Et viduas habebat ecclesia,quas cum aliis indigentibus alebat.

Item sub hoc pontifice celebratum est cõcilium Carthaginen. super ea quæstione, An baptizati ab hæreticis, venientes ad ecclesiã essent rebaptizandi. In quo concilio ab omnibus vnanimiter decretum est, ab hæreticis non conferri verum baptisma, sicut nec datur spiritussanctus, nec vera remissio peccatorum. Innixi verbis Pauli ad Ephes.4. Vna fides,Vnum baptisma.

Verba Cypriani. Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hæreticorum baptismo. Et quid ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel atque iterum censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro sua syncera & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Superest vt de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem (si diuersum senserit) amouentes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit, vt tyrannico terrore ad obsequendi necessitatẽ collegas suos adigat, quum habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, cùm nec ipse possit alterum iudicare, sed expectemus vniuersi iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem & præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

Responsio Cecilij Abilitæ Eph. 4. Ego vnum baptisma in ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hoc erit vnũ vbi spes vera est, & fides certa. Sic enim scriptũ est: Vna

eſt: Vna fides,vna ſpes,vnum baptiſma.Non apud hæreticos,vbi ſpes nulla eſt, & fides falſa. Vbi omnia per mendacium aguntur. Vbi exorcizat dæmoniacus. Sacramentum interrogat,cuius os & verba cancer emittunt.Fidē dat infidelis.Veniam delictorum tribuit ſceleratus,& in nomine Chriſti tingit Antichriſtus.Benedicit à Deo maledictus.Vitam pollicetur mortuus. Pacem dat impacificus. Deum inuocat blaſphemus.Sacerdotium adminiſtrat prophanus. Ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt Antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere. Aut qui illis aſſiſtunt dicant hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia eccleſia conſentire cogitur,& ſine baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur. Quā rem (fratres) fugere ac vitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & vnum baptiſma tenere,quod ſoli eccleſiæ à Deo conceſſum eſt.

Cyprianus Carthaginen.dixit.

Cenſeo ſecundum euangelicam & Apoſto- *Sententia*
licam conteſtationem,aduerſarios Chriſti,& *Cypriani.*
Antichriſtos appellatos quando ad eccleſiam venerint, vnico eccleſiæ baptiſmo baptizandos eſſe, vt poſſint fieri de aduerſariis amici, & de Antichriſtis Chriſtiani. Reuocata ſunt hæc per Cornelium in ſacerdotali concilio Romæ,& per Stephanum papam.

Decreta Lucij papæ.

a. d. 258. Lucius pont. 21.

Lucius Romanus, sedit annos 3. à Valeriano martyrio coronatur.

Fuit temporibus Galli & Volusiani Hic, episcopum 30. annis minorem repudiauit.

Hic præcepit vt duo presbyteri & tres diaconi in omni loco episcopum comitarentur propter testimonium ecclesiasticum.

Idem cum ad passionem pergerer, omnem potestatem ecclesiæ reliquit Archidiacono suo Stephano successori suo.

Huius meminit Eusebius hist. ecclesiast. lib. 7. c. 3.

In epistola prima ad episcopos Galliæ & Hispaniæ.

Excommunicauit bona ecclesiæ expoliantes, vel ecclesiis vexationem inferentes, quoniam erant pauperibus dedicata.

Ibidem de Romana ecclesia tradit, quòd est Apostolica mater omnium ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui principi discipulorum dixit: Petre ecce Satanas, &c. Ego aut rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, &c.

Luc 21. 31. d. c. Ministri.

Idem fecit decretum, vt ministri altaris presbyteri & diaconi, tales eligantur qui continentiam seruent.

Idem, vt clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec frequenter properet

peret sine maioris natu sacerdotis iussione. Et ne solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Et si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesiæ arceatur.

Idem, vt nullus clericus cum extranea habitet fœmina, nisi soror aut proxima fuerit & cum magna solicitudine fiat.

Non enim ignoro malitias Satanæ.

Extant epistolæ Cypriani ad Lucium.

Decreta Stephani Papæ.

Stephanus Romanus, sedit annos 7. martyrio coronatur 22. papa sub Petro. *An. d. 261. Stephan. pont. 22. Fuit temporibus Valeriani*

In epistola prima ad Hilarium episcopum.

Quòd non sint admittendi ad gradus ecclesiasticos omnes illi qui pro crimine aliquo notantur infamia. Vide 6. q. 1. c. Infames, vbi omnes ferè peccatores excludit. *De confe. d. 1. c. Vestimenta.*

Qualia debent esse vestimenta quibus Domino ministratur, & cultus celebratur diuinus. Vt sint sacrata, & honesta, quibus in aliis quàm vsibus ecclesiasticis non vtantur. Nec ab aliis contingantur, aut ferantur, nisi à sacratis hominibus, ne vltio quæ Balthasarem regem percussit, super talia præsumentes veniat diuina.

Idem à Sixto papa decretum est.

In secunda epistola.

De accusationibus sacerdotum, de qua re in decretis Telesphori, & Higinij.

Galat. 6. 1. Cor. 15.

Ibi. Apostolo prohibente, inter Christianos non debēt accusationes exerceri: ex quo docemur à Paulo, lites non probari inter fideles. Eusebius de Sixto lib. 7. cap. 23.

Decreta Sixti papæ.

a. d. 264. Sixtus pontif. Vigesimus tertius.

Sixtus secundus natione Græcus ex Athenis sedit annos duos 23. Papa sub Petro.

Tempore huius exorta est Sabellianorum secta.

Hic sub Decio & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit sacrificare dæmoniis, capite truncatus est, & eum eo sex diaconi. Et die tertio post passionem illius passi sunt Laurentius eius archidiaconus, Claudius subdiaconus, Seuerus presbyter, Romanus ostiarius, & Crescentius lector.

In epistola ad Gratum episcopum explicat processum personarum diuinarum.

In secunda ad episcopos Hispaniæ.

Agit de accusationibus & persecutionibus episcoporum &c. Consule Euse. hist. ecle. i. c. 7. c. 4. Et infra tradit multa, quæ huius tempore contigerunt.

Decreta Dionysii Papæ.

a. d. 266. Dionys. pont. 14. Fuit temporibus Galieni.

Dionysius Monachus, sedit annos 6. fuit 24. Papa.

Hic presbyteris ecclesias diuisit, & cœmeteria, parochiásque & diœceses constituit. Eius epistolæ nihil habent, nisi generales cōmonitiones ad obseruationem legis Christianæ.

Huius tempore congregatum est prouinciale

ciale concilium in Antiochia.

Huius meminit Eusebius hist. ecclesia. lib. 7. c. 23. & infra. Aggregatum verò contra Paulum Samosatenum, qui abiecta & indigna de Christo sentiens, negabat eum de cœlis descendisse, sed à Maria originem cepisse, & initium habuisse de terra, & communis naturæ hominem tantum fuisse.

Extat epistola episcoporum Antiocheni concilij ad Dionysium Papam, & ad alios episcopos, & vniuersum clerum & plebem, contra prædictum Paulum, Apud Eusebium. cap. 36. *a.d. 272.*

Felix 1. pont. 25. sub Claudio & Valeriano.

Decreta Felicis papæ.

Felix Papa primus Romanus, sedit annos 4. Papa 25. sub Petro.

Hic cõstituit, supra memorias ac sepulchra martyrum, Missas celebrari. Quòd destruxerunt Lutherani hac nostra tempestate.

Huius meminit Eusebius lib. 7. cap. 27. *Sub hoc pont. Manes persa Manichaeorum introduxit sectam.*

Extat epistola eius ad paternum episcopũ, & altera ad episcopos Galliæ, quæ tantum generales commonitiones continent.

Extat alia ad Benignum episcopum, à quo consultus est in rebus fidei, quoniam quidam in sua ecclesia dicebant filium non posse propriè videre patrem, iuxta illud, Deum nemo vidit vnquam. Et alij fingebant filium minorem patre, quoniam pater illi perhibet testimonium. Et quia pater inuisibilis dicitur,

filius verò visibilis comprobatur. Ad quæ cõsultus respondit Felix, Isti ignorantes diuinarum scripturarum & Apostolorum iura, ex proprio & adulterino sensu talia fabricant. Nos verò euidentioribus testimoniis veteris & noui instrumenti, filium patrem semper videre posse doceamus, Salomone dicẽte, Est tecum sapientia, quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum, &c. Et in Euangelio, Nemo nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, &c. Et iterum: Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus, &c. Item, Vos non nostis eum, ego autem noui eum. Et iterum. Qui ex Deo est, hic nouit Deum.

Sap. 9.
Matt. 11.
Ioan 1.
Ioan. 8.
Ioan 7.

Si sereno sensu recenseas scripturas, inuenies non solum patrem filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilẽ Trinitatem. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pater, &c. Cũ venerit paracletus spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me, &c. Intende, quoniam in quibus vna testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque inferior iudicatur.

Ioan. 8.
Ioan. 15.

De alio sæpe diximus, quod secundum hominis formam filius visibilis dicitur, secũdũ verò deitatis substantiam, inuisibilis prædicatur, vt Paulus multis in locis ostendit. Hæc est Apostolorum viua traditio. Hæc sancta &

Rom. 2.

cta & Apostolica mater omniũ ecclesiarum Christi ecclesia, quę per Dei omnipotẽtis gratiã à tramite Apostolicæ traditionis nũquam errasse probatur, nec ab hæreticis prauitatib⁹ deprauata succubuit, sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata manet, iuxta illud Lucæ 22. Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. 24.q.1. A recta ergo fide. Vt supra in decretis Lucij Papæ.

Decreta Eutychiani Papæ.

Eutychianus primus, natione Tuscus, sedit anno vno. Papa 26. sub Petro. *a. d. 276. Eutychianus.*

Hic temporibus suis per loca diuersa 342. martyres propriis manib. sepeliuit. Qui etiã statuit, vt cũ Dalmatica aut Colobio sepelirẽtur. Huius meminit Euseb. hist. eccl. li. 7. c. 7. *Fuit tempore Aureliani.*

Extat epistola eius prima ad episcopos Beticæ prouinciæ, in qua veritatẽ dominicę incarnationis explicat, quomodo salua proprietate vtriusq; naturæ Deus ver⁹, & ver⁹ homo erat.

Extat altera ad episcopos Siciliæ, tantum continens generales commonitiones ad fidẽ & pietatem pertinentes.

Extant decreta eius apud Gratianum, 20.q. 2. c. Statuimus.

Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur. Qui pœnitentiam periurij agere noluerit, excommunicetur. 20.q.1. Prædicandum.

In potestate fidelis erit, & quis gentilis gẽtilem vxorem duxerit ante baptismum, post baptismum eam habere, vel non habere. Et infidelem discedentem fidelis sequi non cogitur, 28.q.1.Si quis gentilis.

Magnum malum ebrietatis, ex quo omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decernimus, vsque ad congruam emendationem.

Idem Episcopi & Dei ministri non debent comessationibus & vinolentiis nimiis incumbere, considerantes sententiam Domini, dicentis, Attendite, ne grauentur corda vestra, &c. Moderate enim cibum, & necessarium solum sumant, vt (iuxta Apostolum) sobrij sint, & parati ad seruitium Dei.

Luc.21.
1.Thess.5.

Decreta Gaÿ Papæ.

a.d.284. Gaius pontif.27.

Gaius, natione Dalmata, sedit annos 11. temporibus Diocletiani Imperatoris cuius meminit Eusebius hist.eccle.lib.7, cap.27. Papa 27. sub Petro.

Hic constituit, vt omnes ordines in ecclesia sic ascenderent. Si quis episcopus fieri mereretur, primo fiat ostiarius, lector, exorcista, acolythus, deinde subdiaconus, diaconus, presbyter: & exinde episcopus ordinaretur.

Extat epistola eius elegantissima ad Felicem episcopum de veritatis incarnationis dominicæ, vbi ostendit primo, quòd nullius innocentis

nocentis occisio fuerit redemptio mundi, nec alicuius debitum quisquam suo fine persoluit, nisi filius hominis Iesus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati, de quibus ipse dicebat, Ego cum exaltatus fuero, & cæt. Ioan. 12. Vbi secundo, postquam multa elegãtissima collegit, subdit, Mundum Deo in Christo reconciliatum, vt nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla caro posset saluari.

Decreta Marcellini papæ.

Marcellinus, natione Romanus, sedit annos 9. temporibus Diocletiani, quo tempore fuit persecutio magna, ita vt intra 30. dies 17. milia hominũ promiscui sexus per diuersas prouincias martyrio coronarentur. Et ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, vt thurificaret. Quod & fecit. Et post paucòs dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio & Cyrino & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Iacuerunt vero corpora sanctorum in platea dies 36. iussu Diocletiani. Deinde Marcellus presbyter noctu collegit cum presbyteris & diaconis, & cum hymnis sepeliuit.

2. Cor. 5. a. d. 295. Marcellinus pont. 28. Sub quo decima Christianorum persecutio fuit.

Extat epistola eius prima ad Salomonem episcopum, in qua damnat errores quorundã dicentium Patrem maiorem esse filio, quia illi soli sacrificium immolatur. Et quòd filius nullam cũ patre communionẽ operũ habeat.

Et quòd illud propheticũ, Scient gentes quoniã nomen tibi Deus, tu solus altissimus, de solo patre dictũ sit. Psal. 82. Hæc refellit, adductis testimoniis satis idoneis sacrarum scripturarum.

Extat altera epistola ad episcopos Orientales, solas monitiones generales continens.

Hic etiam Marcellinus convictus est quòd thurificasset in templo Isidis & Vestæ, per Gaium & Innocẽtium diaconos, & Yrbanum Castorium & Iuuenalem presbyteros, & per 28. alios testes. Et tandem in synodo 300. Episcoporum, & 30. presbyterorum, caput cinere conuolutum habens Marcellinus episcopus Vrbis Romæ, voce clara clamans, dixit, Pecca ui coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam auarus me corrupit auro. Et subscripserunt in eius damnationem & damnauerunt eum extra ciuitatem, dicentes: Quia ore suo condemnatus est, & ore suo anathematizates accepit Maranatha. Nemo enim vnquam iudicauit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non iudicabitur à quoquàm. Tu eris iudex, ex te condemnaberis, tamen in nostra præsentia. Tu enim iudex, tu reus. Hoc autem facto, Diocletianus (dum esset in bello Persarum) audiens quòd 300. episcopi, & 30. presbyteri in eius damnationem conuenerint, iratus in eandem ciuitatem misit, & multos episcopos ad mar-

ad martyrij coronam traxit. Inter quos damnatus est & Marcellinus, & (vt tradunt multi) vacauit episcopatus eius annos 7. De condemnatione Marcellini est fermè inexplicabilis scriptorum differentia. Diximus certiora in controuersia quarta.

Concilium Ancyranum post tẽpora Marcellini Papæ celebratum parum ante Nicenum concilium circa annum Domini 308. Sub quo Cæsare, ex scriptoribus constare nõ potest, Fuit prouinciale concilium, sed receptum in 6. synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata, vt patet ex 2. Canone sextæ synodi.

Hoc concilium vocatur à Gratiano in decretis Anchyritanum, ab aliis Anquiranum. Cui interfuerunt aliqui episcopi qui etiam affuerunt in concilio Nicæno.

Ancyranũ melius dictum ab Ancyra ciuitate sita in Galatia.

Continet Canones generales 24. cõtra eos qui inuiti vel diis thurificabant vel immolabant.

D. 50. Presbyteros qui.

Can. 1. De presbyteris, qui immolauerunt tempore persecutionis.

Presbyteros qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento sibimet præparantes egerunt, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis subiici putentur, tanquam inuiti: si ex fide ergo luctati sunt, & nõn ex cõpacto ad ostentationem vt caperentur, ipsi se

cerunt, hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.

Can. 2. De diaconis qui immolauerunt.

D. 50. Presbyteros qui.

Diaconi similiter qui immolauerunt, postea autem iterum reluctati sunt, illum quidē honorem habere oportet. Cessare verò debēt ab omni sacro, ita vt nec panem nec calicem offerant, nec pronuntient, nisi fortè aliqui episcoporum conscij sint laboris eorum, & humilitat s & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere vel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas.

Can 13. de his qui ex fuga comprehensi sunt.

Qui fugientes timor persecutionis comprehensi sunt: vel à familiaribus, seu à domesticis traditi, & vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos: quinetiam perseuerante violentia ad id vsque perducti sunt, vt manus eorum apprehensas, & violenter attractas, super sacrificia imponerent, illis licet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus hoc ergo quod eis inuitis & aliis cogentibus contigit, si luctu & mœrore animi acerbè se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conuersationem habitu incedentes, dolere se quod inuiti coacti sunt

doceant,

doceant, hoc tanquam inculpatos à communione non vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus à communione, maioris diligentiæ & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. Hoc autem obseruari conuenit & de clericis & de laicis omnibus. Laicos sanè, qui in similes necessitatis causas inciderunt, tanquam si nihil peccauerint, maximè si eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit.

Can. 4. De his qui in templis idolorum cœnauerunt.

De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt, si qui eorũ cum habitu cultiore ad tẽpla perducti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia quæ fuerunt apposita, placuit eos inter audientes vno anno constitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam. Sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis.

Can. 5. De his qui in locis idolorum manducauerunt.

Quotquot autem ascenderunt templa cum veste lugubri, & recumbentes inter alios manducauerunt flentes, si compleuerint pœnitentiam triennij temporis, sine

oblatione ſuſcipiantur ad communionem, id eſt, vt ipſi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa, non manducauerint, rò biennio maneant in pœnitentia. Tertio verò anno communicent, ſed ſine oblatione, vt dictum eſt: in quarto autem anno perfectionem ſuam recipiant. Epiſcopum autem hanc habere licentiam oportet, vt perſpecta ſingulorum conuerſatione, normam regulámque conuerſationis attribuat, id eſt, vt humanius agens ſecundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare, aut etiã prolixius, quod correctioni neceſſarium viderit, addere. Diſcutiatur autem omnium horum & præcedens vita, & poſterior, & ita circa eos ſacerdotalis ſe humanitas moderetur.

Can. 6. De his qui timore ritus Gentilium peregerunt.

De his qui minis tantum ceſſerunt, aut bonorum ablatione, aut tranſportationis pœna deterriti ſacrificauerunt, & nunc vſque non pœnituerunt, neque conuerſi ſunt, modo autem in. 1. tempore huius Synodi ſe obtulerunt, conuerſionis ſuę conſilium capientes, placuit eos vſque ad magnum diem inter audientes ſuſcipi, ac pœnitẽtiam agere triennio, & poſt duos alios annos ſine oblatione communicare: & ita demum ſex annis completis ad perfectum peruenire. Quòd ſi aliqui antè hoc concilium ſuſcepti ſint ad pœnitentiam, ex illo

illo tempore imputabitur eis initium sexennij constituti. Quòd si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex aliqua causa acciderit, his communio propter viaticum suum non negabitur.

Can. 7. De his qui frequenter idolis immolauerũt.

De his qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuiis interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt & commederunt: placuit, vt post biennij pœnitentiam suscipiantur, ita tamen, vt vtrũ aut cum oblatione recipiendi sint an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisque episcoporum examinet vitam eorũ, & præterita ac præsentia, debita consideratione perpendat.

Can. 8. De his qui vi coacti idolis immolauerunt.

Hi autem qui secundo vel tertio sacrificauerunt vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

Can. 9. De his qui alijs sacrificandi causam attulerunt.

Quotquot autem non solum à fide dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur. Per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio

verò anno, id est decimo communionem sine oblatione recipiant, vt completo decennio perfectione fruantur. Ideo autem ipso tempore etiam vita eorum & conuersatio consideranda est.

Can.10. De Diaconis protestantibus cum ordinantur.

D.28. Diaconi. Diaconi quicunque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes velle se habere vxores, nec posse se continere, hi postea si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quòd his episcopis licentiam dederit. Quicunque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt.

Can.11. De desponsatis puellis.

27.q.2. Desponsatas puellas. Desponsatas puellas, & postea ab alijs corruptas, placuit erui, & his reddi quibus fuerãt ante desponsatæ, etiamsi à raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.

Can.12. De his qui ante baptismum sacrificauerunt idolis.

Eos qui ante baptismum sacrificauerũt, & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoueri, tanquã ab omni crimine lauacri salutaris sanctificatione purgatos.

Ca.13. De Chorepiscopis, & eorum potestate.

Vicariis episcoporũ (quos Græci Chorepiscopos vocãt) non licere vel presbyteros vel diaco-

diaconos ordinare: sed nec presbyteris ciuitatis sine episcopi præcepto amplius aliquid imperare, nec sine authoritate literarum eius in vnaquaque parochia aliquid agere.

Can.14. De presbyteris à carnibus se abstinentibus.

De his qui in clero sunt presbyteri vel diaconi, & abstinent à carnibus, hoc placuit statui, vt non eas tanquam immundas contemnant, seu contingant. A quibus quidem qui se abstinere volunt, habeant potestatē, ita tamen vt si quando cū oleribus coquantur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicēt, sed ex his cibum assumant, quanuis à carnibus se abstineant. Quod si in tantum eas immundas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera quæ cum carnibus coquuntur, æstimēt comedenda, tanquam non consentientes huic regulæ, cessare, eos oportet & à ministerio, & ordine suo. Si quis autem huius regulę monitis non obedierit, sed carnes (vt dictum est) immundas & abominandas existimauerit, cessare debet ab ordine suo.

Can.15. Non debere presbyteros ecclesiastica iura vendere.

Si qua de rebus ecclesiæ, cum episcopis non est, presbyteri vēdiderint, placuit, rescisso contractu, ad ius ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si constitutū pretium debeat recipi, necne, propter quod

1.q.2. Si qua.

sæpe contingit distractarum rerum reditus ampliore summa pro accepto pretio reddi.

Cap.16. De his qui irrationabiliter vixerint.

De his qui irrationabiliter versati sunt, siue versantur. Quotquot ante vicesimum ætatis suæ annum tale crimẽ commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem vita eorum, quales tempore pœnitudinis extiterint, & ita misericordiã consequantur. Quòd si inexplebiliter his hęserint criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autẽ peracta viginti annorum ætate, & vxores habẽtes, hoc peccato prolapsi sunt, vigintiquinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiãtur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod siqui & vxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

Can.17. De his qui alios ad antedicta peccata induxerunt.

Hos eosdem sanè non solum leprosos crimine huiusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempe-

tempestate iactantur, qui à nobis energumeni intelliguntur.

Can. 18. De his qui ad episcopatum promoti sunt, nec recepti.

Si qui episcopi susceptí non sunt à diœcesi in qua fuerant denominati, compellantur ad eandem iudicis edicto redire. Quòd si voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere aliis episcopis quos ibi inuenerint, seditiones excitando aduersus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in presbyterio in ecclesia vbi prius fuerant, tanquam presbyteri residere, non repellantur à propria dignitate. Quòd si etiam ibi seditiones concitare probãtur episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterij dignitate priuari. *d. 92. Si qui episcopi.*

Ca. 19. De his qui virginitatem profitentur.

Quotquot virginitatem pollicitam præuaricati sunt professione contempta inter digamos, ideſt, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus. *27. q. 1. Quotquot virginitatem.*

Ca. 20. De adulteris, & eorum pœnitentia.

Siquis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

Can. 21. De mulieribus quæ partus suos

ex fornicatione necant.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum, vt vtero conceptus excutiantur, antiqua quidem definitio est, vsque ad exitum vitæ eas ab ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus tribuatur.

Can. 22. De homicidis.

d. 50. eos vero qui.

Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autē exitum vitæ cōmunione digni habeantur. Eos verò qui non voluntariè, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit secundum gradus constitutos. Hæc verò humanior definito quinquennij tempus tribuit.

Can. 23. De his qui diuinatione expetunt.

26. q. 1. Qui diuinationes.

Qui auguria, vel auspicia, siue somnia, vel diuinationes quaslibet secundum morem Gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut vt domos suas lustrent, confessi, quinquennio pœnitentiam agant secundum antiquitus constitutas regulas.

Can. 24. De his qui virginum corruptionibus consentiunt.

Si quis sponsam habens, sorori eius forsitan

tan intulerit violentiam, eique inhæserit, tanquam suæ, hæc autem decepta, postea vxorem duxerit desponsatam, illa verò quę vitium passa est, fortè necem sibi intulerit, omnes hi qui facti huius sunt conscij, decem annis in pœnitentiam redigantur secundum Canones constitutos.

In eodem concilio mandatur decreto generali, vt episcopi, eorúmque ministri studeant perniciosam & à diabolo inuentã maleficã artem & sortilegam penitus è parochiis suis eradicare, & ab ecclesia eiicere, iuxta illud Pauli, Hæreticum hominem post, &c. *Ad tit. 3.*

Ibidem Quòd sceleratæ quædam mulieres dæmonum illusionibus seductæ, nocturnis horis cum Diana paganorum dea, & innumera multitudine mulierum credunt se equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia pertransire: quæ falsa opinione deceptæ hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant. Ideo sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo prædicare debent hæc omnino esse falsa, & à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem Satanas transfigurat se in angelum lucis, & cum mentem cuiusque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, illico transformat se in diuersarum personarum species atque similitudines, & mentem quam captiuam tenet, *2. Cor. 11.*

in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore opinatur euenire, cum Ezechiel propheta visiones Domini non in corpore, sed in spiritu vidit. Et Ioannes sacramentum Apocalypsis in spiritu non in corpore vidit. Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quòd qui talia, & his similia credit, fidem perdidit. Subscripserunt 18. episcopi, qui in eo concilio conuenerunt.

Apoc. 1. 3. Co. 11.

Decreta Marcelli Papæ.

a. d. 304. Marcellus post. 29.

Marcellus Romanus, sedit annis quinque. Hic à Maxentio comprehensus, vt negaret se esse episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens & deridens dicta Maxentij, damnatus est in Cacabulum: vbi dum multis diebus seruiret; orationibus & ieiuniis Domino deseruire non cessabat. Mense verò nono venerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de Cacabulo. Et matrona Lucina vidua suscepit beatum virum, quæ domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die noctúque hymnis & orationibus domino Iesu Christo confitebantur.

Marcellus Cardinalium titulos instituit.

His auditis à Maxentio, tenuit iterum beatum

tum Marcellum,& iussit in eadem ecclesia iterum paleas externi,vt ibidem animalia Cacabuli congregata starent , & ipsis beatus Marcellus deseruiret.Qui tandem in seruitio animalium nudus amictus cilicio defunctus est.

Extat epistola eius decretalis ad episcopos Antiochenæ prouincię.Vbi primo definit de primatu ecclesiæ Romanæ, ad quam omnes quasi ad caput iuxta Apostolorum sanctiones,episcopi suffugere,eámque appellare debent,vt inde accipiant liberationem,vnde acceperunt informationem , & consecrationē. Cui cessit Antiochena, quæ olim erat prima. 2. q. 6. ad Romanā.

Ab eodem constitutum est, vt nulla synodus fieret pręter eiusdem sedis authoritatem.

Extat alia eius epistola ad Maxentium tyrannum , qua commonet vt cesset sæuire aduersus Christi fideles.

Extat eiusdem decretum 20. q.1. Illud autem statuendum esse censemus,vt si in minori ætate filij monasterio oblati fuerint,vel sacram tonsuram vel velamina susceperint,dignum duximus,vt 15.anno à prælatis moniti verbis, inquirantur vtrum in ipso habitu permanere cupiant an non. Si vero permanere professi fuerint , vlterius pœnitendi locum minime amplecti possunt.Si vero ad secularem habitum reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur,quia satis inu-

tile est, vt coacta seruitia domino præstentur.

Decreta Eusebij Papæ.

a.d 309 Eusebius ponti. 30 De cõsecratione d. 3. c. Crucis domini. De cõsecratione d. 5. Manus quoque.

Eusebius Græcus, sedit annos sex temporibus Constantini. Fuit sub Petro 30. papa.

Sub hoc Crux Domini nostri Iesu Christi 5. nonas Maij inuenta est, & festum de ea celebrandum instituit, vt habetur in epistola eius tertia ad episcopos Tusciæ & Campaniæ prouinciæ.

Ibidem definit Hæreticos in sanctæ Trinitatis nomine credentes, & sub hac inuocatione baptizatos, per solam manus impositionem reconciliandos. Ibidem manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis quàm ab ipsis Apostolis legitur aut scitur esse peractum. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta.

27. q. 2. Desponsatam. De conse. d. 1. Consulto.

Decretum est ab eodem, desponsatam puellã non licere parentib⁹ alij viro tradere. Licet tamẽ illi monasteriũ sibi eligere, si voluerit.

Quod cõsulto omniũ statuimus sacrificiũ altaris non in sericeo panno aut tincto quisquã celebrare presumat, sed in puro lineo ab episcopo cõsecrato. Sic corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone munda sepultũ fuit.

Idem ieiunium ecclesiæ à sacerdotibus cõstitutum

ſtitutum, ſine neceſſitate rationabili non ſoluatur.

Idem oportet epiſcopum moderatis epulis contentum eſſe, ſuóſque conuiuas ad comedendum & bibẽdum non vrgere, quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumẽta, non ludicra ſpectacula, non fatuorũ ſtulti loquia, non ſcurrilium admittantur prę ſtigiæ. Adſint peregrini, & pauperes & debiles qui de ſacerdotali menſa Chriſtum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantum corporali cibo, imò verbi ſpiritualis alimento conuiuantes ſe refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. *De conſe. diſ. 5. Ieiunia.*

Extant aliæ duæ epiſtolæ eiuſdem. Vna ad epiſcopos Galliæ, altera ad epiſcopos Ægypti.

Decreta Melchiadis papæ.

Melchiadis Apher ſedit annos 3. papa 31. Hic conſtituit vt die dominica, & quinta feria ieiunium nullus fidelium ageret, quia eos dies pagani quaſi ſacrum ieiunium celebrant. *An. d. 311. Melchiades pon. 31.*

Extat epiſtola eius ad epiſcopos Hiſpaniæ, in qua primum docet quod inter beatos Apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Ei licet cunctorum par electio foret, beato tamẽ Petro conceſſum eſt vt aliis præemineret. *Matt. 16.*

Ibi respondet ad quæstionem, scilicet vtrũ sit maius sacramentum manus impositio episcoporum, an baptismus, dicens: Scitote vtrũque magnum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus fit, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem, nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest. Nam (præueniente morte) vnum saluare sine altero potest, aliud autem non potest. Ex quibus colligitur quòd baptismus est maioris necessitatis, manus verò impositio maioris dignitatis ex ministro.

De consecra. di. 5. c. Spiritus-sanctus.

Ibi distinguit effectus vtriusque sacramẽti, quia in baptismo regenerãtur ad vitam, post baptismum verò confirmantur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Et quanuis transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Nam regeneratio per se saluat mox in pace beati seculi recipiendos, confirmatio verò armat & instruit ad agones mundi huius & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatus morte, quia non potest peccare post mortem.

Ad hoc profuit Apostolis aduẽtus Spiritus sancti

sancti, quia ante descensum sancti spūs vsque ad negationem Apostoli deterrentur, post visitationem vero eius vsque ad martyrium contemptu salutis armantur. Igitur secundum hoc per Christum redimimur, per sanctum vero spiritum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, vt illam sancti Spiritus vocem audire possimus. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris. Psal. 31. De consecratione. d. 5. c. Spiritus sanctus.

Sub hoc congregatum est concilium Neocæsariense parum ante Nicænum, quoniam idem episcopus reperitur hic & illic assignatus. Est verò ciuitas Neocæsariensis, clara nūc Trapezuntium, imperij Turcici sedes, ante captam Constātinopolim in prouincia Cappadociæ, in qua patres. 17. conuenerunt. In concilio Neocæsariensi, adfuit episcopus Lōnus, & in concilio Nicæno. De hoc scribit Gratianus d. 16. Sub quo Cæsare celebratum fuerit, ex scriptoribus constare non potest.

Habet concilium canones. 14. parum ad hæc tempora pertinentes.

Probauit canones huius concilij. 6. synodus Constantinop. in Tullo celebrata, vt ex secundo canone editionis Græcæ constabit.

Can. 1. De poesbyteris quod vxores ducere non debent.

Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiã abiici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.

Can. 2. De muliere quæ duobus fratribus nupserit.

D. 25. Presbyter. Mulier, si duobus nupserit fratribus, abiiciatur vsque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis, sacramentis reconciliari oportet, ita tamen vt si forte sanitatem recuperauit, matrimonio soluto, ad pœnitentiam admittatur.

Can. 3. De multinubis.

31. q. 1. De his qui frequenter. De his qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his constitutum manifestum est. Sed conuersatio & fides eorũ tempus abbreuiat.

Can. 4. De concupiscentia non consummata.

Si quis concupita muliere, etiã si concubitus eius desiderium habeat, non autem subsequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum.

Can. 5. De Cathecumenis peccantibus.

Cathecumenus, idest audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum cathecumenis, si peccare fuerit visus, figens genu audiat verbum, vt se abstineat ab illo peccato quod fecit. Quòd si in eo perdurat, abiici omnino debere.

Can. 6. De prægnantibus baptizandis.

De prægnantibus, quod oportet eas baptizari quan-

zari quando volunt. Nihil enim in hoc sacramento commune est parituræ, & illi qui de eius vtero fuerit editus, quia vniuscuiusque in illa cõfessione libertas arbitrij declaratur.

Can. 7. Presbyteros in secundis nuptijs non debere orare.

Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere, maximè cum præcipiatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis? 31.q.1.de his qui.

Can. 8. Vxoris adulteræ virum clericum fieri non debere.

Si cuius vxorem adulterium commisisse cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam constituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui. 4.1. Si cuius vxorẽ.

Can. 9. De presbyteris, corporali peccato præoccupatis.

Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quòd antè ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter eius studij vtilitatẽ. Nam cætera peccata censuerunt plurimi, etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest mani- 15.d.s. Qui admisit.

festè conuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.

Can. 10. De diaconis similiter.

Ibidem. Similiter & diaconus si in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, sese à ministerio cohibebit.

Can. 11. Quo tempore conueniat presbyterum ordinare.

D. 78. Presbyter ante. Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quanuis sit probabilis vitæ, sed obseruet vsque ad præfinitum tempus. Dominus enim trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicauit.

Can. 12. De his qui in ægritudine baptisma consequuntur.

D. 57. Si quis in ægritudine. Si quis in ægritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi fortè postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominũ ratitas cogat.

Can. 13. De presbyteris alterius regionis.

Presbyteri qui conregionales sunt, in ecclesia præsentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis offerre non possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calidem porrigere. Quòd si absentes sint ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, soli debebũt dare. Vicarij autem episcoporum (quos Græci Chorepiscopos vocant) constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta seniorũ, sed

tanquam

tanquam consacerdotes propter solicitudinem & studium quod in pauperes agunt, offerant,& honorabiles habeantur.

Cap.14.De numero certo diaconorum.

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamuis non magna sit ciuitas. Regulæ autem authoritas ista est. Quod & liber Act.apostolorum insinuat. *d.93.diaconi 7. Act.6.*

Decreta Syluestri Papæ.

Syluester natione Romanus, sedit annis 23. Temporibus Constantini,fuit exul in monte Soracte persecutiones fugiens Imperatoris, vbi in cauernis petrarum cum suis clericis latitabat. *a.d.315 Syluester pon. 32.*

Postmodum rediens cum gloria baptizauit Constantinum,quæ dominus curauit à lepra in baptismo,quoniam fugerat superstitionem idolorum: cui consignationem sancti spiritus adhibuit sancti Chrismatis vnctione,dicens,Signet te Deus sigillo fidei suæ,in nomine patris & filij, & spiritussancti,in consignatione fidei Amen. Quæ forma parum immutata,nunc seruatur in sacramento confirmationis.

Hæc eadem refert Constantinus in edicto suo generali de conuersione sua ad fidem Christi.

Huius temporibus factum est concilium in Nicæa Bithyniæ, vbi congregati sunt.318. episcopi catholici,qui exposuerunt fidem in-

tegram, sanctam, catholicã & immaculatã. Et damnauerunt Arrium, Photinũ, & Sabellium: Et in vrbe Roma cõgregauit ipse cũ consilio August. episcopos 277. & damnauit iterũ Calixtum & Arrium, Photinum & Sabellium.

Hic constituit, vt baptizatum liniat presbyter chrismate leuatum de aqua, propter occasionem transitus mortis.

Idem constituit vt sacrificium altaris non in serico, nec in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea & munda sepultum fuit.

Constituit idem, vt presbyter Arrianum resipiscentem non susciperet, nisi episcopus loci designati.

Constituit & chrisma ab episcopo confici: & priuilegium episcopis cõtulit vt baptizatũ consignent propter hæreticam suasionem.

Hic constituit, vt nullus laicus crimen clerico audeat inferre.

Idem, vt diaconi Dalmaticis in ecclesia vterentur, & palla linostima læua eorum tegeretur.

Idem constituit, vt nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante iudicem cinctum causam diceret, nisi in ecclesia.

Referunt etiam huius temporibus Constantinum Romanam dotasse ecclesiam, &

multas

multas cõstituisse Basilicas, quas ornauit magnificentissima largitione auri & argenti.

In præfatione Niceni Concilij, primum notatur illud, quod ecclesia Romana nullis synodicis decretis prælata est cæteris ecclesiis, sed euangelica voce Domini & saluatoris nostri primatum obtinuit, vbi dixit beato Petro apostolo. Tu es Petrus. Et adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli, qui vno die vnóque tempore glorioſa morte cum Petro sub Nerone agonizans, coronatus est. Et ambo pariter ecclesiam Romanam Christo domino consecrarunt, aliisque omnibus vrbibus in vniuerso mundo eam sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Vnde prima sedes est cœlesti beneficio Romanæ ecclesiæ. Secunda apud Alexandriam, à Marco euangelista Petri discipulo consecrata. Tertia apud Antiochiam, vbi beatus Petrus priusquã Romam veniret habitauit, & Ignatium episcopum cõstituit. Quarta apud Hierosolymam, vbi Iacobus apostolus est episcopus ordinatus. Itaque secundum antiquorum patrum definitionem, sedes prima Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infidelibus aut idiotis sedes domini nostri Iesu Christi (quæ in cælo est) in terra esse putaretur. *Matth. 16.*

De origine Concilij Nicæni sub Constan-

tino Augusto congregati.

Rufini nobis decimus liber, qui coniunctus est nouem libris Eccl. Hist. quos Eusebius Cæsariensis edidit, necessario profertur ad medium. Quia dubium non est 318. sanctissimos patres, ex vniuerso Orientali atque Occidentali orbe in Nicæa Bithyniæ congregatos, vt & Arrij impium dogma, Christi auxilio, funditus damnaretur, & salubri prouidentia constituerent quid in sancta catholica ecclesia debeat obseruari. Consule. c. 1. lib. 10. hist. eccle.

Etenim presbyter quidam apud Alexandriam nomine Arrius, vir ipse & forma magis quam virtute religiosus, sed gloriæ, laudísque & nouitatis improbe percupidus praua quædam de Christi fide proferre, quæ antea in quęstionem nunquam venerant, cœpit. Abscindere enim ac separare ab illa æterna & ineffabili Dei patris substantia vel natura filium conabatur. Quæ res in ecclesia plurimos conturbabat, & à dulci mentis tranquillitate dimouebat. Sed cum Alexander episcopis, natura lenis & quietus, assiduis commonitionibus Arrium cuperet à prauo incepto & assertionibus impiis reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, & quod pleróiq; quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat non solum apud Alexandriam, verum etiam per alias vrbes prouinciásque dispersérat,

rat, pernitiosum fore credens si dissimularet à talibus, plurimis consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo vsq; ad aures religiosi principis (quippe qui omni ni studio & diligentia curaret quæ nostra sunt) peruenit. Tunc ille ex sententia sacerdotum apud vrbem Nicæam episcopale concilium conuocat, ibíque Arrium trecentis decem & octo episcopis residentibus adesse iubet, ac de eius propositionibus & quæstionibus iudicare. Sed in eo concilio admirabile factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis episcopi cõueniissent, & diuersis ex causis inter se diuersa iurgia detuliissent, interpellabatur frequenter à singulis. Offerebantur libelli, culpæ proferebãtur, & magis ad hæc quam ad id ad quod fuerat ventum, animos dabant. At ille suscepit à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec quid in eis continere tur aperiens, ait ad episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi: ideo nos à vobis recte iudicamur: vos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solus inter vos expectate iudicium, vt & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum referuentur examen. Vos enim nobis à Deo dati estis Dij. Conueniens non est vt homo iudicet Deos: sed ille solus, de quo scriptum est, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem *Psal. 82.*

Deos descernit. Et ideo his omissis, alia quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorũ contentione dicutite. Cùm hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli odium & sigillatio sacerdotum, &c.

In hoc etiam concilio adfuit Paphnutius, homo Dei, episcopus Ægypti in quo tanta inerat gratia, vt signa per eum non minus quam olim per apostolos fierẽt. Vide lib. 10. eccle. hist. c. 4. & 5. vbi referũtur alia annotatione digna. Vide & historiam tripartitam, lib. 1. c. 13. & deinceps vsque ad 21. vbi plurima notantur ad hoc Concilium concernentia.

Inter ea per dies singulos agitabatur conuentus, neque facilè aut temerè de re tãta statuere audebant. Euocabatur Arrius frequenter in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur, & quid aduersum hęc teneri deberet ac statui, summa cum deliberatione quærebatur. Tandem post diutinum multúmque tractatum placuit omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur, Homousion conscribi debere. i. eiusdẽ cũ patre substantiæ filium confiteri, ídque firmissima omnium sententia pronũciatur. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arrij magis fides placeret, extrinsecus creatũ Dei filium, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad

Con-

Constantinum sacerdotum concilij sententia. Ille tanquam à Deo prolatam veneratur. Cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiũntur expelli, reliqui vero vndecim consilio inter se habito, acquiescunt ad subscribẽdum manu sola, non mente. Cuius simulationis author præcipuè extitit Nicomediæ episcopus Eusebius.

Post iidem patres ediderunt canones xx. quos habes à Gratiano transcriptos in volumine decretorum variis in locis.

Athanasius Alexandrinus tradit 70. capitula decreta à Nicæno concilio, sed 20. tantum canones habet ecclesia Romana, vt vult Stephanus papa. Et habetur dist. 16. c. Viginti, Quomodo alia non extent, nescitur. Certum est Antiocheno concilio aliqua esse incerta, & nonnulla alia in Sardicense concilium trãslata, vt patebit ex canonibus prædictorum conciliorum: & quædam alia in epistolis & decretis Iulij papæ primi.

Bona pars horum viginti canonum concilij Nicæni repetita est in concilio Arelatem. 2. & aliqua ex 70. quorum meminit Athanasius. *Regulæ siue canones Nicæni consilij.*

Itaque cum conuenissent hoc sanctũ & magnum concilium apud Nicæam Bithynię ciuitatem. Cõstantino Augusto, & Licinio Cæ-

sare,&c.decreta 363. statuta sunt ab episcopis quæ infra scripta sunt & ex Græco in Latinũ versa sermonẽ.Et placuit vt hæc omnia mitterentur ad episcopũ vrbis Rom. Syluestrũ.

Canon 1.De eunuchis, & de his qui seipsos abscindunt.

Dist. 55. Siquis à medicis.

Siquis in ægritudine vel à medicis sectus est,vel à Barbaris castratus,placuit vt iste permaneat in clero. Siquis autem sanus seipsum abscidit,hic etiam si est in clero, cessare debet,&ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui vel afflictauerint hæc, vel ausi sunt seipsos abscindere, hæc quæ diximus,statuta sunt,ita siqui vel à Barbaris vel vel à dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt tales,hoc suscipit ecclesiastica regula in clerum.

Canon 2. De his qui post baptisma statim ad clerum applicantur.

Dist. 48. quoniam multa.

Quoniam multa,siue per necessitatem siue ex quacunque causa contra regulã gesta sunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc cathechizati vel instituti, statim ad spiritualẽ baptismum veniissent,& continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatum vel presbyterium prouecti sunt.Rectè igitur visum est, de cætero nihil tale debere fieri.Nam & tempore opus est,vt sit catechumenus,& post baptismum,multa probatione indiget.Euidens
1.Timo.3. namque Apostolicum præceptum est, dicens:

Non

Non neophytum, ne fortè elatus, in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si verò proceden te tempore aliquod peccatum admiserit, & conuictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à clero qui huiusmodi est. Siquis verò præter hæc facit, tanquam contraria statutis sancti Concilij gerens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

Canon 3. De subintroductis mulieribus.

Omnibus modis interdixit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi fortè mater, aut sorot, aut auia, aut amita, vel matertera sit. In his nanque solis personis, & harum similibus, omnisquæ ex mulieribus est suspicio declinatur. Qui autem prçter hçc agit, periclitatur de clero. *D. 32. Interdixit.*

Canon 4. Qualiter episcopi debeant ordinari.

Episcopum oportet ab omnibus episcopis (si fieri potest) qui sunt in prouincia eius, ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres episcopi debent in vnum esse congregati, ita vt etiam cæterorum qui absentes sunt, consensum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Ptãs sanè vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum. *D. 34. Episcopi ab omnibus.*

Can. 5. De excommunicatis clericis, vel laicis.

11.q. seruetur ista sententia. Seruetur & ista sententia, vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad cõmunionem non recipiantur. Requiratur sanè, si forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione episcopi sui excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, rectè visum est, per singulos annos in singulis prouinciis bis in anno episcoporũ concilium fieri, vt simul in vnũ conuenientes ex communi sententia huiusmodi examinet quæstiones, vt ita demum hi qui ob culpas suas episcoporum suorũ offensas merito contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousque in cõmuni, vel ipsi episcopo suo visum fuerit, humaniorum circa eos ferre sententiam.

d.18. habeatur semel concilium. Habeatur autem semel concilium ante dies quadrageſimæ, vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum & solenne Deo munus possit offerri. Secundum vero agatur circa tempus Autumni.

Can. 6. De primatibus episcoporum, metropolitanorum.

D. 65. Mos antiquus. Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatẽ, quoniam quidem & episcopo Romano parilis mos est.

D. 65. Illud generaliter. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteráſque prouincias, honor suus vnicuique seruetur

uetur eccleſiæ, Per omnia autem manifeſtum eſt, quòd ſi quis præter voluntatem & conſcientiam metropolitani epiſcopi fuerit ordinatus, hunc cõcilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe epiſcopum. Sanè ſi communioni omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundum eccleſiaſticã regulam, duo vel tres animoſitatæ ducti, per contentionem cõtradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.* *Nonnullis perperam viſum eſt, quòd hic Canõ ſextus parem faceret epiſcopum Romanum cum aliis metropolitanis, quia dicit: Epiſcopo Romano parilis mos eſt. Sed licet hoc leue ſit argumẽtum, vt eo ambigamus de re alioqui tam cognita & probata, conſului varias editiones tam Græcas quã Latinas: in illis ſi inſcriberetur hic Canon ad hunc modum: & in editione quadã Latina antiquiſſima, quam exhibuit mihi Reuerend. Marcellus Cardinalis ſanctæ Crucis ampliſſimus, & vnus ex tribus vicariis apoſtolicæ ſedis in ſynodo Tridentina inuentus digniſſimus, ſic habet ſextus his Canon. Mos antiquus perduret in Ægypto vel Libya & pẽtapoli, vt Alexandrinus epiſcopus horum omniũ habeat poteſtatẽ: quoniã quidem metropolitano epiſcopo hoc idem moris eſt, &c. Hũc ſcrupulum lectori eximere libuit, ne in eum impingat.*

D.6.5. Sane ſi communi onium.

Author.

Can. 7. De honore epiſcopi Hieroſolymitani.

D.6.5. Quoniam mos antiquus.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Æliæ id eſt Hieroſolymorum epiſcopo honor deferatur, habeat cõſequen-

tet honorem, manente tamen metropolitanę ciuitatis propria dignitate.

Canon 8. de Nouationis.

1.q.7. *Si qui voluerint.*

Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam ex Nouationis, placuit sancto concilio vt ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, vt fateantur se cum omni consensu ecclesiæ catholicæ statuta obseruaturos, idest communicaturos se & his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsis pœnitentię modus, & tempus ascriptum est, vt in omnibus sequantur ea quæ in ecclesia catholica obseruantur. Et si cubi iidem ipsi fuerint inuenti, siue in vicis, siue in vrbibus, clerici ordinati à catholicis, sic etiam in clero persistãt, vnusquisque tamen in suo ordine. Si verò episcopus vel presbyter ecclesiæ catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi verò qui ab istis veniant, si fortè episcopus fuerit, habeat sacerdotij dignitatem, nisi fortè placeat catholico episcopo concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si verò non placuerit inueniat ei locum, vt sit in parochia Chorepiscopus, aut in clero presbyter, aut in ciuitate vna

non

non videantur duo episcopi esse,& ille omnimode in clero permanere videatur.

Can.9.De presbyteris sine examinatione constitutis.

Si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinari confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temerè imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est,defendit ecclesia sancta. *D.81.Si quis sine examine.*

Can.10.De lapsis clericis ordinatis.

Quicunque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel cõtemptu eorum qui eos ordinauerunt,hoc nõ præiudicat regulæ ecclesiasticæ.Cũ enim compertũ fuerit,deponantur. *Dist.81. Quicũque ex his.*

Can.11.De his qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant pœnitere.

De his qui præter necessitatem præuaricati sunt, aut propter oblationẽ facultatũ, aut propter periculũ, aut aliquid huiusmodi, ꝙ factũ est sub tyrannide Licinij, placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostẽdi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles sunt,septem annis aliis inter pœnitẽtes sint,duobus autem annis iidẽ sine oblatione in oratione sola participent populo. Si qui verò per Dei gratiam vocati, primo quidem

ostenderunt fidem suã, deposito militiæ cingulo; post hæc autẽ ad proprium vomitũ reuersi sunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rursum ad militiam, isti decem annis sint inter pœnitentes post primũ triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud præcipuæ obseruetur, vt animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicunque enim cũ omni timore & lachrymis perseuerantibus, & operibus bonis cõuersationem suam nõ verbis solis, sed opere & veritate demonstrãt, cum tẽpus statutũ etiã ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint cõicare, licebit etiã episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi, quod ecclesiam introierunt, arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

Can. 12. De excommunicatis à seculo exeuntibus.

2. c. q. 6. de his verò qui.

De his verò qui recedunt ex corpore antiquæ legis regula obseruabitur etiã nunc, ita vt si fortè quis recedat ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis, recepta communione superuixerit, sit inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, & cura & probatio sint episcopi.

Can. 13. De catechumenis.

Placuit

Placuit huic ſancto & magno Concilio, de catechumenis qui lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo, poſt hæc verò orent cum catechumenis.

Can.14. De diaconis, ne corpus Chriſti tradant presbyteris.

d. 93. peruenit ad ſan.

Peruenit ad ſanctum Concilium, quòd in locis quibuſdam & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta diaconi porrigãt. Hoc neque regula neque conſuetudo tradidit. vt hi qui offerendi ſacrificij non habẽt poteſtatẽ, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiã ante epiſcopum ſacramenta ſumunt. Hæc ergo omnia amputẽtur, & accipiant ſecundũ ordinẽ poſt presbyteros ab epiſcopo vel à preſbytero ſacram cõmunionẽ. Quòd ſi nõ fuerit in præſenti vel eps, vel presbyter, tunc ipſi proferant & edãt. Sed nec ſedere quidem licet in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem non vult his ſufficiens eſſe, poſt hanc definitionem ceſſet eſſe diaconus.

Can.15. De clericis temerè ab eccleſia recedentibus.

7. q. 1. non oportet epiſcopum.

Propter multas perturbationes, & frequẽtes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent, placuit omnimodo iſtã abſcindi conſuetudinem quæ contra regulam eſt (ſicubi tamen ſit) id eſt ne de ciuitate ad ciuitatẽ tranſeant, vel eps vel presbyter, vel diaconus. Si quis,

verò post hæc statuta sancti huius Cõcilij tale aliquid agere tentauerit, infringatur omni genere huiusmodi conatus, & restituatur propriæ ecclesiæ in qua ordinatus est.

Can.16. De presbyteris vel clericis qui ad alias ciuitates transeunt.

7.q.1.Si qui verò.

Si qui verò timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocũque ecclesiastico ordine positi fuerint, nõ debẽt suscipi in alia ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur vt redeant ad ecclesiam suã. Quòd si permanserint, excõmunicare eos oportet.

Can.17. De clericis non ordinandis sine consensu sui episcopi.

d.71.Si quis ausus fuerit.

Si quis ausus fuerit aliquẽ, qui ad alterum ptinet, ordinare in sua ecclesia, cũ nõ habeat cõsensum episcopi ipsius, à quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

Can.18. De clericis vsuras accipientibus.

14. q. 4. Quoniam multi clerici. Psal.14.

Quoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est. Qui pecuniã suã non dedit ad vsuram, fœnerantes cẽtesimas exigãt, statuit hoc sanctum concilium, vt si quis inuẽtus fuerit post hanc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad septuplũ dare, omnis qui tale aliquid conatus

natus fuerit ad quæstum, deiiciatur à clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Can. 19. De Paulianistis & Cataphrygis rebaptizandis.

Si quis confugit ad ecclesiam catholicam ad Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos debere. Si qui verò clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles, rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si verò examinati, min⁹ fuerint apti deprehẽsi, deponi eos oportet. Similiter autẽ & circa diacones, & de oĩbus qui in eodẽ clero inueniũtur, eadẽ forma seruabitur. Cõmemorauimus autẽ diaconissas quæ in hoc ordine inuẽtæ sunt, quæ nec manus impositionẽ aliquam habẽt, & omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissæ quæ in catholico canone non habentur, simili loco, id est laicæ, & tanquam non consecratæ deputentur. *1. q. 1. Si quis confugerit.*

Can. 20. De flectendo genua.

Quoniam sunt in dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, propterea vtique statutum est à sancta synodo, qm̃ cõsona & cõueniens per oẽs ecclesias custodienda consuetudo est, vt stantes ad orationem, vota domino reddamus. *De consecra. d. 3. Quoniam sunt.*

Et subscripserunt trecẽti decẽ & octo episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Osius episcopus ciuitatis Cordubensis,

prouinciæ Hiſpaniæ, dixit: Ita credo, ſicut ſuperius dictum eſt.

Victor & Vincentius preſbyteri vrbis Romę pro venerabili viro papa & epiſcopo noſtro Syluestro, ſubſcripſimus, &c.

Cæterorũ verò epiſcoporum nomina recitata ſunt in conciliorum volumine magno.

FIDES NICÆNÆ Synodi.

Credimus in vnum Deum patrẽ omnipotentem, & omnium viſibiliũ inuiſibiliúmq; factorem. Et in vnũ dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre vnigenitũ, hoc eſt ex ſubſtantia patris. Deum ex Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factum, Homouſion, hoc eſt cõſubſtantialẽ patri, per quẽ omnia facta ſunt, & quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, & homo factus, eſt paſſus. Et reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctũ. Dicẽtes autẽ erat quando non erat, aut non erat antequã fieret. & quia ex non extantibus factus eſt, aut ex altera ſubſtantia vel eſſentia dicentes eſſe, aut creatum, aut conuertibilem filium Dei, hos tales anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. Hãc venerabilem fidem trecenti quidem

quidem decem & octo &agnouerunt,& amplexi sunt, & (sicut ait Eusebius)consonantes & vnanimes in scriptis explanauerunt. Quinque verò non receperunt , verbum consubstantialitatis reprehendentes.

Eodem tempore celebratum est concilium Romanum sub Syluestro papa,præsente Cõstantino intra thermas Domitianas,cum ducentis septuagintaquinque episcopis,qui vocati à Syluestro in ipsa synodo conuenerunt: in quo denuo damnauit Calixtum , Arrium, Photinum & Sabellium, & ordinauerunt canones sequentes.

Canones Syluestri episcopi vrbis Romæ,& domini Constantini Augusti.

Canon 1. De congregatione episcoporum,vel diaconorum.

Eodem tempore cum multi nobiles gauderent quòd Constantinus baptizatus esset à Syluestro vrbis Romæ episcopo , & mundatus fuisset à lepra per hoc beneficium quod accepit à Domino Iesu Christo per Syluestrum episcopum , cœpit integrè prædicare Dominũ Iesum Christũ, & confiteri eius beneficia. Syluester igitur episcopus vrbis Romæ cõgregauit fratres cõpresbyteros & coepiscopos vel diaconos suos ciues Romanos. Et quoniã mater ecclesia genuerat filiũ charissimũ Cõstantinũ , integrè igitur Syluester epũs vrbis Romę,cum suis eam ordinare desi-

derauit, & filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinis, & consuetudines cõsternere. Collegit autẽ vniuersam synodũ episcoporum cũ cõsilio Augusti, vel matris eius, & fecit parari in vrbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nũc cognominantur Traianæ. Collegit autem in gremio sedis suæ ducentos octogintaquatuor episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula & annonas præstari præcepit. Et alij 57. Episcopi partis Rhinocoruris, quorũ chirographus in eorum cõcilio declaratur. Centum quadraginta duo presbyteri vrbis Romę, & diaconi sex. Subdiaconi sex. Acolythi eiꝰ cõsilio facti quadraginta quinque. Exorcistæ 22. Lectores vrbis Romæ nonaginta, quorum præsentes parentes audiebant. Notarij ecclesiæ 14. qui gesta diuersorum martyrum suscipientes, ordinatè narrabant. Hos omnes etiam dum in vno articulo ad examen sanctitatis colligeret in thermas supradictas, voluit vt nullus laicorum præsens esse videretur.

Can. 4. Vt de redditibus ecclesiæ quatuor partes fiant.

Commoneo autem vobis omnibus mihi consortibus monimẽtum hoc, vt de redditibus ecclesiæ quatuor partes fiant, quarũ vna cedat pontifici ad sui sustentationem. Altera presbyteris & diaconis, & omni clero, Tertia templorum & ecclesiarũ reparationi. Quarta pau-

ta pauperibus,& infirmis,& peregrinis.

Constituit & hunc ordinem, vt si quis de clero vel presbyteris vniuersi loci transierit (quod cõmune est)de hoc mundo,si neminẽ de suo genere habuerit cõsortẽ,quicquid pau pertas ei' haberet,cõferret ecclesiæ,& exinde quatuor partes fierent,sicut supra dictum est.

Can.5.Vt nullus presbyter chrisma conficiat.

Cõstituit etiam clara voce idem Syluester episcopus vrbis Romæ,vt nemo presbyterorum chrisma conficeret dicens,quoniã Christus à chrismate vocatur.

Can.6. De numero diaconorum parochiarum & Cardinalium vrbis Romæ.

Et vt diaconi nõ essẽt plures per parochiarũ examẽ,nisi duo,& Cardinales vrbis Romę 7.ita tamen vt Dalmaticis vterentur, & palla linostima læua eorum tegeretur.

Ca.7.Vt nullus subdiaconus ad nuptias transeat.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliquam præuaricationem sumpserit.

Et subscripserunt supradicti epi in istud prædicante Syluestro epo vrbis Romæ.Subscripsit autẽ & nouissimus Calphurnius præfectus vrbis.Subscripsit Augustus Constantinus cum matre Helena Augusta. Tunc fecit orationem sedẽs in eodẽ loco,&discesserunt.

ACTIO SECVNDA.

Alia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ, & diaconi & episcopi omnes 284. intra thermas Domitianas, quæ nũc Traianæ vocantur, & sedit in sede sua in eodẽ loco. Ibi autẽ fecit septẽ regiones, & diuisit diaconis. Erant autem diaconi isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Iulius, &c.

Ca. 16. Vt nullus clericus vel presbyter propter causam suam intret in curiam.

Nemo enim clericus vel diaconus, aut presbyter propter causam suam quãlibet intret in curiam, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio simulachrorum est.

Quoniã si quis clericus in curiã introiret, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. A communione autem non priuetur propter tempus turbidum.

Can. 17. Vt nullus peccantem clericum cæde attingat.

Nemo enim quisquam peccantem clericũ cæde attingat. Non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum, vel seruitorẽ ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici, triduo priuetur honore, vt pœnitentes redeant ad matrem ecclesiam.

Canon 20. Vt nullus diiudicet primam sedem iustitiæ.

Nemo enim iudicabit primam sedẽ, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiã desiderant

derant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

Et subscripserunt 284. Episcopi, & 45. diaconi, & duo sequentes, Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et fixit canonem hunc Syluester episcopus in vrbe Ro. & omnibus episcopis asperſit & scripsit. Actũ in Traianas thermas, tertio cal. Iunij Domino Constantino Augusto tertio, & Prisco consule.

Syluester episcopus sanctæ & apostolicæ sedis præsul vrbis Romæ, dixit: Quicquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ à sanctis sacerdotibus 318. nostro ore cõfirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionem sancti & magni concilij quod apud Nicæam congregatũ est sub præsentia piissimi & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

In exemplaribus huius synodi Romanæ est intolerabilis deprauatio: & ne aliquid ex proprio adderemus, transcripsimus hæc parum explicata.

CONSILIVM ELIBERTINUM Hispaniæ circa Syluestri papæ primi & Nicæni concilij tempora celebratum. Est prouinciale concilium 19. Episcoporum.

Can. 1 De his qui post baptismum idolis sacrificãt.

Placuit vt quicunque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idolotraturus accesserit, & fecerit quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

Can. 2. De sacerdotibus gentium qui post baptismum immolauerunt.

Flamines qui post fidem lauacri, & regenerationis sacrificauerint, eo quod geminauerint scelera, accedente homicidio, vel triplicarint facinus cohærente mœchia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

Can. 3. De eisdem si idolis tantum munus dederint.

Item flamines qui non immolauerunt, sed munus tantum dederunt, eò quòd se à funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstari communionem, facta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi si post pœnitẽtiam fuerint mœchati, vlterius eis non esse dandã communionem, neluisse de dominica communione videantur.

Can. 4. De eisdem quando baptizabuntur.

Item flamines si fuerint cathecumeni, & se à sacrificiis abstinuerunt, post triẽnij tempora placuit ad baptismum admitti debere.

dist. 50. Si qua fœmina.

Can. 5. Si domina per zelum ancillam occiderit.

Si qua fœmina furore zeli accensa flagellis

lis verberauerit ancillam suã, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit, si voluntate, post septẽ annos: si casu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionẽ placuit admitti. Quod si intra tempora cõstituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Can. 6. Si quis per maleficium hominem interfecerit.

Si quis verò maleficio interficiat alterũ, eò ꝙ sine idololatria ꝓficere scelus nõ potuit, nec in fine impartiẽdã esse illi cõmunionẽ.

Can. 7. De pœnitentibus mœchiæ, si rursus peccauerint.

Si quis fortè fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.

Can. 8. De fœminis quæ relictis viris suis, alijs nubunt.

Item fœminæ quæ nulla præcedẽte causa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

Can. 9. De eisdem quæ adulteros maritos relinquunt.

Item fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem & alterũ duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, nõ prius accipiat communionem, quàm is quem reli- 22. q. 5. *Fidelis fœmina.*

quit de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

Ca. 10. *Derelicta à cathecumeno si alterum duxerit.*

Si ea quam cathecumenus reliquit, duxerit maritũ, põt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas cathecumenas erit obseruandum. Quòd si fuerit fidelis, quę ducitur ab eo qui vxorem inculpatã reliquit, & cũ cluerit illã ab vxore, quam sine causa reliquit, placuit huiusmodi in fine dari communionem.

Can. 11. *De eadem, si grauiter ægrotauerit.*

Intra quinquennij autem tempora, catechumena si grauiter fuerit infirmata, dandũ ei baptismum placuit non denegari.

Can. 12. *De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eò quòd alienum venderit corpus, vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem.

Can. 13. *De virginibus Deo sacratis si adulterauerint.*

27. q. 1. *Virgines.* Virgines quę se Deo dedicauerunt, si pactũ perdiderint virginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionẽ. Quod si semetipsas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint pœnitẽtiam, & abstinuerint se à coitu, eò

tu, eò quod lapsæ potius videatur, placuit eas in fine communionem accipere debere.

Can. 14. De *virginibus secularibus si mœchatæ fuerint.*

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violauerunt, acceperint & tenuerint maritos, eò quod solas nuptias violauerint, post annũ sine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel, si alios cognouerint viros, eò quod mœchitæ sint, placuit per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

Can. 15. De *coniugio eorum qui ex gentilitate veniunt.*

Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio resoluatur animæ.

Can. 16. De *puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.*

Hæreticis qui errant ab ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neque Iudæis, neque ethnicis dari placuit, eò quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si cõtra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

Can. 17. De *eis qui filias sacerdotibus, gentilibus coniungunt.*

Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit nec in fine eis dan-

dam communionem.

Can.18.De sacerdotibus, si mœchati fuerint.

Episcopi presbyteri, diaconi, si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nephandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Can.19.De clericis negotia sectantibus.

Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeũtes prouincias, quæstuosas nundinas sectẽtur. Sanè ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittãt, & si voluerint negotiari, intra prouinciam negocientur.

Can.20.De clericis & laicis vsurariis.

D.47.Si quis clericorum.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus se iam cessaturum, nec vlterius exacturum, placet ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab ecclesia sciat se esse proiiciendum.

Can.21.De his qui ad ecclesiam tarde accedunt.

Si quis in ciuitate positus, tres dominicas ecclesiam non accesserit, tãto tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

Can.22.De catholicis in hæresim transeuntibus.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum

transitum fecerit, rursúsque ad ecclesiam recurrerit, placuit huic pœnitentiam non esse denegandam, eò quòd cognouerit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam: cui post decem annos præstari communio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

Can. 23. De temporibus ieiuniorum.

Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij & Augusti ob eorundem infirmitatem.

Can. 24. De his qui peregre baptizantur, vt ad clerum non veniant.

Omnes qui in peregrinatione fuerint baptizati, eò quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis.

Can. 25. De epistolis communicatorijs confessorum.

Omnis qui attulerit literas confessorias, D. 98. omsublato nomine cõfessoris, eò q; sub hac no- nis qui.
minis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

Can. 26. Vt omni sabbato ieiunetur.

Errorẽ placuit corrigi, vt omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus.

Can. 27. De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcop⁹, vel quilibet cleric⁹ alius aut soro-

rẽ, aut filiã virginẽ dicatã Deo tm̃ secũ habeat, extraneã verò nequaquã secũ habeat.

Ca.28. De oblationibus eorũ qui nõ cõmunicant.

Episcopum placuit ab eo qui non communicat, munere accipere non debere.

Can.29. De Energumenis qualiter habeantur.

Energumenũ, qui ab eretico spiritu exagitatur, huius nomẽ neq; ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum vt sua manu in ecclesia ministret.

Can.30. De his qui post lauacrum mœchati fuerint, vt nec subdiaconi fiant.

Subdiaconem eũ ordinari nõ debere qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eò q; postmodum per subreptionem ad altiorem gradũ non sit promouendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoueantur.

Ca. 31. De adolescentibus qui mœchati fuerint.

Adolescentes qui post fidem Lauacri salutaris, fuerint mœchati, cum duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad cõmunionem eos admitti debere.

Can.32. De excommunicatis presbyteris.

Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit episcopus.

Can.

Can.33.De episcopus & ministris, vt ab vxorbus abstineant.

Placuit in totũ prohibere Episcopis presbyteris, diaconis ac subdiaconis positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & & non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Can. 34. Ne cærei in cœmeteriis incindantur.

Cæreos per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non obseruauerint, arceantur ab ecclesiæ communione.

Can.35. Ne fœminæ in cœmeteriis peruigilent.

Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmeterio peruigilent, eò quòd sæpè sub obtentu orationis, scelera latenter committant.

Can.36.Ne picturæ in ecclesia fiant.

Placuit picturas ĩ ecclesia esse nõ debere: ne qđ colit̃ aut adorat̃, in parietib⁹ depingat̃.

Can.37.De energumenis baptizandis.

Eos qui à spiritibus immundis vexãtur, si in fine mortis fuerint, constituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandã eis esse communionem. Prohibendum etiã ne lucernas publicè accendant. Si facere cõtra interdictum voluerint, abstineãt à communione.

Can.38.Vt in necessitate & fideles baptizent

Peregrè nauigãtes, aut si ecclesia in proximo nõ fuerit, posse fidelẽ qui lauacrũ suum integrũ habet, nec sit bigamus, baptizare in

necessitate infirmitatis positũ catechumenũ, ita vt si superuixerit, ad episcopũ eũ perducat, vt per manus impositionẽ perfici possit.

Can. 39. Vt gentilibus desiderantibus manus imponatur.

Gentiles si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.

Can. 40. Ne quod idolis datum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, vt cum rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant.

Si verò post interdictum fecerint, per quinquennij spatia temporis à communione esse arcendos.

Can. 41. Vt prohibeant domini idola colere seruis.

Admonere placuit fideles, vt quantum possint, prohibeant ne idola in domibus suis habeant. Si verò vim metuunt seruorum, vel seipsos puros conseruent. Si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

Can. 42. De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedũt, si bonæ fuerint cõuersationis, intra biennium tẽporis placuit ad baptismi gratiã admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio vel socio subuenire pericli

riclitanti, vel gratiam poſtulanti.

Can.43.De celebratione Pentecoſtes.

Prauã inſtitutionẽ emendari placuit iuxta authoritatem ſcripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouã hæreſim induxiſſe notetur.

Can.44.De meretricibus paganis, ſi conuertantur.

Meretrix quæ aliquãdo fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

Can.45.De catechumenis qui eccleſiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad eccleſiam acceſſerit, ſi eum de clero quiſquam agnouerit voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit ei baptiſmum non negari, eò quòd in vetere homine deliquiſſe videatur.

Can 46. De fidelibus ſi apoſtatauerint.

Si quis fidelis apoſtata per infinita tempora ad eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquãdo fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit eum communionem acipere.

Can.47.De vxoratis ſæpius mœchantibus.

Si quis fidelis habẽs vxorem, nõ ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt cõueniendus. Quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturũ,

detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit vlterius non edere eum de communione pacis.

Can.48.De baptizandis vt nihil accipiãt clerici.

2.q.1. *Emendari placuit.*

Emendari placuit vt hi qui baptizantur (vt fieri solebat) numos in cõcham nõ mittãt, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus vel clericis.

Can.49.Ne fruges fidelium Iudæi benedicant.

Admoneri placuit possessores, vt non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere vsurpauerit, penitus ab ecclesia abiiciatur.

Can.50. De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.

Si vero aliquis, siue clericus, siue fidelis fuerit, cum Iudæis cibum sumpserit, placuit eũ à communione abstinere, vt debeat emendari.

Can.51.De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.

Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promouendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

1.q.1. *Si qui inuenti.*

Ca.52.Debis qui in ecclesia libellos famosos ponũt.

Si qui inuẽti fuerint libellos famosos in ecclesia

cleſia ponere, anathematizentur.

Can. 53. De epiſcopu qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cũctis, vt ab eo epiſcopo quis recipiat cõmunionem à quo abſtẽtus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minime ſciente vel conſentiente à quo fuerat cõmunione priuatus, ſciat ſe huiuſmodi cauſas inter fratres eſſe cum ſtatus ſui periculo præſtaturum.

Can. 54. De parentibus qui fidem ſponſaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione. Si tamẽ iidem ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerunt vitio, & polluerunt ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.

Can. 55. De ſacerdotibus Gentilium.

Sacerdotes qui tantum ſacrificatum coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant, placuit poſt biennium accipere communionem.

Can. 56. De magiſtratibus & dominantibus.

Magiſtratũ verò anno quo agit duumuiratũ prohibere placet vt ſe ab eccleſia cohibeat.

Can. 57. De his qui veſtimenta ad pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent. Et si fecerint, triennij tempore abstineant.

Can.58. De his qui communicatorias literas portant.

Placuit vbicunque, & maximè in eo loco in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, vt interrogentur hi qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & suo testimonio comprobent.

Can.59. Ne fideles ad capitolium sacrificandi causa ascendant.

Prohibendum ne quis Christianis aut Gētilis ad idolum Capitolij sacrificandi causa ascendat & videat.

Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Can.60. De his qui destruentes idola, occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidē fuerit occisus, quia in euangelio, non est scriptū, neque inuenitur ab Apostolis vnquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrū.

Can. 61. De his qui duabus sororibus copulantur.

Si qui post obitum vxoris suæ, sororē eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquēnio à cōmunione placuit abstinere, nisi fortè velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Can.62. De auguribus & Pantomimis.

Si

Si Augur, aut Pãtomimi credere voluerint, placuit vt prius artibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita vt vlterius non reuertantur. Quòd ſi facere contra interdictum tentauerint, proiiciantur ab eccleſia.

Can. 63. De vxoribus quæ filios de adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, ídque poſt facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam eſſe communionem, eò quòd geminauerit ſcelus.

Can. 64. De feminis quæ ſemper adulterantur.

Si qua mulier vſque in finẽ mortis ſuæ cũ alieno fuerit viro mœchata, placuit nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si verò cum reliquerit, poſt decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

Can. 65. De adulteris vxoribus clericorum.

Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & ſciat eam maritus ſuus mœchari, & eam non ſtatim proiecerit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his qui exemplum bonæ conuerſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere.

Can. 66. De his qui priuignas ſuas ducunt.

Si quis priuignam ſuam duxerit vxorem, eò quòd ſit incæſtus, placuit nec in fine dandam eſſe ei communionem.

Can.

Can.67. De coniugio catechumenæ fœminæ.

Prohibendum ne qua fidelis, vel catechumena aut comicos aut viros scenicos habeat, quæcunque hoc fecerit, à communione arceatur.

Can.68. De catechumena adultera quæ filium necat.

Catechumena si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit eam in fine baptizari.

Can.69. De coniugatis in adulterium lapsis.

Si quis forte habẽs vxorẽ semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere debere pœnitentiã, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tẽpus dare cõmunionẽ. Hoc & circa fœminas obseruandum.

Can.70. De fœminis quæ conscijs maritis adulterantur.

Si conscio marito fuerit mœchata vxor, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

Can.71. De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.

Can. 72. De viduis mœchis si eundem maritum duxerunt.

M.q.r. Si qua mulier.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritũ, post quinquennij tẽp°, acta legitima pœnitẽtia, placuit eã cõmunione

nione reconciliari. Si aliū duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionē, Vel si fuerit ille fidelis quē acceperit, communionem non accipiat nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

Can.73. De delatoribus.

Delator siquis extiterit fidelis,& per delationem eius aliquis fuerit proscriptus vel interfectus,placuit eum nec in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennij tempora admittatur ad baptismum. *1.q.6. Delator.*

Can.74. De falsis testibus.

Falsus testis prout crimen est, abstinebit,si tamen non fuerit mortis,quod obiecit, & si probauerit quòd diu tacuerit, biennij tempore abstinebit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abstineri.

Can.75. De accusantibus sacerdotes.

Siquis autem episcopum, presbyterum vel diaconum falsis criminibus appetierit,& probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Can.76. De diaconis si peccasse prodentur.

Si quis diaconum se permiserit ordinari,& postea fuerit in crimine detect⁹ mortis, q⁹

aliquando cõmiserit, si spõte fuerit cõfessus, placuit eum acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionẽ. Quòd si alius detexerit, post quinquenniũ, acta pœnitentia, accipere cõmunione laicã debere.

Can.77. De baptizatis non confirmatis.

Si quis diaconus regens plebẽ, sine episcopo vel presbytero aliquos baptizauerit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quòd si ante de seculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.

Can. 78. De fidelibus cum Iudæa mœchantibus.

Si quis fidelis habens vxorẽ, cũ Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à cõmunione arceatur. Quod si alius eũ detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia poterit dominicæ sociari communioni.

Can.79. De his qui tabula ludunt.

Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit eũ abstinere. Et si emendatus cessauerit, post annũ poterit cõmunione reconciliari.

Can.80. De Libertis.

D.54. Prohibendum est.

Prohibendum est, vt liberti quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non prouchantur.

Can. 81. De foeminorum epistolis.

Ne fœminæ suo potiusquàm maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel litteras alicuius pacificas ad suũ solum nomen scriptas accipiant.

Ex

Ex eodem concilio Elibertino.

Omnis homo ante sacram communionẽ à propria vxore abstinere debet tres aut quatuor aut septem dies, nec inter catholicos cõnumerabitur, qui in istis tẽporibus, Pascha, Pentecoste, Natali domini, non communicauerit. *De consecra. d. 4. Omnis homo.*

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella quoque, si in puerili ætate in domo patris illo nesciente, se iuramento constrinxerit, & si pater statim vt audierit, contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Subscripsit in hoc cõsilio Osibus episcopus Corduben. qui subscripsit in cõcilio Nicæno, & episcopus Hispalẽ. Mẽtesanus, Toletanus, & Cæsar augusta. & Malacitanus.

Explicit concilium Elibertinum.

CONSILIVM ARELATENSE

Primum, tẽpore Constantini Imperatoris & Syluestri papæ primi in Galliis celebratum. Est prouinciale, sed (vt apparet ex præfatione) authoritate pontificis Romani confirmatum.

PRAEFATIO.

Domino & sanctissimo fratri Syluestro episcopo, Marinus, vel cœtus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decreuimus cõi consilio charitatiue signi-

ficamus, vt omnes sciant quid in futurum obseruare debeant.

Can.1. Vt vno die & tempore, pascha celebretur.

De obseruatione paschæ Domini, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur,& iuxta consuetudinem, literas ad omnes tu dirigas.

Can.2. Vt vbi quisque ordinatur, ibi permaneat.

De his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Can.3. Vt qui in pace arma proiiciunt, excommunicentur.

De his qui arma proiiciunt in pace, placuit abstinere eos à communione.

Can. 4. Vt aurigæ, dum agitant excommunicentur.

De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agitant, à cõmunione separari.

Can.5. De his qui conueniunt in theatris.

De theatricis, & ipsos placuit, quandiu agunt, à communione separari.

Can.6. De conuersis in infirmitate.

De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere eis manum imponi.

Can.7. De præsidibus.

De præsidibus qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt cũ promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicato-

municatorias, ita tamen vt in quibuscunque locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cùm cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter & de his fiat qui rempub. agere volunt.

Ca. 8. *Vt ex hæresi conuersi in Trinitate baptizentur.*

De Arrianis qui propria lege sua vtuntur vt rebaptizentur, placuit si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si crediderint in patre & filio & spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur vt accipiant spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc Trinitatem, baptizentur. *De consec. d. 4. De Arrianis.*

Ca. 9. *De afferentibus literas confessorum.*

De his qui confessorum literas afferunt, placuit vt sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

Ca. 10. *De illo cuius vxor adulterauit.*

De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placet, vt inquantum potest, consilium eis detur, ne viuentib⁹ vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant. *Simile legitur in concilio Eliberitano. c. 26.*

Ca. 11. *De fœminis fidelibus quæ gentibus se iungunt.*

De puellis fidelibus quæ Gentilibus iun-

guntur, placuit vt aliquanto tempore à cõmunione seperentur.

Can.12. de clericis fœneratoribus.

14.q.4. *Ministri qui.*

De ministris qui fœnerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam, à communione abstinere.

Can.13. De proditoribus.

De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrũ suorum, placuit nobis vt quicunque eorũ in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his qui ordinauerunt, ratio subsistit, non tamen illis obsit ordinatio, quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint omni se suspicione carere.

Can.14. De falsis accusatoribus.

De his qui falsò accusant fratres suos placuit eos vsque ad exitum non communicare, sed falsum testem iuxta scripturam, impunitum non licere esse.

Prou.19.

Can.15. Vt Leuitæ non offerant.

De diaconis quos cognouimus multis locis offerre, placuit minimè fieri debere.

Can.16. De poenitentia.

De

De his qui pro delicto ſuo à communione ſeparantur, ita placuit vt quibuſcunque locis fuerant excluſi, eodem loco communionem conſequantur.

Can.17.

Vt nullus epiſcoporum alium epiſcopum conculcet. *Can. 18.*

De diaconis vrbicis, vt non aliquid per ſe præſumant, ſed honor presbyteris reſeruetur.

Can.19.

Vt presbyteri ſine conſcientia epiſcoporum nihil faciant.

Can.20.

Vt peregrino epiſcopo locus ſacrificandi detur.

Can.21. Vt ſine tribus epiſcopis nullus epiſcopus ordinetur.

De his qui vſurpant ſibi quòd ſoli debeãt epiſcopum ordinare, placuit vt nullus hoc ſibi præſumat, niſi aſſumptis ſecum aliis ſeptem epiſcopis. Si tamen non potuerint ſeptem, ſine tribus fratribus non audeant ordinare.

Ca.22. Vt clericus alibi tranſiens excõmunicetur.

De presbyteris aut diaconis qui ſolent dimittere loca ſua in quibus ordinati ſunt, & ad alia loca ſe tranſtulerunt, placuit vt his in locis miniſtrent quibus præfixi ſunt. Qui ſi relictis locis ſuis ad alium locum ſe deferre voluerint, deponantur.

Can. 23. De apostatis.

De his qui apostatant, & antequã ad ecclesiam se repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea in infirmitate arrepti, petũt communionem, placuit eis nõ dandam communionem, nisi reuelauerint & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Explicit concilium Arelatense primum.

CONCILIVM GANGREN.
celebratum circa annum Domini 324.
in Paphlagonia, seu regione
Pelasgiorum.

Dominis honorabilibus consacerdotibus in Armenia constitutis episcopis, qui conuenerunt in Gãgrense concilium, in Domino Salutem.

Hæc epistola est pro argumento cõcilij Gãgren.

Quoniam conueniens sancta synodus episcoporũ in ecclesiã Gangrẽsem, propter quasdam ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas, & ea quæ secundum Eustachium gesta sunt dinoscenda, inuenit multa fieri indecenter ab his qui eundem Eustachium sequuti sunt, necessariò statuit palam omnibus factis amputare vniuersa quæ ab eodem malè cõmissa sunt. Declaratũ est enim hos eosdẽ nuptias accusare, & docere quòd nullus in cõiugali positis gradu, spẽ habeat apud Deum. Vnde factum est, vt mulieres multæ seductæ relictis propriis viris, & viri vxoribus destitutis

tis vinculum coniugale dissoluerent, continentiam profitentes, quam quum retinere non possent, adulterium commiserunt. Inuenti enim sunt dissensiones ac separationes in dominicis ecclesiis docere, id est traditiones ecclesiasticas, & ea quæ in ecclesiis aguntur, debere contemni, priuatísque conuenticulis institutis, ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur, omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam vestibus cõibus spretis, nouos etiam & insolitos habitus assumpsisse. Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibimet vindicasse, id est propria ratiocinatione doctrinæ, tanquam sanctis sibi eas offerri debere, apud se & inter se dispensandas. Seruos à dominis recedentes, per hunc inuisitatum religionis suæ habitum, sub specie religionis dominos contempsisse. Mulieres quoque præter consuetudinem, & sui sexus ornatus hinc se iustificari credentes, virilem habitum suscepisse, pluréfque earum occasione religionis tonsa, genuini decoris comas penitus amputasse. Ie unia quæ in ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse. Nonnullos eorum etiã cibos carnũ tanquam illicitos reputasse. In domibus coniugatorum nec orationes quidem debere celebrari persuasisse, in tantũ vt easdem fieri vetent, & oblationibus quę in

domibus factæ fuerint, minime communicandum esse decernant. Presbyteros verò qui matrimonia contraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta quæ ab eis conficiuntur attingi. Loca sanctorum martyrum, vel Basilicas contemnere, & homines qui illud conueniunt reprehendere. Diuites fideles qui non omnibus renunciãt quę possident, spem apud Deum non habere. Et multa alia quę enumerare nulli possibile est. Singulos quoque eorũ pro suo arbitrio constituere. Vnusquisque enim eorũ per tales institutiones ab ecclesiastico canone recessit, tanquam proprias leges sibimet condidisse præsumens.

Sed nec cõmunis his omnibus & vna sententia est. Singuli enim, prout videtur & libet ad accusationem ecclesiæ nitendo, tanquam rector non sit, vel addunt decreta vel minuunt. Propterea ergo coactũ est hoc cõcilium in Gangrensi ecclesia habitũ, vt canones istos exponeret, quib⁹ probentur memorati extra ecclesiã esse. Quòd si per pœnitentiam condemnauerint omnia hæc quæ malè sensserunt, tanquã à se nõ bene prolata, acceptabiles fiãt atq; ideo singula quæ debebant condemnare, synodus crédidit exponenda. Quòd si quis tenuerit hæc quæ hodie constituta sunt, tanquam hæreticus & anathematizatus & damnatus abiiciatur. Et erit nõ solũ in-

incommunicatus, verùm etiam ab ecclesia habeatur extorris, donec deprecetur episcopos,& de vniuersis quæ penes eos detecta atque deprehensa sunt,prouiderit quid horum susceperit obseruandum.

Ca. 1.*De his qui nuptias execrantur.*

Si quis viruperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilẽ æstimat, velut quæ in regnũ Dei introire non possit, anathema sit. *D. 31. Si quis vituperat. Et d. 30. Si quis nuptias.*

Ca. 2. *De his qui carnes manducantes damnant.*

Si quis carnẽ edentẽ præter sanguinem, & idolis immolatum & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit. *d. 30. Si quis carnem.*

Ca. 3.*non debere seruum occasione religionis dominum contemnere.*

Si quis seruũ pretextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium,vt discedat ab eius obsequio,nec ei cum beneuolentia & omni honore deseruiat, anathema sit. *17. q. 4. Si quis alienum.*

Ca. 4.*De oblatione presbyteri coniugati.*

Quicunque discernit à presbytero q̃ vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrãte de oblatione percipere, anathema sit. *d. 28. Si quis discernit.*

Can. 5. *Ne orationes ecclesiæ contemnantur.*

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conuentus qui in ea celebrãtur, anathema sit. *d. 30. Si quis docet.*

Ca.6. *Non debere extra ecclesiam congregari.*

d. 30. Si quis extra. Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema sit.

Ca.7. *de fructibus in ecclesiam dandis.*

Si quis oblationes ecclesię extra ecclesiam recipere vel dare voluerit præter conscientiam episcopi, vel eius cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

Can.8. *De his quæ in vsus pauperum conferuntur.*

Si quis dederit vel acceperit oblata præter episcopum, vel eũ qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema sit.

Can. 9. *De his qui in virginitate persistunt.*

d. 30. Si quis vel virginitatem. Quicunq; virginitatẽ custodiens, aut continẽtiæ studens, velut horrescens nuptias temerat, nec propter hoc quod bonũ & sanctum est, nomẽ virginitatis assumit, acathema sit.

Ca.10. *De his qui pro virginitate superbium.*

d. 30. Si quis propter. Si quis ex his qui virginitatem propter dominũ, seruant, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

Ca.11. *Ne quis Agapen fratrum contemnat.*

d. 24. Si quis despicit. Si qs despicit eos qui fideliter Agapes, i. cõuiuia pauperibus exhibẽt, & propter honorẽ Dei conuocant fratres, & noluerit cõmunicare

municare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

Can.12. De his qui pallijs vtuntur.

Si quis virorum, propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos qui cum reuerentia birris & aliis communibus & solitis vtuntur, anathema sit. *d. 30. Si quis virorum.*

Can.13. Ne mulieres virilem habitum vsurpent.

Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro solito muliebri, amictum virilem sumit, anathema sit. *d. 30. Si qua mulier.*

Can.14 Non debere à viro discedere.

Si qua mulier virum proprium relinquens discedere voluerit, nuptias execrans, anathema sit.

Can.15. De his qui filios despiciunt.

Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiæ negligit, anathema sit. *d. 30. Si quis reliquerit.*

Can.16. Ne filij parentes suos contemnant.

Quicunque filij à parentibus prætextu diuini cultus abscedũt, nec debitam reuerentiã dependunt illis qui diuinum cultum sibi proculdubio præferunt, anathema sit. *d.30. Si qui filij.*

Can.17. Caput tondere mulieri non licere.

Si qua mulier propter diuinũ cultum (vt æstimat) crines attõdeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit, tanquã præceptũ *D.30. Quæcunque mulier.*

dissoluens obedientiæ, anathema sit.

Can.18. Non debere die dominico ieiunari.

d. 30. Si quis tanquam. Si quis propter continentiam quæ putatur, aut contumaciam, in die dominico ieiunat, anathema sit.

Can.19. Non licere communia ieiunia soluere.

d. 30. Si quis eorũ. Si quis eorum qui continentiæ studẽt, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

Can.20. De his qui collectas qua fiunt in martyrum commemoratione, execrantur.

d. 30. Si quis per. Si qs superbiæ vsus affectu cõuentus abominatur, qui ad cõfessiones martyrum celebrantur, & ministeria quæ in eis fiunt, simul cum eorũ memoriis execratur, anathema sit,

D. 30. Hæc autem. Hæc autem scripsimus, non qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositũ continentiæ eliguntur, vituperantes, sed eos qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur aduersus simpliciores, abscindimus, & damnamus eos qui aduersum scripturas & ecclesiasticas regulas noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, & renunciationem secularium negociorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus,

noramus, & diuitias cum iustitia & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicē ac vestem viliorē pro corporis diligentia infucatum laudamus; sicut etiã solutas ac fractas in vestibus processiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conuentus qui in his fiunt tãquam sanctos & vtiles suscipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, sed omnē locum in nomine Dei ædificatũ honoramus, & cõgregationē sanctam in eadē ecclesia pro vtilitate communi recipimus. Et bona opera quæ supra vires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quæ per sanctas scripturas, & per Apostolos sunt tradita, in eccles. celebrari exoptamus.

Explicit concilium Gangrense prouinciale, sed confirmatum in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata, vt ex secundo canone editionis Græcę Parisinæ constat.

CONCILIVM ARELATEN. secundum, sub Syluestro papa celebratum. Est prouinciale.

Ca. 1. *De neophytis clericis non ordinandis.*

Ordinari ad diaconatus vel sacerdotij officium neophytum non debere. *d. 82. Assumi aliquē.*

Ca. 2. *Ne coniugati ad sacerdotium prouehantur.*

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse

in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio, non oportet.

Ca.3. Ne clericus in solatio extraneam habeat mulierem.

3. Canon in concilio Nicæno. Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem, præter auiã matrem, sororem, filiam, neptem vel conuersam, secum vxorem habere præsumpserit, à cõmunione alienus habeatur. Par quoq; & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.

Ca.4. Ne clericus in secreto intromittat puellam.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus, ad cellarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillàm.

Canon quintus hic subticetur, eò quòd nihil diuersum complectatur à canone quarto concilij Nicæni.

Ca.6. Ne episcopus ordinetur sine consensu metropolitani.

Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine conscientia metropolitani constitutus fuerit episcopus, iuxta magnam synodum esse episcopum non debere.

Ca.7. De his qui seipsos abscindunt.

Si qui se carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt, ad clerum peruenire non possunt.

Ca.8. De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.

d.55. Hi qui se. Si quis excõmunicatũ alterius, siue clericum,

eum, siue secularē recipere post interdictum præsumpserit, nouerit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

Ca.9. Vt Nouatiani in communionem non suscipiantur.

Nouatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentia, incredulitatis præteritum damnet errorem.

Decimum canonē hoc loco non interseruimus, q̄ idem planè sit cum eo qui in Nicæno concilio vndecimum locū sortitus est.

Can.11. De his qui poenis victi sacrificare cogũtur. *Ex eodem.*

Si qui verò dolor victi & põdere persecutionis negare & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos: triennio inter pœnitentes habeantur à communione suspensi.

Ca.12. De excedentibus vitam in poenitentia positis.

De his qui in pœnitentia positi vitā excesserunt, placuit nullum cōmunione vacuum debere dimitti, sed pro eo q̄ honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. *Ex c. 12. Nicenæ syn.*

Canonem 13 hic prætermisimus, ne 15. & 17. ex conc. Nicæno otiose repetere videremur.

Canon 14. est à nobis sublatus, cùm in Nicæna synodo 18. loco idem relatus sit.

Ca.15. Ne diaconus coram presbytero sedeat.

In secretario diaconos inter presbyteros sedere nō liceat, vel corpus Christi præsente *Ex ca.14. eiusdem.*

presbytero tradere non præsumant. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant.

Can. 16. Vt Photiniani & Paulianistæ baptizentur.

Photinianos siue Paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportet.

Can. 17. Vt hæretici baptizati recipiantur.

Bonasiacos autem ex eodem errore venientes (quos sicut Arrianos baptizari in trinitate manifestum est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint , cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

Can. 18. Vt metropolitani arbitrio, synodus congregetur.

Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodũ congregandam (ad quam vrbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium , atque conuentum) si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

Can. 19. Ne episcopi discedant ante peractam synodum.

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum antequam dissoluatur conciliũ, crediderit deserendum, alienum se à fratrum cõmunione cognoscat , nec eum recipi liceat, nisi insequenti synodo fuerit absolutus.

Can. 20. De aurigis fidelibus.

De

De agitatoribus, siue theatricis, qui fideles sunt, placuit eos quandiu agunt, à communione separari. *Vide supra fol. 64.*

Ca. 21. Si post acceptam poenitentiam quis nupserit.

Pœnitentes quæ defuncto viro, aliis nubere præsumpserint, vel suspecta vel interdicta familiaritate se cum extraneo iũxerint, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceatur. Hoc etiam de viro in pœnitentia posito placuit obseruari.

Ca. 22.

Pœnitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam. *30. q. 4. Pœnitentiam.*

Ca. 23. De sacerdotibus qui idololatriam non eruerunt.

Si in alicuius presbyterio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, si hæc eruere neglexerit, sacri legij se esse reum cognoscat. Dominus autẽ, vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione priuetur. *10. q. 1. Eos qui. hic est vnus canõ præter illos 20. ex concilio Nicæno, quos supra recẽsuimus.*

Ca. 24. De accusatoribus fratrum.

Eos qui falsa fratribus capitula obiecisse cõuicti fuerint, placuit vsque ad exitum no cõmunicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint.

Ca. 25. De apostatis si non reuertuntur.

Hi qui post sanctam religionis professionẽ apostatant, & ad seculum redeunt, & postmo-

dum pœnitentia remedia non requirunt, communionem penitus non accipiant.

Quos etiam iubemus ad clericatus officiũ non admitti, & quicunque ille sit, post pœnitentiam secularem habitum non præsumat. Quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

Can. 26.

De his quos clericatui ipsa vitæ gratia suggesserit, si fortè interrupta & duplicata matrimonia inciderint, non vltra subdiaconatũ aliásue ecclesiasticas capiãt dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab ecclesiastico remoueantur officio.

Can. 27.

Professas vidnas, si in cohabitando perstiterint, cum raptoribus esse damnandas.

Can. 28.

Secundum constitutionem synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit, aut negauerit, ab ecclesia cui fraudem fecit, excludatur.

Can. 29.

Si quis episcopus suæ sententiæ non acquieuerit, synodi legibus audiendum.

Can. 30. De episcopis suspensis.

Secundum instituta seniorum, si à communione sacerdotali fuerit authoritate suspensus episcopus, hunc non solum à clericorum,

sed

sed etiam à totius populi colloquio, atque conuiuio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

Can.31. De his qui inter se odiis exardescunt.

Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab ecclesiasticis conuentibus sunt remouendi, donec ad pacem recurrant.

Can.32. De expositis ante ecclesiam.

Si expositus ante ecclesiam cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is qui collectus est; intra decem dies quæsitus agnitúsque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit authoritas.

Can.33. De puellis quæ se Deo vouerunt.

De puellis quæ se vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerũt, si post 25. annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt cum his cum quibus se obligauerint communione priuentur, ita vt eis, postulantibus pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

Can.34. De famulis se percutientibus.

Si quis famulorum cuiuslibet conditionis aut generis, quasi ad exacerbandã dñi discretionem, se diabolico repletus furore percus-

serit, ipso tantũ sanguinis sui reus erit neque ad dominum sceleris alieni inuidia pertinebit.

Ca.15. De ordinatione episcopi.

Placuit in ordinatione episcopi hunc ordinem custodiri, vt primo loco venalitate, vel ambitione submota, ab episcopis nec nominentur, de quibus clerici vel laici ciues erga vnum eligendi habeant potestatem.

Can.36. De secularibus hominibus.

Si quis secularium amore religionis, se ad quemcunque sacerdotum crediderit conferendum, ipse sibi eum quem erudiendi gratia susceperit, vindicabit.

Can.37. De honore synodi metropolitani.

Hoc etiam placuit custodiri, vt nihil contra magnam synodum metropolitani existiment vindicandum.

Finit concilium Arelatense secundum.

CONCILIVM CARTHAGIN.

primum tempore Syluestri primi Papæ celebratum. Est prouinciale, & ex diuersis prouinciis Aphricanis ad Carthaginem conuenerunt multi episcopi.

Can.1. Ne baptismus reiteretur.

Gratus episcopus Carthaginẽsis qui prę-sidebat in concilio, dixit: Ergo si vobis placet consideremus primum titulum baptizationis. Vnde sanctitatem vestrã postulo, vt mentis

tis vestræ placita producatis. Vniuersi episcopi dixerunt, Absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum à syncera fide & catholica disciplina rebaptizari.

Can. 2. De martyrum sepulchris & honorificentia.

Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet. At siquis adiniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad pœnitentiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem & post cognitionem honore priuari.

Can. 3. Quod non liceat clericis habitare cum fœminis.

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipuè, si videtur vestræ dilectioni, cauendum est, vt pastoris cura, quantum debet & potest regularis prouidentia, præmoneat, vt nullis liceat ab effectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones quibus subtilitas diaboli sub prætextu charitatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire consueuit. Nullus igitur, nullâque sanctimoniæ & virginitati deseruiens propter blasphemiam ecclesiæ, si vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt par-

tem,hæc vitare debent,& non solum habitare simul,sed nec habere ad se aliquem accessum.Hoc ergo & lex iubet,& sanctitas vestra commendat, vt in singulis cõciliis statutum est.Gratus episcopus dixit.Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere à peccatis, dũ imprudentes debet metus huiuscemodi constringere,si sanum consilium respuunt,& salutare mandatum.Si ergo laici sunt post cõmonitionem: si cõtempserint,à communione separentur.Vniuersi dixerunt:Placet.

Can.4.Vt cum viduis non commorentur.

Gratus episcopus dixit: Et si infinita sunt quæ lege præscripta, proficientia sunt disciplinæ,& vnusquisque nostrũ tractatu assiduo, &commonitione frequẽti,per singulas quasque species proficientes ad disciplinam potest populos inuitare,tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt à nobis,& in concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sentẽtia.

Can.5. Ne clerici ordinentur in ecclesia alterius.

Priuat' episcopus.Vegesilitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum

laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum ordinet sine conscientia eius episcopi de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruantia pacem custodit. Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. Sed si forte erit necessarius, petat à collega suo,& per consensum habeat.

Can.6.Vt clerici actus secularium non suscipiant.

Nicasius episcopus Culusitanus dixit:Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo,& annexi sunt clero,non accedant ad actus seu administrationem vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit: Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt, Nemo militans Deo, ingerit se negotiis secularibus.Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum.Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. xi q.3. Crede. 1.Tim.2.

Can.7.Vt clerici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui episcopi.

Casianus Vsulensis episcopus dixit:Statuat grauitas vestra vt vnusquisq; clericus vel laicus non cõmunicet in aliena plebe sine literis episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit, communio fiet sorte passim.Nã si cũ literis receptus fuerit, & cõcordia inter episcopos seruatur,& nemo sub-

tilis alterius fugiens communionem, ad alterum latēter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis consulis.

Can. 8. Ne clerici ordinentur implicati negotijs alienis.

D. 54. Magnus episcopus.

Magnus episcopus Assiagensis dixit. Quid dilectioni vestræ videtur procuratores & actores, etiam per se tutores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit, Si post depositā vniuersa & reddita ratiocinia actus vitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Rectè omnia statuit sanctitas tua, ideóque ita est & nostra ista quoque sententia.

Ca. 9. Vt laici clericos actores non constituant.

Metus Caunensis episcopus dixit: Rectè statutum est vt obnoxij alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi & gratias referre debent, & à clericorum iniuria temperare. Et ipsis non liceat clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quòd omnes vel domini, vel procuratores, vel quicunque præsunt, cum audierint salubberrima instituta concilij, & sibi esse consultum, nec impeditū, propriam debebunt temperare iniuriam in

clericis

clericis nostris. Quòd si iniuria constitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, si defensio ecclesiastica nos non defendet, pudor publicus vindicabitur. Vniuersi dixerunt: Saluberrimæ professiones debuerunt à tanto concedi concilio.

Can. 10. Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines vsurpet.

Felix episcopus Baianen. dixit: Nullus debet collegæ suo facere iniuriam. Multi enim transcendunt sua, & vsurpant aliena ipsis inuitis. Gratus episcopus dixit: Auaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum esse nemo est qui dubitet. Proinde inhibendū est, ne quis alienos fines vsurpet, aut transcendat episcopum collegam suum, aut vsurpet alterius plebes, sine eius petitu: quia inde cætera mala omnia generantur. Vniuersi dixerunt: Placet, placet. 1. Tim. 6.

Can. 11. De numero iudicantium presbyterorum.

Si quis tumidus vel contumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur: si presbyter, à sex: si episcopus à duodecim cōsacerdotibus audiatur. Vniuersi dixerunt episcopi: Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi, causa verò pro personis à statuto numero audiatur. 11. q. 7. *Si quis tumidus.*

Can. 12.

Optantius Episcopus circuibat & vsurpabat populos Antigoni episcopi vicini, componitur hæc lis per synodum.

Canon 13. est in secundo Arelatensi. 14. & in primo. 11.

In 14. Canone comendatur obseruatio cõstitutionum huius concilij, & subscribunt episcopi.

Finis concilij Carthaginensis primi.

Decreta Marci Papæ.

a.d 336. Marcus pont. 33. Hic symbolum in seruit.

Marcus natione Romanus, sedit anno 2. menses 8. dies 21. temporibus Cõstantini Iunioris. Quæ sub illo acta sunt, habes histor. trip. lib. 4. c. 1. Papa 33. sub Petro.

Hic misit ad Athanasium & episcopos Ægypti 70. canones Nicæni concilij, fideliter transcriptos ex exemplaribus quæ Syluester Papa reliquerat Romæ, nunc non extant nisi 20 canones. Bona pars horum viginti est in concilio Arelatensi 2. & aliqui illorum 70. (quos nunc non habemus) sunt in prædicto concilio.

Decreta Iulij papæ.

a.d 338. Iulius primus pont. 34 Tempore huius Ar ij hæresis inualuit.

Iulius primus papa, natione Romanus, sedit annos quindecim, de quo habes hist. tripar. lib. 4. c. 4. & infra. Extat epistola eius increpatoria ad Episcopos Orientales pro causa Athanasij episcopi Alexandrini, lectione digna 34. Papa sub Petro.

Sub eodem Iulio celebrata est synodus Romana,

mana, in qua conuenerunt 116. Episcopi contra Arrium & eius discipulos quem damnarunt cum suis dogmatibus, præsidente Iulio confirmantes acta in synodo Nicæna. De hac synodo nihil præterea habetur.

Sub eodem celebrata est synodus Colonienſis contra Eufratam blaſphemum, & hæreticum, qui Chriſtum negabat Deum. Damnatus eſt, & priuatus epiſcopatu.

ANTIOCHENVM Concilium.

Regulæ Antiocheni concilij expoſitæ apud Antiochiam.

Sancta & pacatiſſima ſynodus in vnũ cõgregata, his qui per ſingulas prouincias ſunt vnanimis ſanctis, & conſacerdotibus in Domino ſalutem. Gratia & veritas Ieſu Chriſti domini & ſaluatoris noſtri, ſanctam & Antiochenam eccleſiam viſitans, & in vnũ connectens per concordiam pacatiſſimi ſpiritus, multa quidẽ & alia perfecit, in omnibus autẽ ſuggerente ſancto & pacifico ſpiritu, etiam hoc perfecit, vt quæ viſa ſunt rectè conſtitui, cum plurima conſideratione & iudicio vnà cũ omnibus nobis Antiochiã ex diuerſis prouinciis in vnũ collectis epiſcopis, in veſtram notitiam deferantur. Credimus autẽ gratiæ dñi, & ſpiritui ſancto pacis, ꝙ & ipſi cõſpirabitis nobis, tanquam in vnam fuiſſetis virtu-

tem, & nobiſcum orationibus admittentes, magis autem muniti,& in Spiritu ſancto prę ſente iiſdem ipſis quæ definita ſunt, conſentientes, & ea quæ viſa ſunt recta roborantes, cum conſenſu ſancti Spiritus conſignabitis. Sunt autem præfiniti canones eccleſiaſtici hi qui infra ſunt ſcripti.

Canon primus.

Non licere Paſcha diuerſo tempore facere, nec cum Iudæis celebrare, ſicut in Nicæno concilio ſtatutum eſt.

Can.2. Non licere cum excommunicatis communicare.

Omnes qui ingrediuntur eccleſiam Dei,& ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo,ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt, hi de eccleſia remouean tur, quandiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere cõmunicare, nec cum his qui per domos conueniunt,deuitantes orationes eccleſiæ,ſimul orandum eſt. Ab alia quoque eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de epiſcopis aut preſbyteris,vel diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte priuetur communione tanquam qui regulam confundat

eccle-

ecclesiæ.

Can.3.Non debere clericum ad aliam ecclesiam migrantem ibi perseuerare.

Si quis presbyter aut diaconus,aut omnino quilibet ex clero parochiam propriam deserens,ad aliam properauerit, vel omnino demigrans in alia parochia per multa tempora nititur immorari,vlterius ibidem non ministret,maximè si vocanti suo episcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempserit. Quòd si in hac indisciplinatione perdurat, à ministerio modis omnibus remoueatur, ita vt nequaquam locum restitutionis inueniat. Si verò pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiã à communi coerceatur synodo,velut qui ecclesiastica constituta dissoluat. 7.q.1. *Si quis presbyter.*

Can.4.Non licere episcopo vel clerico si exauctorizatus fuerit,ministrare.

Si quis episcopus damnatus à synodo, vel presbyter aut diaconus à suo episcopo, aut si fuerint aliquid de ministerio sacro contingere,siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus,nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem,aut locum habere satisfactionis,sed communicantes ei omnes abiici de ecclesia, & maximè si postea quam didicerit aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam, 11.q.4. *Si quis episcopus.*

eisdem communicare tentauerit.

Can.5. Ne clerici contempto episcopo seorsum se colligant.

Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestrauit,& seorsum colligens altare constituit, & commonenti episcopo non acquieuerit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum conuocanti, hic damnetur omnimodo nec vltra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quòd si ecclesiam conturbare & sol citare persistat,tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

Can.6.De excommunicatis.

11.q.3. Si quis à proprio.

Si quis à proprio episcopo communione priuatus est,non ante suscipiatur ab aliis quã suo recõcilietur episcopo,aut certe ad synodum quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciat,& persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram.Hæc autẽ definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, omnésque qui sub regula esse monstrantur.

Can.7. De peregrinis.

Dist.71. Nullus absque.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est commendatitiis suscipiatur epistolis.

Can.8.Vt epistolæ à solo fiant Chorepiscopo.

Presbyteri qui sunt in agris,canonicas epistolas dare non possunt,ad solos tantum vicinos

nos episcopos literas destinabunt. Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

Can. 9. De metropolitanis episcopis.

Per singulas regiones episcopos conuenit nosse metropolitanum episcopum, solicitudinē totius prouinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes vndique qui negocia videntur habere, concurrant. Vnde placuit eū & honore præcellere, & nihil amplius pręter eum cæteros episcopos agere, secundū antiquā à patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum quæ ad suam diœcesim pertinent, possessionésque subiectas. Vnusquisque enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem. Vt regat iuxta reuerentiam singulis competentem & prouidentiam gerat omnis possessionis quæ sub eius est potestate, ita vt presbyteros & diaconos ordinet, & singulis suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter Antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine cæterorum gerat consilio sacerdotum. 6. q. 1. Per singulas.

Can. 10. De his qui vocantur Chorepiscopi.

Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quāuis manus impositionem episcoporū perceperint, & vt episcopi consecrati sint, tamē sanctę synodo placuit vt modū proprium recognoscāt, vt gubernent sibi

subiectas ecclesias, earúmque moderamine curáque contenti sint. Ordinent etiam lectores & sub diaconos atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec presbyterũ verò nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis episcopum cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus quo vtebatur honore priuetur. Chorepiscopum verò ciuitatis episcopis ordinet cui ille subiectus est.

Can. 11. De episcopis vel clericis adeuntibus Imperatorem.

23. q. 8. Si quis episcopus. Si quis episcopus aut presbyter, aut quilibet regulæ subiectus ecclesiæ, præter concilium & literas episcoporũ prouinciæ, & præcipuè metropolitani adierit Imperatorem, hunc reprobari & abiici oportere non solũ à cõione, verũ & ab honore, cuius particeps videtur existere, qui venerandi principis auribꝰ molestiam tentauit inferre contra leges ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & cõsilio metropolitani, & cæterorum episcoporum qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

Can. 12. De damnatis episcopis aut clericis adeuntibus Imperatorem.

10. q. 3. Si quis è proprio. Si quis à proprio episcopo presbyter aut diaconus, aut à synodo fuerit episcopus forte damna-

damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit oporteat ad maius episcoporum cõuerti concilium, & quę putauerint habere insta plurimis episcopis suggerant, eorúmque discussiones ac iudicia præstolentur. Si verò hæc paruipendentes molesti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locũ satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri diiudicamus.

Can. 13. Ne episcopi in aliena prouincia ordinationes efficiant.

Nullus episcopus ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in ecclesiis ordinare, licet cõsensum videãtur præbere nonnulli, nisi literis tam metropolitani quã cæterorum qui cũ eo sunt episcoporum rogatus aduenerit, & sic ad actionẽ ordinationis accedat. Si verò nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrite quidem quę ab eo geruntur existãt, ipse verò incompositi motus sui, & irrationabilis audaciæ subeat vltionem, ex hoc iam damnatus à sancto concilio. 9. q. 1. *Nullum episcopum.*

Can. 14. De episcopis accusatis.

Si quis episcopus de certis criminibus iudicetur, & cõtingat de eo comprouinciales episcopos dissidere, cùm iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis æstimatur: pro- 6. q. 4. *Si quis epi scopus.*

totius huius ambiguitatis absolutione sanctæ synodo placuit vt metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, vt per eos simul & per cõprouinciales episcopos, quòd iustum visum fuerit, approbetur.

Can.15. De quibus vt supra.

6.q.4. Si quis episcopus. Si quis episcopus de certis criminib⁹ accusatus, condẽnetur ab oĩbus ep̃is eiusdem ꝓuinciæ cunctíq; consonãter eandẽ contra eũ formã decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmã cõcordantiũ episcoporũ prouinciæ manere sententiam.

Can.16. De episcopis vacantibus.

Dist.91. Si quis episcopus. Si quis episcopus vacãs in eccleſiã vacante prosiliat, sedémq; peruadat absque integro perfectóq; concilio, hic abiiciãt necesse est & si cũctus populus quẽ diripuit, eũ habere delegerit. Perfectũ verò conciliũ illud est, vbi interfuerit metropolitanus antistes.

Can.17. De episcopis qui cum ad episcopatum conuocantur, euitant.

Dist.92. Si quis episcopus per manus. Si quis episcopus per manus impositionẽ episcopatum acceperit, & præesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad eccleſiam sibi commissam, hunc oportet cõione priuari donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

Can.

Ca.18.*De eisdem quibus supra.*

Si quis episcopus ordinatus ad parochiam minimè cui est electus, accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus veret, au propter aliam causam, nõ tamen eius vitio perpetratam hic & honoris sit & ministerij particeps, dummodo nil molestus ecclesię rebus existat, vbi ministrare cognoscitur. Quem etiam obseruare conueniet quicquid synodus perfecta prouinciæ, quod visum fuerit, iudicando decreuerit. *d.92. si quis episcopus ordinatus.*

Ca.19.*Non licere episcopum ordinari sine consilio metropolitani.*

Episcopus præter synodum, & præsentiam metropolitani, nullatenus ordinetur. *d. 65. Episcopus non est.*

Can.20.*Vt bis in anno synodus celebretur.* *d. 18. propter.*

Propter vtilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum quæ dubitationem controuersiámque recipiunt, optimè placuit vt per singulas quasque prouincias episcoporum concilia bis quotannis celebrentur.

Ca.21.*Ne episcopus de vnà parochia in aliam transeat.*

Episcopus ab alia parochia nequaquã migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliẽs nec vi coactus à populis, nec ab episcopis necessitate compulsus, maneat autem in ecclesia quam primitus à Deo sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum de hac *7.q. 1. episcopum.*

re terminum constitutum.

Ca.22. Episcopum non debere in alienum irruere ciuitatem.

9.q. 2. episcopum nō liceat.

Episcopus alienā ciuitatem quę non est illi subiecta, non adeat, nec ad possessionem accedat quæ ad eum non pertinet, super ordinatione cuiusquam, nec constituat presbyteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi forte cum consilio, & voluntate regionis episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coerceatur à synodo. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

Ca.23. Episcopo non licere successorem sibi constituere.

8.q.1. episcopum non liceat.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiuscemodi constitutum. Seruet autem ius ecclesiasticum id continens oportere non aliter fieri nisi cum synodo & iudicio episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum qui dignus extiterit, promouere.

Can.24. De rebus ad ecclesiam pertinentibus.

9.q.1. Quæcunque res.

Quæ sunt ecclesiæ, sub omni solicitudine & cōscientia bona, & fide quæ in Deū est, qui cuncta considerat iudicátque, seruentur, quæ etiam dispensanda sunt iudicio & potestate pontificis cui commissus est populus, & ani-

mæ quæ in ecclesia congregantur. Manifesta verò sint quæ pertinere videntur ad ecclesiam, cum notitia presbyterorum & diaconorum qui circa ipsum sunt, ita vt agnoscant, nec ignorent quæ sint ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat: vt si contigerit episcopum migrare de seculo, certis existentibus rebus quæ sunt ecclesiæ, nec ipsæ collapsæ depereant, nec quæ propria probantur episcopi, sub occasione rerum peruadantur ecclesiæ. Iustum namque & acceptum est coram Deo & hominibus, vt sua episcopus quibus voluerit derelinquat: & quę ecclesię sunt, eidem conseruentur ecclesiæ, vt nec ecclesia aliquod patiatur incommodum, nec episcopus sub occasione proscribatur ecclesiæ, & in causas incidant qui ad eam pertinent, & ipse post obitum maledictionibus ingrauetur.

Can. 25. Vt episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem.

Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam in suis quàm in fratrum qui ab eo suscipiantur, necessariis vsibus pro futuris, ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti simus. Quòd si

12. q. episcopus ecclesiasticarum rerũ.

1. Ti. 6.

contentus istis minimè fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius commoda, vel agrorum fructus non cum presbyterorũ conscientia diaconorúmque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filiísque committat, vt per huiusmodi personas occultè cæteræ lædantur ecclesiæ, synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quòd ea quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet vsurpent, ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi verò & blasphemiis tam sermo prædicationis, quàm hi qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet, approbante. Et subscripserunt 30. episcopi qui in eodem concilio conuenerunt.

De hac synodo legitur in decretis, d. 16. c. Sexta synodus.

Finis concilij Antiocheni.

Probatum est concilium Antiochenum in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata, vt ex secundo canone editionis Græcæ constat, & per Dionysium papam, vt patet per Euse. lib. 7. ca. 24. & 25. in hist. eccl.

CON-

CONCILIVM SARDICENSE,

sub Iulio primo papa, de cuius origine & causa qua congregaretur, habes in historia tripartita, lib. 4. c. 21.

Congregatum est præcepto Constantij Imperatoris, vt Athanasius ad suam rediret ecclesiam, à qua expulsus fuerat per hæreticos episcopos Arrianos. Conuenerunt in eo concilio Orientales & Occidentales episcopi. Occidentales circiter 300. Orientales verò 76. qui tamen continuo discedentes à concilio, seorsum fecere concilium aliud, in quo statuerunt dogmata Arrij, vt habes historia prædicta. Causa discessus fuit, quia dixerunt se nolle ad verba procedere, nisi prius à concilio submouerentur, Pauli & Athanasij defensores, quod Occidentales passi non sunt. Cui concilio affuit Osius episcopus Cordubensis, qui & affuit in concilio Nicæno. Celebratum est anno 11. ab obitu Constantini patris duorum Augustorũ, Constantis & Constantij, vt habes lib. 4. Ecclesiasticæ historiæ tripar. cap. 23.

Can. 1. De episcopis qui ciuitates mutauerint.

Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam pernicioſa corruptela, funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de sua ciuitate ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa qua hoc fa- *d. 8. Mala consuetudo.*

cere tentant, cum nullus in hac re inuentus sit episcopus, qui de maiori ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni seruire,& vt damnationem agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies sæuius & austerius vindicetur, vt nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt vniuersi: Placet.

Can.2.De eisdem episcopis.

Osius episcopus dixit,Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortassis talem excusationem afferens, assereret, quòd à populis literas acceperit:cum manifestum sit potuisse plures præmio & mercede corrumpi eos, qui synceram fidem non habent, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum : Omnino has fraudes damnandas esse arbitror: ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si verò omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

Can.3.De episcopo adiudicato.

6. q.4. Osius episcopus.

Osius episcopus dixit: Illud quoque necessario adiiciendum est, vt episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam in qua non sunt episcopi, non transeat, nisi fortè à fratribus suis inuitati, ne videamur ianuam claudere charitatis. Quòd si in aliqua prouincia aliquis episcopus contra fratrem suum episco-

pum litem habuerit, vnus de duobus ex alia prouincia aduocet episcopum cognitorem. Quòd si aliquis episcopus iudicatus fuerit in alia causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum concilium renouetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo: & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, vt non refricentur ea quæ acta sunt: quæ decreuerit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

Can. 4. De episcopis depositis.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti, vt cùm aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agẽdum sibi negotium in vrbe Roma, alter episcopus in eius cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio episcopi Romani determinata.

Can. 5. Quando quis debeat à vicinis prouinciæ episcopis ordinari.

Osius episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia in qua plurimi fuerint episcopi, vnum forte remanere episcopum, ille ve- *D. 63. ca. fina.*

rò per negligentiam noluerit ordinare episcopum,& populi conuenerint,episcopi vicinæ prouinciæ debent illum prius conuenire episcopum qui in ea prouincia moratur, & ostendere quòd populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse vt & ipse veniat, & cum ipso ordinet episcopum. Quòd si conuentus literis tacuerit & dissimulauerit,nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum.

Can. 6. De non ordinandis episcopis per vicos..

Licentia verò danda non est ordinandi episcopum aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter,quia non est necesse ibi episcopũ fieri, ne vilescat nomen episcopi & authoritas. Non debent ibi ex alia prouincia inuitati facere episcopum, nisi aut in his ciuitatibus quæ episcopos habuerunt,aut si qua talis aut tam populosa est ciuitas quæ meretur habere episcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit,Placet.

Can.7.De episcopis accusetis.

1.q.9.Si quis episcopus.

Osius episcopus dixit: Placuit autem vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint,si appellauerit qui deiectus est,& confugerit ad episcopum Romanæ

manæ eccleſię,& voluerit ſe audiri,ſi iuſtum putauerit vt renouetur iudicium vel diſcuſſionis examen, ſcribere his epiſcopis dignetur , qui in finitima & propinqua prouincia ſunt,vt ipſi diligenter omnino requirant , & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri,deprecatione ſua mouerit epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat : erit in poteſtate epiſcopi,quid velit & quid eſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum epiſcopis iudicent,habentes eius authoritatem à quo deſtinati ſunt , erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit epiſcopos ſufficere vt negotio terminum imponant , faciet quod ſapientiſſimo conſilio iudicauerit.

Can.8. Vt epiſcopi paſſim ad comitatum non pergant.

Oſius epiſcopus dixit : importunitates & nimia frequentia & iniuſtæ petitiones fecerunt nos non tantam habere vel gratiam vel fiduciam,dum quidam non ceſſant ad comitatum ire epiſcopi,& maximè Aphri,qui (ſicuti cognouimus) ſanctiſſimi fratris & coepiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt atque contemnunt , vt non ſolùm ad comitatum multas & diuerſas eccleſiæ non profuturas proferant cauſas, vt fieri ſolet,aut oportet,vt aut pauperibus,aut viduis,aut pu-

pillis subueniatur, sed & dignitates seculares & administrationes quibusdam postulãt. Hæc itaque prauitas olim non solùm murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem vt episcopi intercessionem his præstent, qui iniqua vi opprimunt, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur: si tamen isthæc nomina iustam habeant causam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres chariſſimi placet, decernite ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui religiosi Imperatoris literis vel inuitati vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam ecclesiæ confugiant quam iniuriã patiuntur, aut qui peccantes in exilio vel insulis damnantur, aut certè quãcunque sententiam suscipiunt, subueniendum est his & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

Can. 9. De diaconis ad comitatum dirigendis.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque prouidentia vestra tractare debet, qui decreuistis ne episcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicumque ergo quales superius memorauimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri inuidiosa non est, &

quæ

quæ impetrauerit, clericus poterit referre. Et hoc consequens esse videtur vt de qualibet prouincia episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittant qui in metropoli consistit, vt ille & diaconum eius, & supplicationes destinet tribuens commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si verò habeat episcopus amicos in palatio qui cupit aliquid, quod tamen honestum est impetrare, non prohibetur per diaconum suum rogare, ac significare his quos scit benignam intercessionem sibi absenti posse præstare.

Can. 10. Quòd sit eundum ad comitatum pro pupillis & viduis.

Si verò Romam venerint (sicut dictum est) sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ ecclesiæ preces quas habent tradant, vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atque solicitudinem vt ad comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt placere sibi, & honestum esse consilium.

Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis. Nunc

verò cum ea postulent præcipuè quæ sine inuidia hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est ire ad comitatum.

Can. II. Quòd episcopi euntes ad comitatum solicite discutiantur.

Gaudentius episcopus dixit, Ea quæ salubriter præmonuistis conuenientia & æstimatione omnium, & Deo placitura & hominibus, tenere hãc firmitatem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim & ipsi, sæpissime propter paucorum impudentiam religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is debet scire causis redditis, honorem dignitatémque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si vnusquisque nostrum qui in Canali constitutus est, cum progredientem episcopum viderit inquirat transitum eius, causas videat, quo tendat agnoscat, & siquidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud quod superius comprehensum est, ne forte inuitatus est, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò (vt superius memorauit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat, neque in literis eius scribatur, neque in cõionem recipiatur. Si vobis placet, omnium

senten-

sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

Osius episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum sit in synodo, subito veniant ad ciuitates eas quæ in Canali sunt. Debet ergo episcopus ciuitatis ipsius admonere eum & instruere, & ex eo loco diaconum suum mittat. Admonitus ipse tamen redeat in parochiam suam.

Can. 13. Vt ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.

Osius episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetis, si forte aut diues aut scholasticus de foro aut ex administratore episcopus fuerit postulatus, vt non prius ordinetur nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones quæ habebunt vtique prolixum tempus probari qua fide sit, quáve modestia, qua grauitate & verecundia: & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur, quia conueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temere & leuiter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui neophytus est, maximè cum & magister gentium beatus

d. 61. Osius episcopus.

1. Tim. 5. Apostolus ne hoc fieret denunciasse & prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hæc.

Can. 14. Vt episcopus in aliena prouincia non immoretur.

Osius episcopus dixit. Et hoc quoque statuere debetis, vt episcopus si ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia sua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quam deuotioni seruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere (forte enim euenit episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum) is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem vt dehonestet & deformet illius personam, ita vt ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi episcopum inhumanum est, & si diuitius resideat, pernicioſum est, hoc ergo ne fiat prouidendum est. Memini autem superiore concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea in qua commoratur ciuitate, tres dominicos dies, ideſt per tres septimanas non celebrasset conuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multò magis episcopo nec licet

nec

nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas quę detineat, vt amplius suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt placere sibi.

Can. 15. Quòd non licet episcopo à suâ ecclesia plus tribus hebdomadis abesse.

Osius episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres & coepiscopi nostri qui non eam ciuitatem possident in qua videntur episcopi esse constituti, vel certè quod paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscũtur, vel affectiõnem proximorum quibus indulgeant, hactenus permitti eis oportet vt accedãt ad possessiones suas, & disponant vel ordinetur fructum laboris sui, vt post tres dominicos, id est, post tres hebdomadas si morari necesse est in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima ciuitas in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem dominicum, illuc accedat, vt neque res eius domesticæ per absentiam eius detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem in qua episcopus moratur, in suspicionem iactantiæ & ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt placere sibi.

Can. 16. De clericorum excommunicatione.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt siue diaconus siue presbyter, sine quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit episcopum,& scierit ille ad quē confugit,eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportere vt ei communionem indulgeat. Quòd si fecerit,sciat se conuocatis episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt:Hoc statutum & pacem seruabit, & cōcordiam custodiet.

Can. 17. De excommunicatis apud vicinos episcopos audiendis.

11. q. 3. Si forte. Osius episcopus dixit : Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) citò & asperè commoueatur aduersus presbyterum siue diaconum suum , & extermibare eum de ecclesia voluerit , prouidendum est ne innocens damnetur , aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur ac diligentius tractetur , quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille episcopus qui aut iustè aut iniustè eum abiecit, patienter accipiat vt negotium discutiatur,vt vel probetur sententia eius à plurimis,vel emendetur. Tamē priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur,

minentur, eum qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere vt eum communioni societ. Hi verò qui conueniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse fastidium & superbiam, quia iam non decet vt episcopus iniuriam vel contumeliam patiatur, senioribus eos verbis castigent, vt obediant honesta præcipienti episcopo, quia sicut ille clericis syncerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

Can. 18. *De non solicitandis clericis alienis.*

Ianuarius episcopus dixit: illud quoque statuat sanctitas vestra, vt nulli episcopo liceat alterius episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum solicitare, & in suis parochiis ordinare. Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

Can. 19. *Non licere episcopo, alterius clericum in sua ecclesia ordinare.*

Osius episcopus dixit: Et hoc vniuersi constituimus, vt quicunque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicunque autem hoc vsurpauerit, à fratribus & coepiscopis

nostris & admoueri debet & corrigi.

Can.20. Vt extranei clerici apud Thessalonicam non tardent.

Ætius episcopus dixit: Non ignoratis quãta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas. Sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti breui tempore morari,& aut residẽt ibi,aut certe vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt,Ea tempora quæ constituta sunt circa episcopos, & circa has personas,obseruari debent.

Can.21. De suscipiendis his qui persecutionem patiuntur.

Osius episcopus dixit, Suggerente frãtre & coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit, vt si aliquis vim perpessus est,& inique expulsus pro disciplina & catholica confessione,vel pro defensione veritatis,effugiẽs pericula,innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire possit,aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est eum qui persecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiat. Et subscripserunt qui conuenerant omnes episcopi diuersarum prouinciarum,num.121.

Est

Est generale concilium ex vniuersis orbis prouinciis, receptum ab vniuersali ecclesia, vt patet d.16.c. Quod dicitis.ex Nicolao Papa.& in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata.

HIEROSOLYMITANVM.

Concilium sub eodem Iulio celebratum est per Maximum episcopum, cùm Athanasius reuerteretur ad ecclesiam suam, literis Constantij Imperatoris & Iulij Pontificis. In quo hoc tantum actũ est, vt consensu omnium episcoporum restitueretur Athanasius ad communionem & pristinam dignitatem. Quæ habentur fusius hist.tripar.lib.4.c.34.

Paulò post iussit Imperator Constantius, in Syrmio congregari concilium, in quo tradiderunt regulas fidei orthodoxas contra Arrium, in quibus interpretati sunt locum illum Genes.19. Pluit dominus à domino, vt sit sensus, Non quòd ipse pater à semetipso pluere dicatur, sed pluit dominus filius à domino patre. De hoc concilio habetur hist.tripar.lib.5.c.3.&c. Adfuit Osius episcopus Cordubensis, vt refertur in historia prædicta.

FIDES SYRMIEN. CONC.

Credimus in vnum Deum, patrem omni-

potentem, creatorem & factorem vniuersorum, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius filium, dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia secula ex patre natus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, verbum existens, & sapientia, & lumen verum & vita. Qui nouissimis diebus propter nos humanatus est ex sancta virgine, & crucifixus & mortuus, & sepultus. Et resurrexit à mortuis tertia die, & ascendit in cælum, & sedet in dextera patris. Et venturus est in consummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua, cuius imperium sine fine exi-
Matth. 16. stens in secula permanet infinita. Erit enim
Ioan. 14. sedens in dextera patris, non solùm in hoc seculo sed etiam in futuro. Et in Spiritum sanctum paracletum, id est, consolatorem, quem promittens Apostolis post ascensionem ad cælos esse mittendum, vt doceret & commemoraret eis vniuersa, transmisit. Per quem etiam sanctificantur animæ credentium in eo veraciter. Eos autem qui dicunt ex non existentibus filium, ex aut altera essentia, & non ex Dei, & quia erat tempus aut seculum quando non erat, alienos nouit sancta ecclesia. Rursus igitur dicimus.

Si quis patrem & filium duos Deos dicit,

anathema sit. 1

Et si quis Deum Christum, ante secula filium Dei, ministrantem patri ad creationem vniuersorum, non confitetur, anathema sit. 2

Si quis ingenitum, aut partum eius ex Maria natum dicere præsumit, anathema sit. 3

Si quis secundum præsentiam ante Mariam dixerit filium esse, & non ante secula ex patre natum apud Deum esse, & per ipsum omnia facta, anathema sit. 4

Si quis substantiam Dei dilatari aut contrahi dixerit, anathema sit. 5

Si quis dilatatam substantiam Dei filium dixerit facere, aut dilatationem eius substantiæ filium nominauerit, anathema sit. 6

Si quis affectiuum, aut prolatiuum verbum dixerit Dei filium, anathema sit. 7

Si quis hominem solum dixerit filium, qui ex Maria est, anathema sit. 8

Si quis Deum & hominem ex Maria dicens, Deum ingenitum eundem intelligit, anathema sit. 9

Si quis illud quod scriptum est, Ego Deus: primus, & ego postea & præter me non est Deus, cum ad destructionem idolorũ & deorum non existentium dictum sit, ad destructionem magis vnigenti ante secula Dei, indaice percipit, anathema sit. 10 *Apoc. 22. Deut. 32. & Esaiæ 4 & 41.*

Si quis audiens, Verbum caro factum est, *Ioan. 1.*

verbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta suscepisse carnem, anathema sit. 11

Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem, aut passionem, aut conuersionem, aut mutationem aut peremptionem sustinuisse dicit, anathema sit. 12

Genes. 1. Si quis, quòd scriptum est, Faciamus hominem, non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse Deum, anathema sit. 13

Gen. 31. Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum aut patrem eius dixerit, anathema sit. 14

Gen. 19. Si quis illud quod scriptum est: Pluit dominus à domino, non de patre & filio perceperit, sed ipsum à semetipso pluere dixerit, anathema sit. Pluit enim dominus filius à domino patre. 15

Si quis audiens dominum patrem, aut filium dominum, & dominum patrem & filiũ, & dominus à domino, dicens duos asseruerit Deos, anathema sit. Non enim coaptamus *Ibidem.* filium patri, sed subditum nouimus. Neque enim descendit in corpus sine voluntate patris, neque pluit à semetipso, sed à domino, authoritatem videlicet præbente patre. Ne- *Psa. 109.* que sedet à dextris à semetipso, sed audit dicentem patrem: Sede à dextris meis. 16

Si

Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum vnam perſonam dicit, anathema ſit. 17

Si quis ſpiritum paracletum dicens, ingenitum aſſerit Deum, anathema ſit. 18

Si quis ſicuti docuit nos, non alium dicit paracletum præter filium, ait enim, & alium paracletum mittet vobis patur, quem rogabo ego, anathema ſit. 19

Si quis ſpiritum dicit patrem patris, aut filij, anathema ſit. 20

Si quis conſilio Dei tanquam vnam creaturam factum aſſerit filium Dei, anathema ſit. 21

Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum tres dicit Deos, anathema ſit. 22

Si quis nolente patre natum filium dixerit, anathema ſit, Non enim inuitus, & vim paſſus pater neceſſitate naturali, quaſi nolēs, genuit filium, ſed illico, vt voluit, etiam ſine tempore, & ſine paſſione ex ſemetipſo genuit eum. 23

Si quis ingenitum, & ſine principio dicit filium, tanquam duos ſine principio, & duo ingenita dicens & duos faciens Deos, anathema ſit. Caput enim eſt & principium omnium filius. Caput autem Chriſti, Deus. Sic enim ad vnum omnium principium quod eſt ſine principio, per filium piè omnia referuntur. 24

Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus. 25

Si quis Christum Deum, filium Dei ante secula, ministrantem patri ad omnem creationem non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium, & Christum esse vocatum, & initium accepisse vt Deus esset, anathema sit, sicut Samosatenus.

Decreta Liberij papæ.

a.d.354. Liberius papa 35.

Liberius natione Romanus, temporibus Constantij, filij Constantini magni sedit annos 6. menses tres. Deportatur in exilium à Constantio, eò quòd noluisset hæresi Arrianæ consentire, & fuit in exilio annos tres. Sacerdotes congregantes concilium, ordinauerunt in locum eius Episcopum Felicem presbyterum. Et fecit concilium Felix, & inuenit duos presbyteros cõsentientes Constantio Arriano, nomine Vrsatium & Valentem, & damnauit eos in concilio 48. episcoporum. Post paucos autem dies zelo ducti Vrsarius & Valens rogauerunt Constantium, vt reuocaret Liberium de exilio. Qui rediens habitauit in cœmeterio sanctæ Agnetis apud germanam Constantij Augusti. Reuocato Liberio. Constantius fecit concilium cum hæreticis, & eiecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus. Qui Felix depositus habitauit in prædiolo suo via Portuensi, vbi & requieuit in pace. Et reuocaui Liberium.

Liberium. Ab eo die fuit persecutio maxima in clero, ita vt intra ecclesiam presbyteri & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Ingressus autem Liberius in vrbem Romam, consensit Constantio hæretico. Propter hoc nonnulli putant hunc episcopum Romanum fuisse hæreticum, sed hoc leue argumentum est, vt tali nota inuratur Pontifex Christi. Primum ea historia quòd senserit cum Arrianis, à multis reuocatur in dubium.

Secundò, in epistola ad Athanasium & episcopos Ægypti in Alexandrina synodo congregatos, insectatur Arrianos, & gratulatur quòd episcopi Ægyptiorum permaneant in fide synodi Nicænæ.

Tertiò extat alia epistola vnicè catholica ad vniuersos episcopos, in qua cum eruditione & pietate exhortatur, vt nullus propter persecutiones suam relinquat ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi commisso laborare intendat. Hæc non cohærent cum priori opinione.

Sub hoc tempore emersit in Antiochia Syriæ alter hæresiarches, cognomento Ætius, id est sine Deo, vel sine causa. Is enim eadem quæ Arrius sapiebat, sed ab Arrianis se segregabat. Is nihil solidæ eruditionis habebat, sed veniẽtes ad se disputationibus sophisticis eludebat. Qui tunc Ætiani, nunc

Eunomiani vocantur, quoniam Eunomius notarius eius, eruditus ab illo editionem eius hæreticam diuulgauit. Habes hæc latius tripar. hist. li. 5. c. 13. & infra.

Hac tempestate fecerunt concilium hæretici Antiochiæ contra Athanasium, & alios catholicos. Fuit concilium prophanum, non catholicum.

Sub eodem Liberio Vrsatius & Valens hæretici fecere concilium in Nicæa ciuitate Thraciæ. Vbi statuentes sua dogmata, diuulgarent illam esse fidem quæ ab vniuersali concilio dictata esset & edita Nicææ: vt similitudine nominis Nicænæ vrbis simpliciores hac subreptione deciperentur. Putabant enim in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem, sed nihil profuit eis tale commentum. Paulò post nanque confusi ac derisi sunt.

Extat epistola Athanasij, & Ægyptiorum episcoporum ad Liberium de oppressionibus Arrianorum, missa ex concilio Alexandrino. Valde tunc opprimebantur episcopi, maximè apud orientem.

Extant decreta eiusdem Liberij Primum, in diebus ieiuniorum nullæ lites, nullæ contentiones esse debent sed in Dei laudibus, & opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt & qui debita à debitoribus exigunt, vt dominus per prophetam Esa. 58.

Ecce

Ecce in diebus ieiunij vestri &c. & debitores vestros expetitis, ecce ad lites & contentiones ieiunatis.

Secundum, abstinendum est in his 40. diebus sacratissimis à coniugibus, & caste & pie viuendum, vt sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ, quia penè nihil valet ieiunium quod coniugali opere polluitur & quòd orationes, vigiliæ & eleemosynæ non commendant.

Tertium, si euenerit fames, inæqualitas aëris, pestilentiæ, vel talis qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis, eleemosynis & obsecrationibus, domini misericordia deprecetur.

Decreta Felicis secundi Papæ.

Felix secundus Papa natione Romanus, sedit annum 5. menses tres. Hic declarauit Constantium filium Constantini hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi. Et pro hac declaratione ab eodem Constantio martyrio coronatur, & capite truncatur. Papa 36. sub Petro. *Anno. do. 370. Felix pont. 36.*

Extat epistola eius vna ad Athanasium, & alios episcopos Ægypti in Alexandrina synodo congregatos, distincta per 21. capitula.

CONCILIVM LAODICENVM infine Liberij papæ celebratum. Prouin-

ciale, sed confirmatum in sexta synodo generali quæ in Trullo celebrata est præsente Constantino.

Congregatum est dictum concilium in Laodicea circa annum domini 364. sub Papæ Liberij finalibus annis. De eodem autem concilio legitur in decretis d. 16. c. Sexta synodus Laodicem, in qua patres 22. statuerunt can. 59. quorum author maximè Theodosius episcopus extitit.

Sancta synodus quæ apud Laodiceã Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuersis prouinciis Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

Can. 1. De bigamis.

De eo quòd oportet secundum ecclesiasticum canonem eos qui liberè & legitimè secundis nuptiis iuncti sunt, nec occultam permissionem operati sunt, pauco tempore exẽpto, vacare orationibus & ieiuniis, secundum veniam reddi eis commuuionem.

Can. 2. De his qui peccatorum lapsus incurrunt.

26. q. 7. His qui.

His qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione & confessione, ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi, & ad commuio-

munionem sunt applicandi.

Can.3.De Neophytis.

Non oportet neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem.

Can.4.Quod non liceat coram catechumenis clericos fieri.

Non licere manus impositionem supor ordinandos præsentibus catechumenis fieri.

Can.5.Vt hi qui in sacrario seruiunt, vsuras non exigant.

Non licere fenerare ministris altaris,vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras vel lucra quæ sescupla dicuntur,accipere. *D.49. Non licet.*

Can.6.De hæreticis intrantibus in ecclesias.

Non concedendum hæreticis ingressum in domum Dei in hæresi permanentibus.

Can.7.De Nouatianis & Quartodecimanis.

Nouatianos,vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Tessarescædecatites appellant, id est, qui quartadecima luna primi mensis cum Iudæis Pascha celebrant,sed & catechumenos eorum fideles non recipi priusquam condemnent omnem hæresim in qua detinebantur. Pleniſsimè autem ante omnia,& nunc,quia apud eos fideles dicuntur,symbolum fidei doceantur. atque in vnctos etiam sancto chrismate diuino sacramento communicare conuenit.

Can.8.De cataphrygis ad ecclesiam venientibus.

Eos qui conuertuntur ab hæreſi quæ dicitur Cataphrygarum qui ſe in clero conſtitutos exiſtimant, quantuis magni dicantur, huiuſmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab eccleſiæ catholicæ epiſcopis & preſbyteris.

Can.9. De his qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt.

Non concedendum in cœmeteria, vel quæ martyria hæreticorũ dicũtur, catholicos orationis gratia & petendæ curationis intrare. Sed & qui ierint, ſi ſunt fideles, incommunicabiles factos ad pœnitentiam vſque ad aliquod tempus redigi. Pœnitentes autem eos, & erraſſe ſe confitentes ſuſcipi oportere.

Can. 10. De his qui cum hæreticis nuptiarum copula iunguntur.

Eos qui ad eccleſiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minimè ſociare debere.

Can.11. Non congruere presbyteras ordinare.

D.32. Mulieres quæ. Mulieres quæ apud græcos preſbyteræ appellantur, apud nos viduæ ſeniores vniuiræ, matricuriæ appellantur, in eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere.

Can.12. De epiſcopalibus ordinationibus.

D.61. Epiſcopum. Epiſcopũ non oportet præter iudiciũ metropolitanorum & finitimorum epiſcoporũ conſtitui ad eccleſiæ principatum. Nec eligantur niſi hi quos multò antè nota probabiliſque

bilísque vita commendat, & nihilominus si in sermone fidei, & recta operatione per suam conuersationem fuerint probati.

Can.13. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

De eo quòd non sit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi. *D.63. Non est permittendum.*

Can.14. Ad alias parochias, eulogias minime destinandas.

Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum, per festiuitatem Paschalem ad alias parochias mitti minime oportere.

Can.15. De psalmistis.

Non licere præter canonicos psaltes, id est qui regulariter cantores existũt, quique pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.

Can.16. Vt sanctum euangelium sabbatis legatur.

Sabbatis euangelia cum aliis scripturis legenda esse censemus.

Can.17. Psalmos sparsim non licere confundi.

In processionibus non cõnectere: id est ex diuersis versibus & sensibus libri vnum canticũ minimè cõiungere, sed singulorũ psalmorũ ordinabiliter debere fieri lectionem.

Can.18. De orationibus quotidianis.

De eo quòd semper supplicationes orationum, & ad horam nonam & vesperam oportet celebrari.

Can.19. De ordine orationum catechumenorum atque fidelium.

Quoniam catechumenos orationem separatim & prius prostratis eis episcopum oportet celebrare. Quibus egressis orent etiam hi qui in pœnitentia sunt constituti. Et post manus impositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, vna quidem, id est prima, per silentium, secunda verò & tertia per vocis pronunciationem, & tunc demum osculum pacis dari debere. Et postea quam presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, & tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

Can.20. De disciplina atque modestia clericorum.

d. 99. non oportet. Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyteri sedere. Similiter autem honorificetur & diaconus à ministris inferioribus & omnibus clericis.

Can.21. De ministerio subdiaconorum.

d.23. non oportet. Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium, siue sacrarium (quod Græci diaconicon appellant) ingredi, & contingere vasa dominica.

Can.22. De ministris vt orario non vtantur.

Mini-

Ministrum non oportet orario vti, nec ostia derelinquere. *D. 23. Ministrum.*

Can. 23. Non debere lectores cum orariis suum officium agere.

Quoniam non oportet lectores aut psalmistas orariis vti & sic legere aut psallere.

Can. 24. Quod nullus ecclesiasticorum in tabernu comedere debeat.

Quoniam non oportet clericos seruientes à presbyteris vsque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas aut ostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentiæ sunt, tabernas intrare. *Dist. 44. Non oportet.*

Can. 25. Quod non liceat ministris panem dare, aut calicem benedicere.

Non oportet diaconum panem dare, nec calicem benedicere. *d. 93. non oportet.*

Can. 26. De exorcistis.

Non oportet exorizare eos qui necdum ab episcopi sunt prouecti, neque in ecclesiis neque intra domos. *d. 69. non oportet.*

Can. 27. Non debere clericos vel laicos ad Agapen vocatos partes tollere.

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos aut laicos ad Agapen vocatos, partes collere propter iniuria quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari. *d. 42. non oportet.*

Can. 28. In ecclesiis prandio fieri non debere.

D. 42. Non oportet in basilicis seu ecclesiis Agapen facere,& intus manducare,vel accubitus sternere.

Non oportet in basilicis.

Can. 29. Non debere Christianos sabbatizare.

Non oportet Christianos iudaizare, & in sabbato vacare sed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet,vacent tanquam Christiani. Quòd si inuenti fuerint iudaizare anathema sint.

Can. 30. De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.

D. 81. Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus lauacra habere communia. Est enim apud Gentiles prima reprehensio.

Non oportet.

Can. 31. De cauendis hæreticorum connubiis.

Quoniam non oportet cum hæreticis cõmiscere connubia, vel filios & filias dare,sed potius accipere,si tamen profiteantur Christianos se futuros esse & catholicos.

Can. 32. Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

2. q. 1. Non oportet. Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt quoniam benedictiones.

Can.

Ca.33. De schismaticis.

Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare.

Ca.34. De martyribus hæreticorum.

Non oportet omnino Christianum derelictis martyrib⁹ Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni à Deo sunt. Quicunq; autem abire voluerint, anathema sint.

Ca.35. De his qui angulos colunt.

Non oportet Christianos, derelicta ecclesia abire, & ad angulos idololatriæ abominandæ congregationes facere: quæ oĩa interdicta sunt. Quicũq; autem inuentus fuerit occultæ huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniã derelinquens dominum nostrum Iesum Christum filium Dei accessit ad idola.

Ca.36. De his qui incantationibus vtuntur.

Quoniam nõ oportet ministros altaris, aut clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus rebus vtuntur, proiici ab ecclesia iussimus. *29 q.5. Non oportet.*

Ca.37. De his qui ab hæreticis dona feriatica suscipiunt.

Quoniam non oportet à Iudæis, vel hæreticis feriatica quæ mittuntur accipere, nec cum eis dies agere feriatos.

Ca.38. De christianis quæ Iudæorum azyma comedunt.

Non oportet à Iudæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.

Can.39. Non licere cum paganis festa celebrare.

d.18.non oportet. Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

Can.40. Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere.

Non oportet vocatos episcopos ad synodum contemnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad ecclesiæ cæterorúmque correctionem vtilia. Quòd si contempserit seipsum videtur accusasse, nisi forte pro infirmitate ire non possit.

Can.41. Non debere clericum sine epistolis peregrinari.

De consec. dist. 5. non oportet. Nõ oportet ministrũ altaris vel ẽt laicũ sine canonicis literis, i. formata alicubi proficisci.

Can.42. Nullum clericum debere sine episcopi sui iussione peregrinari.

Nõ oportere ministrum altaris, vel quemlibet clericum præter iussionem episcopi ad peregrinandum proficisci.

Can.43. Vt subdiaconi ad ostia perseverent.

Nõ oportet ministros, i. ostiarios, vel breui tempore ab ostiis deesse, & orationi vacare.

Can.44. Vt ad sacrarium mulieres non introeant.

Non oportet mulieres ingrediad altare.

Can.45. De his qui circa mediam quadragesimam ad baptisma veniunt.

Nõ oportet post duas hebdomadas quadrage-

simæ

gesimæ quenquam ad baptismum suscipi.

Ca.46. De redditione fidei baptizandorum.

Baptizandos oportet fidei symbolum di- *De consec. d.4. Baptizandos.*
scere, & quinta feria vltimæ septimanæ vel episcopo vel presbytero reddere.

Ca.47. De his qui in ægritudine baptizantur.

Qui in ægritudine constituti baptismum perceperant, facti sani fidei symbolum doceantur, vt nouerint qua donatione digni sunt habiti.

Ca.48. Vt post baptisma Chrisma detur.

Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere, & cælestis regni participes fieri.

Ca.49. Oblationes offerri in quadragesima non oportere.

Non oportet in quadragesima panem offerri, nisi sabbato & dominica tantum.

Ca.50. Non licere quinta feria septimanæ maioris ieiunium solui.

Non oportet in quadragesimæ quinta fe- *De consec. d.3. non oportet.*
ria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimã inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ cõuenientibus, id est aridioribus vti.

Ca.51. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.

Non oportet in quadragesima martyrum *21.q.4. Non licet.*
natalitia celebrari, sed eorum in sabbato & dominica tantum memoriam fieri.

Ca.52. Non licere nuptias fieri in quadrageſima.

13.q.4.Non oportet. Non oportet in quadrageſima aut nuptias, vel quælibet natalitia celebrare.

Ca.53.Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptijs.

Non oportet Chriſtianos ad nuptias euntes vel balare, vel ſaltare, ſed caſtè cœnare vel prandere, ſicut competit Chriſtianis.

Ca.54.Non licere clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.

De conſec. d.5. non oportet. Non oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in ſcenis exhibentur intereſſe, ſed antequam Thymelici ingrediantur, ſurgere eos de conuiuio, & abire debere.

Ca.55.Non congruere Chriſtianis comeſſationibus intereſſe.

d.44.non oportet. Non oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos vel etiã laicos Chriſtianos ex ſymbolis (quæ vulgus commiſſalia appellat) conuiuia celebrare.

Ca.56.Non licere presbyteris ante ingreſſum epiſcopi introire ad altare.

d. 95. non oportet. Non oportet preſbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi eccleſiam, & ſedere in tribunalibus, ſed cum epiſcopo ingredi: niſi forte aut ægrotet epiſcopus aut in peregrinationis commodo eum abeſſe conſtiterit.

Ca. 57. Qui in agris vel poſſeßionibus debeant ordinari.

Non

Non debere in villis & vicis episcopos ordinari, sed visitatores, i. qui circumeant cõstitui. His autem qui ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine pręcepto & cõsilio episcopi agant. *d. 80. non debere.*

Ca 58. Oblationes offerri in domibus nõ oportere.

Non oportet in domibus oblationes ab episcopis siue presbyteris fieri.

Ca. 59. Quæ psallere vel legere in ecclesia conueniat.

Non oportet ab idiotis Psalmos cõpositos & vulgares in ecclesiis dici, neq; libros qui sunt extra canonẽ legere, nisi solos canonicos noui & veteris testaměti. Quæ autẽ oporteat legi, & in authoritatem recipi, hæc sunt. Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Iesu naue, Iudiciũ, Ruth, Regnorũ lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Esdræ, Liber Psalmorũ nu. 150. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorũ, Iob, Esther, 12. Prophetarũ lib. i. Osee, & Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michæas, Naũ, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui testamenti, i. Euangeliũ secundũ Matthæũ, secundum Marcũ, secundũ Lucã, secundũ Ioannẽ, Actus Apostolorũ, Canonicæ epist. 7. Iacobi vna, Petri 2. Ioannis 3. Iudæ vna Epistolæ Pauli

apostoli nu. 14. ad Roma. ad Cor. 2. ad Galatas, ad Ephes. ad Philipp. vna, ad Colos. vna, ad Thessalonicenses duæ, ad Timoth. duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

Decreta Damasi 1. papæ.

a. d. 371. Damasus pōt. 37. Hic chorum instituit.

Damasus natione Hispanus, sedit annos 18. menses 3. dies 11. temporibus Iuliani. Hic constituit vt Psalmi die noctúq; canerentur per omnes ecclesias. Hoc præcepit episcopis, presbyteris & monasteriis. Habes de eo hist. eccl. lib. 11. ca. 10. & de seditione facta contra illum per Vrsinum eiusdem & ecclesiæ diaconum, qui voluit fieri episcopus collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu. Ex quo facto tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus, populis, vt replerētur humano sanguine orationum loca, sed post electus est Vrsinus ab vrbe.

Damasius vitas pontificum qui ante se fuere conscripsit. Primus etiam Hieronymi scriptis authoritatem dedit, cum prius 70. interpretum scripta tātummodo in pretio essent.

Extat epistola Damasi ad Paulinum Antiochenum episcopum: per quam instruit illum in duobus. Primū quòd integrum hominem susceperit Christus sine peccato. Secundum, quòd vnus sit Christus ante secula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

Extat eiusdem professio quædam fidei catholicæ ad eundē Paulinum sub hac forma.

Ana

Anathematizamus omnes qui non tota libertate p̄clamant, spiritum sanctum cum patre & filio vnius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellij sequuntur errorem: eundem dicentes patrem esse quem & filium. Anathematizamus Arrium, atque Eunomium, qui pari impietate (licet sermone dissimili) filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij stirpe venientes non perfidiam mutauerunt sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim instaurat, qui dñm Iesum Christū tm̄ ex Maria virgine cōfitet̄. Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, vnū ante secula, & alterū post assūptionē carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro hoīs anima rationali & intelligibili dicūt Dei verbū in humana carne versatū, cū ipse filius sit verbū Dei, & non pro aīa rōnali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostrā. i. rōnalē & intelligibilē sine peccato aīam susceperit, atque saluauerit. Anathematizamus eos q̄ verbū Dei filiū extēsione aut collectione, & à patre separatū insubstantiuū, & finē habitu: um esse contendunt.

Extat epistola eiusdem ad Stephanū archiepiscopum, & ad tria cōcilia Aphricæ, q̄ eōrum iudicia, & maiores causæ non nisi authoritate sedis Apostolicæ sunt terminandæ.

Extat epistola 4. Damasi, qua interrogatus De Chorepiscopis, an aliquid essent in ecclesia, vel nihil, & quam haberent in ecclesia authoritatem, respondit, Eos nihil esse in ecclesia, nec aliquam habere authoritatem, sed eorum institutionem improbam, & nimis prauam, atque sacris canonibus contrariam, atque ad totius ecclesiæ perturbationem. Ideo definiuit vanũ esse & inane quicquid in prædicto sacerdotij summi egerunt ministerio, hiscéque de causis prohibitos esse & à sacra sede, & à totius orbis episcopis.

In concilio Neocæsariensi, c. 13. & in concilio Antiochemo c. 10.

Fuerũt in ecclesia primitiua quidã vocati Chorepi, visi tunc necessarij propter studiũ quod erga pauperes exigebãt, qui cũ ex cõsecratione sua nihil essent q̃ presbyteri, tentarunt exercere ministeria episcopalia, cõsecrare subdiaconos & diaconos, & virgines, erigere altaria vngere & sacrare, & ecclesias dedicare, quæ sunt ꝓpria ministeria eporum. Hos damnauit ecclesia, & reiecit ab eo gradu ad quẽ ambitione sua ascenderant: tantũ cõcessit eis vt inter sacerdotes locum haberent, & ministerio presbyterorum essent cõtenti: quoniam ecclesia non nouit inter discipulos Domini, nisi duos ordines, scilicet duodecim apostolorũ & 70. discipulorũ, vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus. De his d. 78. Chorepiscopi tam ab hac, &c.

In eadẽ epistola cõtra episcopos qui ꝓpter suam

ſuam quietem Chorepiſcopis plebes ſuas cõmittere non formidabant: quos in hunc modum damnat. Primum quod curã ſibi à Deo commiſſam negligant, cum dominus dicat: Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouib⁹ ſuis, mercenarius autem videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit, &c. Secundò illi epiſcopi qui talia præſumunt, videntur (ait) mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt, infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeant. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines exepleant, i. pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Nõ taliter Dominis docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed, ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragãt, & ipſi proprios manipulos domino repræſentent. Nã ipſe ouẽ ꝑditã diligenter ꝙſi uit, ipſe inuenit, ipſe ꝓpriis humeris reporta uit, nóſq; id ipſum facere ꝑdocuit. Si ipſe ꝓ ouibus tãtã curã habuit, ꝙd nos miſeri dicturi ſumus, ꝙ ẽt ꝓ ouibus nobis commiſſis curã inpendere negligimus, & aliis eas educãdas tradimus? Corrigant hęc (fratres) neceſſe eſt,

Ioan. 10.

quia plus laborat maiorē mercedē accipiet.

Gen.13. Tertiò audiant quid beatus Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixerit socero suo, Viginti annis fui tecū, oues tuæ & capræ sterileſ nō fuerūt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam & quicquid furto perierat, à me exigebas: die noctúque æstu vrgebat & gelu fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat & vigilat qui pascit oues Laban, quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere qui pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat qui pro suis

Ioan.10. ouibus dedit: animam, &c.

Idem Damasus in epistola quinta notat ꝙ in concilio Romano per epos 90. ex Italia & Gallia congregatos celebrato, professi sunt eandem fidem quam tradiderant patres in concilio Nicæno: & damnarunt quod in concilio quodam Ariminensi tradiderant episcopi quidam hæretici ibi congregati.

CONCILIVM CONSTANtinopolitanum centū quinquaginta patrum, contra Macedonium epm Constantinopolitanū, qui negabat spiritum sanctū Deū esse. Celebratū temporibus Gratiani & Theodosij principum Damasi papę & Cyrilli Hierosolymitani. Est vnum ex quatuor principalibus conciliis, & quidem proximum post Nicænum. Statuerunt aliquos canones. Editum

est

est, & symbolum fidei in nullo diuersum ab eo quod nunc publicè canitur in ecclesia: nisi quòd tantum dixerint spiritum sanctum ex patre procedentem, suppressa persona filij. Subscripserunt 150. episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Can. 1. Vt ea quæ apud Nicæam statuta sunt, immota permaneant.

Custodiendam esse fidem 318. patrum qui apud Nicæam Bythyniæ conuenerunt ad anathematizandam omnem hæresim, specialiter Eunomianorum & Arrianorum & Macedonianorum, & Phorinianorum, & Apollinianorum.

Can. 2. Vt episcopi suam diœcesim gubernent, nec ad alias accedant.

Episcopi qui extra diœcesim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos earum sunt, non accedant, neq; confundant & permisceant ecclesias secundũ regulas constitutas. Alexandriæ quidem episcopi solius Orientis curam gerant seruatis honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ qui in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent gubernent. Ponti autem episcopi, Ponticæ tantum diœcesis habeant curam. Thraciæ verò ipsius tantummodo Thraciæ. 9. q. 2. Episcopi qui extra diæ.

Can. 3. Non inuitatos episcopos vltra diœcesim propriam accedere non debere.

9.q.2. Non inuitati episcopi. Nicænæ synodi.c.5.

Nõ inuitati episcopi, vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula quæ suprascripta est de vna quaque diœcesi. Manifestum namque est q̃ per singulas quasque prouincias, prouincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.

Ca.4. De ecclesiis apud Barbaros positis.

Ecclesias autem Dei quę sunt in Barbaricis gentibus constitutæ, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quam à patribus obtinuisse dignoscitur.

Ca.5. De honore Constantinopolitani episcopi.

d.22. Constantinopolitanæ ciuitatis.

Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorẽ post Romanũ episcopum, propter q̃ sit noua Roma.

Ca.6. De Maximo Cynico philosopho.

De Maximo Cynico & eiꝰ inordinata cõstitutione quæ Constantinopoli facta est, placuit neque Maximũ episcopũ esse, nec eos q̃ ab ipso in quolibet gradu clerici sunt ordinati, cum omnia quæ ab eodem perpetrata sunt, in irritum deducta esse videantur.

Ca.7. De fide symboli apud Constantinopolim constituti.

Credimus in vnũ Deũ patrem omnipotentẽ, factorẽ cœli & terræ, visibiliũ omniũ & inuisibiliũ cõditorẽ. Et in vnum dominum Iesum

Iesum Christum filiũ Dei vnigenitũ, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo vero, Natum non factum, Homousion patri, hoc est eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quę in cælo, & quę in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Homo factus, passus est sub Pontio Pilato ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, inde venturus est cũ gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificatorem, ex patre procedentẽ, cum patre & filio adorandum & cõglorificandum, qui locutus est per prophetas. Et vnam catholicam & apostolicã ecclesiã. Cõfitemur vnum baptisma in remissionẽ peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

Hæc in synodo Constantinop. generali.

CONSILIVM VALENTINVM prouinciale sub Damaso 1. papa celebratũ Cõuenerunt 30. epi. Era. 413. sub Gratiano & Valẽtiniano Imperatoribus. Ediderunt canones 4. ex quib⁹ subticuimus primũ & subiecim⁹ tres sequentes, quorũ tenor est.

Ca. 2. *De puellis quæ se Deo vouerunt.*

De puellis verò quæ se Deo vouerunt, &

præclari nominis decore floruerunt si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt pœnitentia his non statim detur, & cum data fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo, inquantum ratio popoſcerit, eisdem communio differatur.

Ca. 3. De his qui post sanctum lauacrum sacrificijs dæmonum se polluerunt.

Circa eorum verò personas qui post se vnum & sanctum lauacrum vel prophanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lauatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse seruandam, vt his iuxta synodum Nicænam, satisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lachrymis vel solatij ianua desperatione claudatur, acturi verò pœnitentiam vsque in diem mortis: non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebit qui eius largitatem & solus obtinet, & tam diues misericordia est, vt nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

Nicæna synodo. c. 11.

Ca. 4. Vt sacerdos deponatur, si de se crimen confitetur.

Nec illud fratres scribere alienum ab ecclesię vtilitate censuimus, vt sciretis, quicunque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterij vel episcopatus mortal crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationibus submouendos, reos, s. vel veri cõfessione vel

vel mendacio falsitatis. Neque enim absolui potest is qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida est. Diuina pietas vos in æternum custodiat dilectissimi fratres.

Explicit concilium Valentinum Galliæ.

Decreta Siricij papæ.

Siricius natione Romanus, sedit annos 15. menses 11. dies 25. fuit tẽporibus Valentiniani & Valentis Augustorum. Huius temporibus fuit Hilarius Pictauorum episcopus, qui contra Arrianos duodecim libros scripsit. Isidorus tunc in pretio erat. *a.d.389. Siricius pont.38.*

Extat epistola Siricij papæ, prima ad Himerium Tarraconem episcopum, quæ sic incipit: Siricius Himerio Tarracon. episcopo salutem, &c. Estque distributa in 15. capita, quorum argumenta placuit hoc loco referre.

De Arrianis non rebaptizandis. 1
Vt præter quam in Pascha & Pentecoste, baptismus non celebretur. 2
De Apostatis ab ecclesia separandis. 3
Quòd non liceat alterius sponsam in matrimonij iura sortiri. 4
De his qui acceptam pœnitentiam minimè seruauerunt. 5
De monachis & virginibus propositum non seruantibus. 6
De clericis vel ministris incontinentibus. 7

Quales debeant ad clericatus officium peruenire. 8
De clericorum conuersatione. 9
De his qui grandęui ad sacram militiam conuertuntur. 10
De clericis qui ad secundas nuptias transeũt, vt deponantur. 11
Quæ fœminæ cũ clericis debeant habitare. 12
De monachorum promotione ad clerum. 13
Quòd pœnitens non fiat clericus. 14
De pœnitentibus vel bigamis, vel viduarum maritis, vt non permittantur ad ordinem clericatus admitti. 15

Item eiusdem secũda ad ecclesiam Mediolanensem, qua damnat Iouinianum hęreticum, & præcipit illum & socios eius ab ecclesiæ vnitate remouendos. Contra hunc scripsit diuus Hieronymus. Extat epistola eiusdem tertia ad vniuersos orthodoxos in qua tria seruanda docet, & mandat. Primum, vt nullus indignus efficiatur episcopus. Secundum, vt ignotis sacerdotium non detur. Tertium, vt neophyti vel laici sacerdotes non fiant.

CONSILIVM TOLETANSE. prouinciale, sub Siricio papa contra Iouinianum & socios eius. Lectæ & recensitæ sunt literæ Siricij papæ, & concilium rescripsit ad Siricium papam. Hæc tantum acta sunt in hac synodo.

Epistolam Siricij quartam, & rescriptũ episcopo

scoporum ad eundem (veluti lectione dignũ) hic subiecimus, ẽt si compendij legem transisse videmur.

Epistola Siricij Papæ quarta.

Dilectissimis fratribus, & coepiscopis per Aphricam, Siricius. Cum in vnum plurimi fratres conuenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, placuerítque propter emergentes plurimas causas quæ in aliquantis nõ erant causæ, sed crimina, vt de cætero solicitudo esset vnicuique sacerdoti in ecclesia sua curã huiusmodi habere (sicuti Apostolus prædicat Paulus) talem Deo ecclesiam exhibendam non habentem *Ephes. 5.* maculam aut rugam, ne per alicuius morbidæ ouis afflatum cõscientia nostra contaminata videretur, hac de re meliore consilio id sedit, propter eos maximè qui in præsenti valetudine corporis, aut fessæ ætatis causa, adesse minime potuerũt, quo perpetuo istiusmodi forma seruetur, literas tales dare placuit, nõ quod noua præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per ignauiã desidiámque aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ tamẽ apostolica & patrum cõstitutione sunt cõstituta. Scriptũ est: State, & tenete traditio- *2. Thess. 2.* nes nostras siue per verbũ, siue per epistolã. Illud certe vestram debet mentem dilectissimi fratres vehemẽtius excitare, vt ab omni labe

seculi istius immunes ante Dei conspectum securique veniamus. Non enim erimus immunes, qui præsumus plebibus, cum scriptū
Lucæ 12. sit, Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimus præstare rationem populum in disciplina dei fica & humili erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli qui statuta maiorum contemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua violarunt, voluptatem populi sequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo ne pari more silentio conniuere, atque adhibere cōsensum talibus videamur, vnde gehēnæ pœ-
Psal. 49. nas possimus incurrere, dicente domino: Furem videbas, & currebas cum eo & cum adulteris portionem tuam ponebas. Hęc sunt quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Primum, vt extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est primatis nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia confirmatur.

Nicænæ synodi. c. 4. Ne vnus episcopus episcopū ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtiuū beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum. 2

Item, si quis post remissionem peccatorū cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet. 3

Vt mulierē. i. viduā, cleric⁹ nō ducat vxorē. 4

Vt is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. 5

Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet. 6

Vt abiectũ clericũ alia eccle. nõ admittat. 7

Vt venientes à Nouatianis, vel Montensibus, per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant. 8

Præterea quod dignum & pudicum & honestum est suademus, vt sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios nanque sic Paũlus scribit, dicens, Abstinete vos vt vacetis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur vt possint deprecantes audiri, quinto magis sacerdos vtique omni momento paratus esse debet munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscẽtia, quid faciet? Excusabitur? Quo pudore qua mente vsurpabitur? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit? cum dictum sit Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Qua de re, hortor, moneo, rogo tollatur hoc opprobriũ, quod potest iure etiam gentilitas accusare. Forte creditur, quia scriptum est: Vnius vxoris virum, Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam

1. Cor. 7.

Ad Timoth. 1.

1. Tim. 3.

1. Cor. 7. futuram. Neque enim integros non admisit,
Roma. 8. qui ait: vellem autem omnes homines sic esse sicuti & ego. Et apertius declarat dicens: Qui, autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

Hæc itaque (fratres) si plena vigilãtia fuerint ab omnibus obseruata cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuiendi, manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur, charitas spiritali feruore flagrabit, pax prædicata labiis, cum voluntate concordabit. Pax vtique Dei nostri saluatoris, quã proximus passioni seruandã esse præcepit, & hæreditario eã nobis iure dereliquit dicens. Pacẽ do vobis, pacẽ relinquo vobis. Et
Ioan. 4. dictum Apostoli, vt vnanimes vnũ sentiẽtes,
Phil. 2. permaneamus in Christo, nihil per contenRom. 2. tionem nobis, neque per inanem gloriã vindicantes, nec hominibus, sed Deo nostro saluatori placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire custodiet dominus corpora nostra & animas nostras in die qua redditurus est vnicuique iuxta opera sua. Si quis sanè inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, sciat se & à nostra communione seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet, talibus oportet labentibus manum porrigere. qui sic cur-

rentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ in concilio episcoporum octoginta, sub die octauo Idus Ianuarij, post cõsulatum Arcadij Augusti & Bautonis viris clarissimis consulibus.

Rescriptum episcoporum ad Siricium Papam. Dilectissimo domino fratri Siricio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & cæteri. Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi ianuam serues, & pia solitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues domini audiant & sequãtur. Et ideo, quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendis, & occurris (quasi prouidus pastor) ne isti morsibus perfidiæ suæ feralíque vlulatu dominicũ ouile dispergant. Laudamus hoc domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporum rabiem grex domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationũ inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundẽt tituli præmiorũ. Simulant se isti condonare coniugio. Sed quę potest laus esse coniugij si nulla virginitatis est gloria? Neqs

verò nos negamus sanctificatum à Christo
Gen.2. esse coniugium, diuina voce dicente; Erunt ambo in vna carne & in vno spiritu, sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti, multóque præstantius diuini operis mysterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo. Qui matrimonio
1.Cor.7. iungit, benefacit, & qui non iũgit, melius fa-
Ibidem. cit. Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanæ: sed melior virginitas, per quam regni cælestis hæreditas acquisita, & cælestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit. Denique speciale sibi donum virginitatis Christus elegit & integritatis munus exhibuit, atque in se re præsentauit, quod elegit in matre. Quanta amentia funestorum latratuum, vt iidẽ dicerẽt Christum ex virgine nõ potuisse gñrari, qui asserũt, ex muliere, editis humanorũ pignorũ partubus, vigines permanere? Aliis præstat ergo Christus, quod sibi (vt dicunt) præstare non potuit; Ille verò carnẽ sic suscepit, & homo factus est, vt hominem redimeret, atque
Ipsa.32. à morte reuocaret: inusitato tñ quasi Deus itinere venit in terras, vt quemadmodum dixe-

rat,

rat, Ecce, facio omnia noua, partu immaculatæ virginis nasceretur, & (sicut scriptum est) crederetur nobiscum Deus. Sed de via peruersitatis produntur dicere, Virgo concepit, *Esaiæ 42.* sed non virgo generauit. Potuit ergo virgo *Matth. 1.* concipere, non potuit virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi; credatur monitis angelorum dicentium, Quia non est impos- *Luc. 1.* sibile apud Deum omne verbum. Credatur symbolo Apostolorum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeli, & quæ dixerat ante, Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, Respondit postea: Ecce ancilla domini, contingat mihi secundum verbum tuum. Hæc est virgo quæ in vtero cõcepit, virgóque peperit filiũ. Sic enim scriptum est: Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariat filium. Nõ enim concepturã tantũmodo virginẽ, sed paiturã virginẽ dixit. Quæ autẽ *Ezech. 44.* est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad Orientẽ, quæ manet clausa, & nemo (inqt) pertransibit per eã, sed solꝰ Deus Israel trãsibit per eam? Nónne hæc porta Maria est, per *Matt. 3.* quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc est porta iustitiæ, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem iustitiam. Hæc porta *Ezec. 44.* est Maria, de qua scriptum est: Quia domi-

mus pertranſibit per eam,& erit clauſa poſt partum, quia & virgo concepit & genuit.

Pſa.123. Quid autem incredibile ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet,quando contra vſum naturæ mare vidit & fugit, atque in fontem ſuum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem

Exod.17. quod virgo peperit, quando legimus quòd

Exod.14. Petra vomuit aquas,& in muri ſpeciem ma-

Exod.17. ris vnda ſolidata eſt. Non excedit fidem quod

4.Reg.6. homo exiuit de virgine,quando petra fontē

Matt.14. profluum ſcaturiuit, ferrum ſuper aquas natauit, ambulauit homo ſuper aquas. Ergo ſi hominem vnda portauit, non potuit hominē virgo generare, atque hominem de quo le-

Eſaiæ 19. gimus, Et mittet illis dominus hominem qui ſaluos faciet eos, & notus erit dominus

Exod.14. Ægyptiis? In veteri itaque teſtamento virga Hebræorum per mare duxit exercitum in nouo teſtamento,virgo regis aula cæleſtis electa eſt ad ſalutem. Quid autem? Etiam viduitatis adtexamus præconia, cum in euangelio

Lucæ 2. poſt virginis celeberrimum partum Anna vidua ſubrogetur, quæ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & hæc vidua erat annorum 84. quæ non diſcedebat de tēplo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte. Meritò ab illis viduitas deſpicitur quæ ſolet obſeruare ieiunia, quibus ſe dolent iſti aliquo tempore eſſe merceratos, & propriam vlciſcuntur iniuriam, quo-

tidianis quoque conuiuis, vsúque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi se suo ore condemnent. Sed & metuunt ne in istis illud ieiunium reputaretur. Eligãt quod volunt. Si aliquando ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam. Si nunquam, suam ergo ipsi intemperantiam & luxuriam confiteantur. Et ideo dicunt Paulum luxuriæ magistrum fuisse. Atquis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, atque ieiuniis multis se debitam Christo obseruantiam detulisse memorauit, non vt se suáque laudaret, sed vt nos quid sequeremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait, Quid adhuc velut viuentes, in hoc mundo decernitis, Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis? quæ sunt omnia in corruptelam? qui ait, Non in indulgentia corporis, nõ in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non in desideriis erroris, sed in spiritu quo renouamur, esse viuendum. Si parum est quod Apostolus dixit, audiãt prophetam dicentem: Et operui in ieiunio animam meam. Ergo qui non ieiunat, in tectus & nudus est, patet vulneri. Denique si Adam se texisset in ieiunio, non fuisset nudus effectus. Niniue se à morte ieiunio liberauit. Et ipse dominus ait: Nõ eiicient hoc genꝰ nisi p

1. Cor. 9.

Col.

Ib idem.

Ephe. 4.
Psal. 68.

Gene. 3.
Matt. 17.
& Mar. 9.

orationē & ieiuniū. Sed quid plura apud magistrū atq; doctorem? eū iā dignu pretū retulerint illi perfidię suę, qui ideo huc venerunt, ne supereſſet locus in quo non damnarētur, qui verè se Manichæos probauerut, nō credentes quia ex virgine vtique venisse credit. Quænam hæc est suppar nouorū Iudæorum amentia? Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse, ergo in phantasmate visus, cum in phātasmate crucifixꝰ est? Sed nobis in veritate crucifixus est. In veritate redemptor est noster. Manichęus est qui abnegat veritatē, qui carnē Christi negat, & ideo non est illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum, quam & clemētissimus execratus est Imperator, & omnes qui illos viderunt. quasi quædam contagia refugerunt: sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescens, Leopardus & Alexander, sancto feruentes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex vrbe profugos reliquerunt. Itaque Iouinianum Germinatorē, Felicem, Plotinum, Genialem, Martialem, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumē te & florētissimū Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater. Itē subscriptio, Ego Euentus episcopus saluto sanctitatem tuam in domino, & huic epistolæ subscripsi

scripsi, Maximus episcopus, Felix episcopus, Bassianus episcopus, Theodolus episcopus: ex iussu domini episcop. Geminiani, ipso pręsente, Aprus presbyter, Eutasius episcopus, Constantinus episcopus. Eustasius episcopus, eo omnes ordine suscripserunt.

CONCILIVM CARTHAGIN. secundum, habitum Era. 428. Circa tempora Siricij Papæ. Prouinciale, sed confirmatum in 6. synodo generali in Trullo celebrata.

Can. Primum.

Vt trinitas & credatur & prædicetur.

Ca. 2. Vt castitas à sacerdotibus custodiatur.

Ita placuit & condecet sacrosanctos Antistites & dei sacerdotes, necnon & leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet vt episcopi, presbyteri & diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab vxoribus se abstineant.

D. 84. Cum in præterito & d. 31. Episcopos.

Ca. 3. Vt chrisma à presbyteris non fiat.

Vt chrisma & consecratio puellarum, & reconciliatio pœnitentium à presbyteris non fiant. Causa. 26. q. 6. Si iubet sanctitas.

Ca.4.Vt presbyter iussus ab episcopo suo pœnitentem reconciliet.

Placuit vniuersis episcopus vt presbyter periclitantem pœnitentem,de pręcepto episcopi absentis reconciliet.Causa 26.q.6. Aurelius episcopus.

Can.5.De dioeceſibus.

Placet vt dicœceses, quæ nunquam episcopos acceperunt,non habeant, &illa dicœcesis quæ aliquando habuit,habeat propriumepiscopum.Causa 16.q.1.Felix.

Ca.6.De his qui non debent clericos accuſare.

Placet vt qui aliquibus sceleribus irretitus est,vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi.

Ca.7.Vt nemo excommunicatũ alterius ſuſcipiat.

Placet vt qui merito facinorũ suorũ ab ecclesia pulsi sũt,si ab aliquo episcopo vel presbytero vel clerico fuerint in communione susceptí, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius.Causa 11.q.3.Qui merito.

Ca.8.Vt ſi presbyter excommunicatus ſacrificauerit,anathematizetur.

2.q.3. Si presbyter. Placet vt si presbyter excommunicatus, aut correctus à suo episcopo sacrificare præsumpserit,anathematizetur.

Ca.9.Ne presbyter inconſulto episcopo celebret.

Quisquis presbyter præsente & incõsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

Ca.

Can.10.Quod debeant iudicare sacerdotem.

Placet vt causa criminalis episcopi à 12. episcopis audiatur, causa presbyteri à sex, causa verò diaconi à tribus cum proprio episcopo. Causa. 15.q.7. Felix & 3.q.9. Suggero secundum statuta.

Can.11.Vt nullus parochiam alienam præsumat inuadere.

Placet secundum diuinæ legis & sancti euangelij authoritatem, vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

Can.12.Vt nullus ordinetur episcopus sine consultu metropolitani.

Placet omnibus vt inconsulto primate cuiuslibet prouinciæ nemo præsumat, licet cum multis episcopis in quocunque loco sine eius præcepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi in quocunque loco sint, cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum. *1. dist. 1. Placet omnibus.*

Ca.13.Vt nemo contra subscriptionem veniat.

Genadius episcopus præses concilij dixit: Oĩa ergo quæ à vestro cœtu statuta sunt, placet ab omnibus custodiri. Et qui contra suam professionẽ vel subscriptionẽ venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Et subscripserunt omnes. Explicit concilium Carthaginen.2.

CONSILIVM CARTHAGIN. tertium Prouinciale, confirmatum in 6. synodo generali in Trullo celebrata.

Can.1. Vt episcopi prouinciales de paſcha consulant primatem suum.

Placuit ergo in principio propter errorē qui sæpe solet oboriri, vt omnes Aphricanæ prouinciæ episcopi obseruationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi curent accipere.

Can.2. Vt per singulos annos concilium fiat.

Similiter placuit vt propter causas ecclesiasticas quæ ad perniciem plebis sæpe verasciunt, singulis quibusque annis conciliū cōuocetur. Ad quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habent, de conciliis suis binos, aut quantos elegerint, episcopos mittant, vt & minus inuidiosi, minúsque hospitibus sumtuosi existant, vt congregato conuentu plena possit esse aurhoritas. De Tripoli autem propter inopiam episcoporum vnus episcopus veniat.

Can.3. Vt episcopus canones agnoscat.

Dist.38. Placuit. Item placuit vt ordinādis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorū auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij feciſſe pœniteat.

Ca.4. Vt diaconi ante 25. annos non consecrentur.

Dist.77. Placuit. & 20.q. 1. Placuit. Item placuit vt ante 25. annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent.

Ca.5. Vt sacramentū catechumenis nō præbeatur.

Itē placuit vt p. solēniſſimos paschales dies sacramentum cathecumenis non detur, niſi soli

solitum sal: quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

Can. 6. Ne liceat mortuis baptismum nec eucharistiam dare.

Item placuit vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim à domino, Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere possunt nec edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrū infirmitas credat, quibus nec eucharistiam dari licitum est. *Can. 7.*

Episcopus accusatus, quo loco & quo tempore sit examinandus. *Can. 8.* *4. q. 45. quisquis.*

Qui sunt qui debent audire accusationes diaconorum, 15. q. 7. Si autem presbyteri vel diaconi. *Can. 9.*

Vt clerici publica iudicia non appellent. 11. q. 1. Placuit. *Can. 10.*

Quomodo prouocādū clericis ab inferioribus iudicibus ad superiores. 2. q. 6. Placuit.

Ca. 11. Vt filii clericorū ad spectacula nō accedāt.

Vt filij sacerdotum vel clericorum spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectēt: quoniam quidē ab spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, vt ibi blasphemi sunt non accedant.

Can. 12. Vt clericorum matrimonijs infideles non socientur.

Itẽ placuit vt filij vel filiæ episcoporũ, vel quorũlibet clericorũ Gẽtilibus, vel hęreticis aut schismaticis matrimonio noniungatur.

Can.13. Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.

Vt epi vel clerici in eos q catholici christiani non sunt, etiã si consanguinei fuerint, nec per donationes rerũ suarum aliquid cõferãt.

Can. 14. Vt clerici filios suos à sua potestate exire non sinant nisi, &c.

Vt episcopi vel clerici filios suos à sua potestate per emancipationẽ exire nõ sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.

Ca.15. Vt clerici non sint negotiatores.

Itẽ placuit vt episcopi & presbyteri & diaconi vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque vllo turpi vel inhonesto negotio victum quærant, quia respicere debent scriptum esse, Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

21.q.3. Placuit.

2.Tim.2.

Can.16. Vt clerici non sint vsurarij.

Vt nullus clericorum amplius recipiat quã cuiquam accommodauerit. Si pecuniam, pecuniam accipiat, speciem eandem quantam dederit, accipiat, & quicquid aliud tantum quantum dederit, accipiat.

14.q.4. Nullus.

Can.17. Vt extranea fœminæ cum clericis non cohabitent.

d. 32. Cum omnibus.

Vt cũ omnibus omnino clericis extraneæ fœmi-

fœminæ non cohabitent, sed solæ matres, auiæ, materteræ, amitæ sorores, & filiæ fratrum aut sororum, & quęcunque ex familia, domestica necessitate etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filij eorum iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt, aut seruis non habitantibus in domo quas ducant aliunde ducere necessitas fuit.

Ca.18. Vt clericis non ordinentur nisi qui cum eis sunt fideles existant.

Vt episcopi, presbyteri & diaconi, nõ ordinentur, prius quàm omnes qui sunt in domo eorũ, Christianos catholicos fecerint.

Ca.19. De clericis cum ad pubertatem veniunt.

Placuit vt lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. *De 23. Lectores.*

Ca.20. Vt plebes alienas alius epũs non vsurpet.

Placuit vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam. *7.q.1. Placuit.*

Ca.21. Vt nullus episcopus alienũ clericũ ordinet.

Vt clericum alienum nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ & ostiarij retineant. *D.75. Clericum.*

Ca.22. D clericis non ordinandis nisi probabiles fuerint.

D.24.Nullus. Vt nullus ordinetur clericus, non probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

Ca.23. De precibus & orationibus.

Vt nemo in precibus, vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cū ad altare assistitur, semper ad patrem dirigatur oratio. Et qnascunque sibi preces aliquis describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit.

Can.24.Quid in sacrificio offeratur.

De consec. dist.2. In sacramento. Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini, nihil amplius offeratur, quam ipse dominus tradidit, hoc est panis & vinum aqua mistum. Nec amplius in sacrificiis offeratur, quam de vuis & frumentis.

Ca.25.Ne clerici soli accessum habeant ad viduas vel virgines.

D.81.Clerici. Vt clerici vel continentes, ad viduas vel virgines nisi iussū vel permissu episcoporū & presbyterorum nō accedāt. Et hoc nō soli faciant, sed cum clericis, vel cū quibus episcopus iusserit vel presbyter. Nec episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici presentes sint, aut graues aliqui Christiani.

Ca.26 Quomodo episcopus primæ sedis debeat appellari.

D.99.Primæ sedis. Vt primæ sedis eps non appellet Princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid

quid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

Ca.27. *Vt clerici tabernas non ingrediantur.* D.44. *Clerici.*

Vt clerici edendi vel bibendi causas tabernes non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Ca. 28. *Quod episcopus sine licentia non debet peregrinari.*

Item placuit vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primę sedis episcopo, siue cuiusque prouinciæ primate, vt ab episcopo præcipuo possint sumere formatam vel commendationem.

Ca.29. *Vt missa à ieiunis celebretur.*

Vt sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur. Nam si aliquorum, pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciũt, iam pransi inueniantur. *De consec. d. 1. sacramenta altaris.*

Ca.30. *Nullus in ecclesia conuiuetur.*

Vt nulli episcopi vel cleri in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur. *dist. 42. Nulli episcopi.*

Ca.31. *De pœnitentia quomodo danda sit pœnitentibus.* *26.q.7. pœnitentibus.*

Vt pœnitentibus secundum peccatorum

differentiam, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

16.q.7.Pœnitentibus.

Ca.32.De modo reconciliandi pœnitentes.

26.q.6. Presbyter

Vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo, & necessitate cogente. Cuiuscunque pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam commouerit, ante absidam i. atrium ecclesiæ, manus eis imponantur.

Ca.33.De custodia sacrarum virginum.

26.q.6.

Vt virgines sacrę, si parentibus à quibus custodiebantur, priuatæ fuerint, episcopi prouidentia, vel presbyteri vbi episcopus absens est, in monasterio virginum vel grauioribus fœminis cõmendentur, vt simul habitantes inuicem se custodiant, ne passim vagantes ecclesiæ lædant opinionem.

Ca.34. De baptizandis ægrotis.

De consec. d. 4. Ægrotantes.

Vt ægrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

De consec. d.2. Scenicis.

Ca.35.Ne histrionibus cõuersis poenitẽtia negetur.

Vt scenicis atque histrionibus, cæteriq; huiusmodi personis, vel apostaticis conuersis, vel reuersis ad dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

16.q.6. Presbyter

Ca.36. Vt presbyter chrisma non conficiat.

Vt presbyter incõsulto episcopo virgines non

nõ cõsacret. Chrisma verò nunquã cõficiat. *inconsulto episcopo.*

Ca.37. *Ne clerici in aliena ciuitate nõ immoretur.*

Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorum iustas episcopi loci, vel presbyteri locorum peruiderint.

Ca.38. *Vt non liceat fieri trãslationes episcoporũ.*

Placuit (quòd etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum) quòd non liceat fieri rebaptizationes & recordationes, vel translationes episcoporum. De consecratio. D. 4. Non licet fieri.

Ca.39. *Vt non præsumant duo episcopi ordinare pontificem.*

Vt non minus quàm tres episcopi, qui fuerint à metropolitano directi, sufficiant ad episcopum ordinandum.

Can.40. *De electione episcopi si contradictores habeat.*

Dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque sacerdotes conueniant. D.33. Illud statuendum est.

Ca.41. *De episcopis conuenientibus ad concilium.*

Vt per singulos annos cõuenientes episcopi ad cõcilium, etiã de Paschali solemnitate à primate suo informentur. Ca.42.

Vt non accipiat alienum episcopum plebs quę in diœcesi semper subiacuit. 16.q.1. Multis conciliis. Ca.43.

Vt qui plebe sua contẽpta ad cõciliũ venire detrectant & plebẽ & honorem amittant.

Can. 44.

Vt clericum alienum nullius sibi præripiat episcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus.

Can. 45.

Vt episcopus qui plures habet clericos, ei qui eget, ad ordinandũ postulatus largiatur.

Can. 46.

Vt episcopus in diœcesi factus solum eam plebem teneat, in qua extitit ordinatus.

Can. 47. *Vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur.*

Item placuit vt præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus naue, Iudicum, Ruth, Regum libri 4. Paralipomenon lib. 2. Iob vnus, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Thobias, Iudith, Esther, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo, Noui autem testamenti, viginti septem, Euangeliorum libri quatuor, Actuum apostolorum liber vnus, Pauli Epistolæ tredecim, eiusdem ad Hebræos vna, Petri apostoli duæ, Ioannis apostoli tres, Iudæ apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus, qui sunt viginti septem. Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis, pro con-

confirmando isto canone innoteſcat, quia à patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiam legi paſſiones martyrum, cum anniuerſarij dies eorum celebrantur.

Can. 48.

De baptizatis à Donatiſtis.

1. q. 4. Placuit, vt de infantibus.

Can. 49. *De his qui poſiti in eccleſiaſtico gradu aliquid a quirunt.*

12. q. 3. Placuit vt epi.

Placuit vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunq; clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tẽpore epiſcopatus vel clericatus ſui agros vel quæcunque prædia nomine ſuo cõparant, tanquam rerum diuinarum inuaſionis crimine teneantur obnoxij, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicuius vel ſucceſſione cognationis venerit, faciant inde ꝙ eorũ propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquã reprobi iudicẽtur.

Can. 50. *Vt geſta concilij confirmentur.*

Aurelius eps dixit: Quoniã igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerũt, & hac noſtra ſubſcriptione firmamus. Et ſubſcripſerunt, Aurelius eps eccleſiæ Carthaginẽſis huic decreto cõſenſi, & relecto ſubſcripſi, Epigonius epiſcop⁹ Bullen. Regien. ſubſcripſi, Auguſtinus eps plebis

Hipponæ subscripsi. Similiter & omnes epi quadragintaquatuor numero subscripserũt.

Concilij tertij Carthaginensis finis.

Hæc tria decreta pertinent ad concilium Carthaginense tertium.

Can. 1.

Presbyter si fornicationẽ fecerit, &c. Vide in decretis, D. 82. Presbyter si fornicat.

Canon. 2.

Non est aliquid exigendum ab his qui infantes suos ad baptizandum adducunt. Fusius apud Gratianum 1. q. 1. Placuit vt vnusquisq;.

Can. 3. De *clericis scurrilibus.*

Si quis clericus aut monachus verba scurrilia ioculatoria, risúmque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

CONCILIVM CARTHAGIN. quartum, cui adfuerunt episcopi 214. Era. 436. Dicitur à Gratiano, quòd interfuit Zosimus Papa per vicarios suos, quod tamen intelligendum est de concilio Carthaginen. 6. non de 4.

Can. 1. *Qualiter debeant episcopi ordinari.*

D. 23. Qui Episcopus.

Qui epṡ ordinandus est, antea examinetur. Si natura sit prudens, si docilis, si moribus tẽperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatib⁹ exercitatus, & ante omnia si fidei

docu-

documenta verbis simplicibus afferat, i. patrem & filium & spiritum sanctum, &c. Quærendum etiam ab eo si noui & veteris testamenti, id est, Legis & Prophetarum, & Apostolorum, vnum eundémque credat auctorem & Deum. Si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus.

Can. 2. Qualiter consecrentur episcopi.

Episcopus cum ordinatur duo episcopi ponant & teneat euangeliorum codicem super caput & ceruicē eius, & vno super eum fundente benedictionē, reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. *D. 23. Episcopus dum ordinatur.*

Can. 3. Qualiter presbyteri ordinentur.

Presbyter cū ordinatur episcopo eū benedicente, manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. *Ibi. Presbyter.*

Can. 4. Quomodo diaconi constituantur.

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. *Ibi. Diaconus.*

Can. 5. Quomodo subdiaconi ordinentur.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò archidiaconi vrceolum cum aqua & mantile, & manutergium. *Ibi. Subdiaconus.*

Ca.9.Qualiter Acolythi ordinentur.

Ibi. Acolythus. Acolythus cum ordinatur ab episcopo quidem doceat̃ qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat cerofe-rarium cũ cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

Ca.7.Qualiter exorcistæ constituantur.

Ibi. Exorcista. Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe & commenda memoriæ,& habero potestatem imponendi manus super energumenum siue baptizatum, siue catechumenum.

Ca.8.Qualiter lectores fiant.

Ibid. Lector. Lector cũ ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam, atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.

Ca.9.Qualiter Ostiarij ordinentur.

Ibi. Ostiarius. Ostiarius cũ ordinatur, postq̃ ab archidiacono instruct⁹ fuerit qualiter in domo Dei debeat cõuersari, ad suggestionẽ archidiaconi tradat ei eps claues ecclesiæ de altario, dicens, Sic age, quasi redditurus Deo rationẽ

pro

pro his rebus quæ his clauibus recluduntur.

Can.10. Qualiter psalmistæ.

Psalmista id est cantor potest absq; scientia episcopi, sola iussione presbyteri officiũ suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide vt quod ore cãtas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes. *Ibi Psalmista.*

Can. 11. Qualiter virgines sanctimoniales.

Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem sui episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis. *Ibidem sanctimonialis.*

Can.12. Qualiter viduæ ad baptisterium ordinentur.

Viduæ, vel sanctimoniales quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, vt possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres tẽpore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto baptismate viuant.

Can.13. Qualiter sponsi & sponsæ benedicuntur.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel paranymphis offerantur. Quj cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. *D. 23. & 30. q. 5. Sponsus.*

Can.14. De cellula sacerdotis. *D. 41. Episcopus vicinum.*

Vt eps non lõgè ab eccl. hospitiolũ habeat.

Can.15. De victu & habitu episcopi.

Vt episcopus vilẽ suppellectilẽ,& mensam ac victum pauperem habeat,& dignitatis suę authoritatem fide & vitæ meritis quærat.

Can.16. Vt episcopus,libros gentilium non legat.

d.37.Episcopus gentilium. Vt episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autẽ pro necessitate & tẽpore.

Can.17.Vt episcopus indigentium curam per presbyteros agat.

d.88.Episcopus. Vt eps gubernationẽ viduarum & pupillorũ ac peregrinorum non per seipsum,sed per archipresbyterum aut archidiaconum agat.

14.q.1.episcopus.

Canon.18.

d.88.Episcopus nullam rei. Vt eps tuitionẽ testamentorũ nõ suscipiat.

Can.19.Vt episcopus pro rebus secularibus non litiget.

Vt episcopus prouocatus pro rebus transitoriis non litiget.

Can.20. Vt episcopus tantum diuinis vacet.

d.18. Episcopus ad synodum. Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet , sed vt lectioni & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

d.24.Episcopus sine.

Can.21.Vt episcopus egrotans pro se legatum ad synodum mittat.

Vt eps ad synodum ire non tardet,si nõ sine satis graui necessitate inhibeatur,sic tamẽ vt in sua persona legatũ mittat,susceпturus salua fidei veritate quicquid synodus statuerit.

Can.22. Ne episcopus clericos instituat sine testimonio plebis.

Vt

Vt episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita vt ciuiũ assensum, & conniuentiam & testimoniũ quærat.

Can.23. Vt episcopus causas audiat præsentibus clericis.

Vt episcopus nullius causam audiat absq; præsentia clericorum suorum alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur. *15.q.7. Nullius causam.*

Can.24. Vt nemo discedat quando episcopus verbum facit.

Sacerdote verbum faciente in ecclesia qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. *De consec. d.1. Sacerdote.*

Ca.25. De discordantibus episcopis. *dist.99. Dissidentes.*

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Ca.26 Vt episcopus dissidentes concordare compellat.

Studendum est episcopis, vt dissidentes fratres siue clericos siue laicos ad pacem magis quàm ad iudicium cohortentur. *Ibidem. Studendũ est.*

Ca.27. De episcopo non transferendo.

Vt eps de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si id vtilitas ecclesiæ fiendũ poposcerit, decreto pro eo clericorũ & laicorũ episcopis porrecto in præsentia synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris *7.q.1. episcopus de loco.*

verò gradus ſacerdotes, vel alij clerici conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Ca.28. De damnatione epiſcoporum.

11.q 3. Irritam eſſe. Irritam eſſe iniuſtam epiſcoporum damnationem & idcirco à ſynodo retractandã.

Can. 29. De epiſcopo qui alicui crimen obiecerit.

6.q. 2. epiſcopus. Epiſcopus ſi clerico vel laico crimẽ impoſuerit, deducatur ad probationem in ſynodũ.

Ca.30. Quod irrita ſit ſentẽtia epiſcopi in abſentẽ.

11.q 2. Sine exceptione. Caueant iudices eccleſiæ ne abſente eo cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, imò & cauſam in ſynodo pro facto dabunt.

Ca.31. Qualiter res eccleſiæ ab epiſcopo habeantur.

Vt epiſcopus rebus eccleſiæ tanquam cõmendatis, non tanquam propriis vtatur.

Ca.32. De irritis diſtractionibus epiſcoporum.

12.q.2 Sine exceptione. Irrita erit donatio epiſcoporum, vel venditio vel commutatio rei eccleſiaſticæ abſque conniuentia & ſubſcriptione clericorum.

Ca.33. De receptione epiſcoporum.

7.q.1. epiſcopi. Epiſcopi vel preſbyteri ſi cauſa viſendæ eccleſiæ alterius epiſcopi ad eccleſiam venerint, & in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem cõſecrandam inuitentur.

Ca.34. De primatu conceſſus preſbyterorum cum epiſcopo.

d. 95. Epiſcopus. Vt epiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare

preſ-

presbyterum non patiatur.

Ca.35. De consessu presbyterorum in ecclesia.

Vt episcopus in ecclesia in cõsessu presbyterorum sublimior sedeat: Intra domũ verò collegam se presbyterorum esse cognoscat. *dist.95. Episc.*

Can.36. Vt presbyteri ab episcopo chrisma petant.

Presbyteri qui per diœceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, sed à suis, nec per iuniorẽ clericum, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum qui sacrarium tenet ante paschæ solennitatem chrisma petant. *dist.95. Presbyteri.*

Ca.37. De obedientia diaconorum.

Diaconus ita se presbyteri, vt episcopi, ministrum esse cognoscat. *dist.93. Diaconi ibi presbytero.*

Can.38.

Vt diaconus præsente presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.

Can.39. Quando debeat diaconus sedere.

Diaconus quolibet loco iubente presbytero sedeat. *Ibi. Diaconus.*

Can.40.

Vt diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus, loquatur. *Ibidem. Diaconus sedeat.*

Ca.41. Quando diaconus alba uti debeat.

Vt diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis, alba induatur.

Ca.42. De clerici qui pro fide tentati sunt.

Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus sublimandum.

Ca.43. De his qui pro fide persecutiones passi sunt.

Christianum catholicum, qui pro catholica fide & pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni à sacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus administretur.

Ca.44. De tonsura clericorum.

D.42. Clericus. Clericus nec comam nutriat, nec barbam.

Ca.45. De habitu clericorum.

Clericus professionem suam & in habitu & in incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

Ca.46. De continentia clericorum.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

Ca.47. De incessu clericorum.

Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate, non ambulet.

Can. 48. De clerici ad nundinas vadant.

D.91 Clericus. Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. *Ca.49. De vigilijs clericorum.*

Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur.

Ca.50. De clericis ab officio continentibus.

Ibidem. Clericus. Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab officio suo remouendum.

Ca.51. Vt clericis artificio victum quærant.

Clericus, quantūlibet verbo Dei eruditus.

artifi-

artificio victum quærat.

Can.52. Quomodo clerici debeant victum quærere.

Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura, absque officij sui dumtaxat detrimento, præparet.

Ca.53. Vt legant clerici qui orare possunt.

Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, & artificiola & literas discant.

Can.54. De clericis inuidis.

Clericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. *D.46. Clericus.*

Ca.55. De clericis accusatoribus.

Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Etsi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Ibi. accusatores.*

Ca.56. De clericis adulatoribus.

Clericus qui adulationi & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur. *Ibi clericus qui.*

Ca.57. De clericis maledicis.

Clericus maledicus, maximè in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit degradetur, nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur.

Can.58. De clericis frequenter litigantibus.

Clerici qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absq; grandi examine recipiat.

Ca.59. De clericis discordantibus. *d.50. discordantes.*

Discordãtes clericos episcopus vel ratione

vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per audientiam damnet.

Can.60. De clericis turpiloquis.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum.

Can.61. De clericis iurantibus.

Clericum per creaturas iurantem, acerrime obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

Can.62. De clericis inter epulas cantantibus.

22.q.1. *Clericum.* Clericum inter epulas cãntantem, supra dictæ sententiæ severitate coercendum.

Can.63. De clericis ieiunia polluentibus.

Clericum qui tempore indicti ieiunij, absque inevitabili necessitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

Can.64. De his qui dominico die ieiunant.

76.q.7. *Sacerdos.* Qui dominico die studiose ieiunat, nõ credatur catholicus.

Can.65. De paschа suo tempore celebrando.

Paschæ solennitas vno die & tempore celebranda.

Can.66. Quando clericus recurrere debet ad synodum.

Clericus qui episcopi circa se districtionẽ iniustam putat, recurrat ad synodum.

Can.67. De seditionarijs ne clerici fiant.

d.40. *Seditionarios.* Seditionarios nunquã ordinãdos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarũ suarum vltores.

Can.68. Vt ex poenitentibus ordinatus clericus deponatur.

Ex pœnitentibus (quãuis sit bon⁹ clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur à clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur.

Can.69. Vt episcopus viduæ maritum ad clerum promouens deponatur.

Simili sentẽtiæ subiacebit episcopus, si sciẽs ordinauerit clericum eũ qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundum.

Can.70. Vt clericus hæreticorum conuiuia fugiat.

Clericus hæreticorũ aut schismaticorũ tã cõuiuia quàm sodalitates euitet æqualiter. 24.q.3. clericus.

Can.71. De hæreticorum cœtu.

Quòd hæreticorum cœtus non ecclesia, sed conciliabulum sit.

Can.72. Quòd nihil fiat cum hæreticis.

Cũ hæreticis nec orandũ, nec psallendum.

Can.73. De communicantibus cum excommunicatis.

Qui cõmunicauerit vel orauerit cũ excõmunicato, siue clericus siue laic⁹, excõicetur. 11.q.3. Qui communicauerit.

Can.74. De pœnitentium lege.

Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absq; personæ acceptione pœnitẽtię leges iniũgat.

Can.75. De negligentioribus pœnitentibus.

Vt negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur. 26.q.7. Sacerdos.

Can.76. De poscentibus pœnitentiam si postea obmutescant.

Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim versus fuerit, dent testimoniũ qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quandiu sacerdos qui pœnitentiam dederit probauerit.

Can.77. De pœnitentibus infirmis.

Pœnitentes qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

26.q.6. *Is qui.*

Ca.78. De eisdem si post viaticum superuiuant.

Pœnitentes qui in infirmitate viaticũ Eucharistiæ acceperint, non se credãt absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

Ca.79. De pœnitentibus si casu aliquo moriantur.

Pœnitentes qui attente leges pœnitentiæ exequũtur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

26.q.7. *Sacerdos.*

Ca.80. De manu impositione super pœnitentes.

Omni tempore ieiunij, manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur.

Ibidem.

Can.

Ca.81.Vt poenitentes mortuos sepeliant.

Mortuos pœnitentes ecclesiæ afferant, & sepeliant.

Ca.82.Vt poenitentes genua flectant.

Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

Ca.83.De senibus honorandis.

Pauperes & senes ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt.

Can.84.Vsque ad missam cathecumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. *De con.d. 1.Episcopus nulliũ.*

Vt episcopus nullũ prohibeat ingredi ecclesiam,&audire verbum Dei,siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque admissam cathecumenorum.

Ca.85.De baptizandis. *De con.d. 4.Baptizandi.*

Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione crebra examinatione baptismum percipiant.

Ca.86.Vt nuper baptizati caste viuant. *De con.d. 5.Neophyti.*

Neophyti aliquandiu à lautioribus epulis & spectaculis vel coniugibus abstineant.

Ca.87.De catholicis qui apud infideles causam proponunt.

Catholicus qui causam suam, siue iustam siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat,excommunicetur. *2.q.6. Catholicus.*

Ca.88. De his qui missam prætermittunt. *De con. d. 1. Qui die.*

Qui die solenni prætermisso solenni eccle-

fiæ conuentu ad spectacula vadit, excommunicetur.

Ca.89. De his qui iudaicis superstitionibus seruiũt.

26.q.5. Auguriis. Auguriis vel incãtationibus seruientem, à conuentu ecclesiæ separandũ. Similiter & superstitionibus iudaicis vel feriis inhærentem.

Ca.90. De energumenis.

De conse. d.5. Omni die. Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

Can.91. De eisdem.

Pauimenta domorũ dei Energumeni verrãt.

Can.92. De victu energumenorum.

Energumenis in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Can.93. De oblationibus discordantium.

Dist.90. Oblationes. Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur.

Can.94. De oblationibus opprimentium pauperes.

Ibidem. Eorum qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda.

Can.95. De his qui oblationes defunctorum defraudant.

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanq̃ egentium necatores excommunicentur.

Can.96. De accusatore & accusato.

2 q 7. Quæ rẽdum est. Quærendũ in iudicio cuius sit cõuersationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur.

Can.97. De eo qui religiosis foeminis præficitur.

18.q.2. Qui. Qui religiosis fœminis præponendus est,

ab

ab episcopo loci probetur.

Ca.98. Vt laicus præsentibus clericis non doceat.

Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis rogantibus, docere non audeat.

Can.99. Vt mulieres publice non doceant.

Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. *Dist.23. Mulier.*

Can.100. Vt mulieres non baptizent.

Mulier baptizare non præsumat.

Can.101. De viduis infirmis.

Viduæ adolescentes quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesię cuius viduæ sunt, sustententur.

Can.102. Ne clerici viduarum familiaritati associentur.

Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ presentis causa adolescentiores viduę vel sanctimoniales, clericorum familiaritatibus subiiciantur. *d.91. Ad reatum.*

Can.103. De viduis quæ ecclesiæ stipendiis sustentantur.

Viduæ quæ stupēdio ecclesiæ sustentātur, tam assiduè in Dei opere esse debent, vt meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent. *Ibid. Vidua.*

Can.104. De viduis professis continentiam præuaricantibus.

Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiēdū: est vt si quæ viduæ quantumlibet adhuc

in minoribus annis positæ,& matura ætate à viro relictæ se deuouerunt domino, & veste laicali abiecta,sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea verò ad nuptias seculares tranſierint, secun-
1.Tim.5. dum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis quam domino vouerunt,irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorũ communione maneant,quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu suo sunt viris suis obnoxiæ, quãtò magis viduæ quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quã Deo sponte, non coactæ obtulerũt,libidinosa corruperint voluptate,atque ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ & si violẽtia irruẽte ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis permanere in coniugio raptori vel violento viro consenserint,dãnationi superi⁹ cõprehensæ tenebũtur,obnoxiæ. De talibus ait
1.Tim.5. Apostolus: Cũ luxuriatæ fuerint,nubere volunt,habentes damnationẽ,qua primam fidẽ irritam fecerunt. Aurelius episcopus Carthagin.ecclesiæ subscripsi,Donatianus Talabricẽsis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hipponæ Regien. subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt.

Finit concilium Carthaginen.4.

Pro

Prouinciale concilium, confirmatum tamẽ in 6. synodo generali in Trullo celebrata, vbi recepta sunt vniuersa concilia Carthagine habita.

CONCILIVM TAVRINAT. prouinciale celebratum tempore Siricij papę & beati Ambrosij episcopi Mediolan. Nihil habet annotatione dignum, totum consumitur in compositione causarum quarundam ciuilium quæ inter episcopos quosdam & cæteros presbyteros tractabantur.

Decreta Anastasii papæ.

Anastasius papa natione Romanus, sedit annos 3. dies decem. Papa 39. sub Petro. *a.d. 404. Anastasius pō. 39. Sub hoc propter scripta Origenis in Alexandria celebrata est synodus.*

Sub Anastasio floruerunt apud Orientem Gregorius Nazianzenus & Basilius.

Extat epistola decretalis eius ad episcopos Germaniæ & Burgundiæ, in qua constituit vt dum sancta euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu sancti euangelij stantes dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

Secundo significat eisdem ne Manichæos quos in vrbe Roma inuenit recipiant, neque cum eis aliquam participationem habeant priusquam ad rectam conuertantur fidem, quorum ille aliquos Romæ conuertit. Quos autem ad fidem trahere non potuit, secundum Christianorum principum constituta

ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo exilio relegauit,

CONCILIVM CARTHAGIN.

quintum celebratum Era. 438. præsentibus 73. episcopis. *Can. 1.*

De clericis ad testimonium non pulsandis 2.q.6. Statutum est. *Ca. 2.*

De clericis pro crimine suo damnatis, vt à quolibet nõ defensentur. 21.q.5. Si quis cuiuslibet. *Ca. 3.*

De sacerdotibus & leuitis, vt ab vxoribus se contineant. d.84. Cum de quorundam. *Ca. 4.*

De rebus ecclesiæ, sine concilio metropolitani episcopi non alienandis.

Ca. 5. Vt nullus episcopus relicta cathedra principali in dioecesi resideat.

7.q.1. Placuit. Placuit vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se cõferre, vel in re propria diuitius quã oportet constitutũ, curã vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Ca. 6. De his qui nullo testimonio se baptizatos nouerunt.

De con. d. 4. Placuit de. Placuit de infantibus quoties non inueniũ tur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramẽtis respõdere, absque vllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramen-

mentorũ purgatione priuari. Hinc enim Legati Maurorum fratres nostri consulueiunt, quia multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis, quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

Can.7.

De tempore Paschali, & concilij.

Can.8.

De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed intra annum sacerdotem prouideant. *7.q.1. constitutum est.*

Can.9. De defensore ecclesiarum.

Ab imperatoribus vniuersis visum est postulãdum propter afflictionem pauperum, quorũ molestis sine intermissione fatigatur ecclesia vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur. *23.q.3. Ab imperatoribus.*

Can.10.

Vt episcopi ad diem concilij occurrant. d. 18. Placuit vt.

Can.11.

Vt lapsis sacerdotibus manus sicut laicis nõ imponatur d.50. confirmandum est.

Can.12.

De clericis excommunicatis, quandiu eis asserere liceat innocẽtiam suam. 11.q.3. Rursus constitutum est.

Can.13.

De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis. In decretis. d.58. Si quis de alterius.

Ca.14. De basilicis quæ sine martyrum reliquiis dedicatæ sunt.

De conse. dist.1. Placuit altaria.

Item placuit vt altaria quæ passim per agros aut vias tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis qui eisdem locis præsunt (si fieri potest) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneãtur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis vel possessionis vel passionis fidelissima origine traditur. Nãque per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur altaria, omnimodo reprobentur.

Ca. De idololatriis destruendis.

Item placuit ab Imperatoribus glorioſissimis peti, vt reliquiæ non solum in simulachris, sed in quibuscunque locis vel lucis vel arboribus omnimodo deleantur.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, supra comprehensis in nostro concilio statutis subscripsi. Similiter 72. episcopi subscripserunt.

Finit concilium Carthaginen. 5.

CON-

CONCILIVM TOLETANVM primum 19. episcoporum Patrono episcopo præsidente. Est prouinciale, sed confirmatum authoritate Leonis papæ.

Confidentibus presbyteris, astantibus diaconis, & cæteris qui intererant concilio congregato, Patronus episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt quæ vsque ad schisma perueniunt, si placet cõmuni consilio decernamus quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet constituta primitus Nicęni cõcilij perpetuo esse seruãda, nec ab his esse recedendum. Vniuersi episcopi dxerunt: Hoc nobis placet, ita vt si quis cognitis gestis Nicæni concilij, aliud quàm statutum est, facere præsumpserit, & non in eo perseuerandum putauerit, hic excommunicatus habeatur, nisi per correctionem fratrum emendauerit errorem.

Can. 1.

De presbyteris diaconis, si post ordinationem filios genuerint, ad altiorem gradum non ascendant.

Can. 2. Vt poenitens si necessitas cogat, lector aut ostiarius fiat.

Item placuit vt pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut v- *D. 50. Placuit.*

exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt euangelia aut epistolam non legant. Si qui autem antè ordinati sunt diaconi, inter subdiaconos habeantur, ita vt manum non imponant, nec sacra contingant. Eum verò pœnitentem dicimus qui post baptismum, aut pro homicidio aut pro diuersis criminibus, grauissimísque peccatis, publicam pœnitentiam gerens, sub cilicio diuino fuerit reconciliatus altario.

Can. 3. De his qui viduas acceperint, ne diaconi fiant.

Item constituit sancta synodus, vt lector fidelis si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

Ca. 4. Vt subdiaconus si defuncta vxore aliam duxerit, ostiarius fiat.

Subdiaconus autẽ defuncta vxore, si vxorem aliam duxerit ab officio in quo ordinat⁹ fuerat remoueatur, & habeatur inter ostiarios vel lectores, ita vt euangelium & epistolam non legat, propterea ne qui ecclesiæ seruierit, publicis officiis seruire videatur. Qui verò tertiam (quod nec dicendum est) acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

Ca. 5. De clericis ad ecclesiam non venientibus.

Presbyter vel diaconus, vel subdiacon⁹, vel quili-

quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castella aut vici sunt, aut villæ, si ad ecclesiam aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus p satisfactionem veniam ab episcopo noluit promereri.

Can. 6. Ne religiosa puella virorum familiaritatem habeat.

Itémque puella Dei nec familiaritatē habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut cōuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum honestorum, aut viduarum honestarum frequentia, vbi honeste confessor, quilibet cum plurimorum testimonio testium conuiuio interesse possit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi fortè cō sanguinea soror sit, vel vterina.

Can. 7. De clerico cuius vxor peccauerit.

Placuit vt si quorumque clericorum vxores peccauerint: ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hāc potestatem (præter necem) custodiendi, ligandi in domo suo, ad ieiunia salutaria, non mortifera eas cogentes: ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant si seruitia forte nō habeant. Cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, nec cibos sumant, nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

33. q. 2. *Placuit vt si.*

Ca.8.De his qui post baptismum militauerint.

d.21.Si quis post. Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit aut cingulum ad necandos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconij non accipiat dignitatem.

Ca.9.De professis vel viduis absente sacerdote.

Nulla professa vel vidua absente episcopo vel presbytero in domo sua antiphonas cum confessore vel seruo suo faciat. Lucernarium verò nisi in ecclesia non legatur, aut si legatur in villa, præsente episcopo vel presbytero vel diacono legatur.

Can.10.Ne clericus fiat sine consensu domini aut patroni.

Clericos, siquidem obligati sint, vel pro æquatione, vel de genere alicuius domus, non ordinandos nisi probatæ vitæ fuerint, & patroni consensus accesserit.

Ca.11.De potentibus qui pauperem expoliant.

24.q.3.Si quis de. Si quis de potētibus clericū, aut quēlibet pauperē, aut religiosum expoliauerit, & mādauerit eum ad se venire eps, vt audiatur, & is contempserit, inuicē mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos, & quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse donec obediat, & reddat aliena.

Ca.12.Ne clericus ab episcopo recedat.

Item vt liberum nulli clerico sit discedere de ep̄o suo, & alteri episcopo communicare, nisi

nisi fortè ei quē episcop⁹ alius libēter habeat de hæreticorū schismate discedentē, & ad fidē catholicā reuertentē. Si qui autē de catholicis discusserint, & in communione eorum vel palam vel occulte cum eis qui vel excōmunicati sunt, vel per sentētiam iam notati, fuerint inuenti, habeant illorū ad quos ire voluerint etiam in damnatione consortium.

Ca. 13. *De his qui ecclesiam intrant.*

De his qui intrant in ecclesiā, & deprehenduntur, nunquam cōmunicare admoneantur. Quòd si non communicant, ad pœnitentiā accedant. Si communicant, non semper abstineantur. Si non fecerint, abstineantur. *De consec. d. 2. Hi qui intrant.*

Ca 14. *De non accipientibus eucharistiam.*

Si quis autem acceptam à sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

Ca. 15. *De excommunicatis à sacerdote.*

Si quis laicus abstinetur ad hunc vel ad domum eius, vel clericorū, vel religiosorū nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, à clericis deuiterur. Si quis cū illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos qui eius sunt episcopi, & ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico quolibet siue clerico.

Can. 16. *De pœnitentia deuotæ si adultera fuerit.* 27. q. 1.

Deuotā peccātē nō recipiendam in eccle-

siã nisi peccare desierit: & si desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat cõmunionem. Priusquam autem in ecclesiã admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quòd si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc ipso viuẽte marito caste viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

Ca.17. De vxorato concubinam habente.

d.34.is qui. Si quis habens vxorem fidelis concubinam habeat, non cõmunicet. Cæterum is qui non habet vxorẽ, & pro vxore concubinã habet, à cõmunione non repellatur, tantũ vt vnius mulieris aut vxoris, aut cõcubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Aliàs verò viuens abiiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur.

Ca.18. De vidua episcopi si maritum acceperit.

Si qua vidua epi aut presbyteri aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cũ ea cõuiuiũ sumat, nũquã cõmunicet, morienti tantũ ei sacramẽtũ subueniat.

Ca.19. Si filia sacerdotis religiosa peccauerit.

Epi siue presbyteri siue diaconi filia, si deuota fuerit & peccauerit, & maritũ duxerit, si eã pater vel mater in affectũ receperint, à cõione habeantur alieni, pater verò causas

in

in concilio nouerit se præstaturum. Mulier autē nō admittatur ad cōmunionē, nisi marito defuncto egerit pœnitentiā. Si autē viuente eo secesserit & pœnituerit, nullo modo nisi vitę deficiens accipiat communionē.

Ca.20. Vt nullius præter ep̄m chrisma conficiat.

Quamuis penè vbique custodiatur, vt absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamē quia in aliquibus locis vel prouinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, Placuit ex hac die nullum alium nisi ep̄m chrisma conficere, & per diœcesim destinare, ita vt de singulis ecclesiis ad ep̄m ante diem Paschę diaconi destinentur, aut subdiaconi, vt confestim chrisma ab ep̄o destinatum, ad diem Paschæ possint ad tempus deferre. Ep̄o sanè certum est q̄ omni tempore licet chrisma conficere, sine conscientia autem ep̄i nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum verò est diaconum non chrismate, sed presbyterum absente ep̄o, præsente verò nō, nisi ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus vel absentibus episcopis suggerendam, vt eam & episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

Can. 2. De regulis fidei catholicæ.

Regulæ fidei cōtra omnes hæreses, maxime contra Priscillianistas: quas ep̄i Tarraconenſis, Carthaginenſis, Lusitani & Bethici

fecerunt,& ex pręcepto papæ Leonis ad Balconium ep̄m Galliciæ transmiserunt. Ipsi etiam suprascripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

Assertio fidei eiusdem concilij contra Priscillianistas.

Credimus in vnum verum Deum patrem omnipotentem,& filium & spiritum sanctũ, visibilium & inuisibilium factorem, per quẽ oĩa facta sunt in cælo & in terra, vnum Deũ & vnam esse diuinę substãtiæ trinitatem. Patrem autem nõ esse filium ipsum sed habere filium qui pater nõ sit. Filiũ non esse patrẽ, sed filium Dei de patris esse natura. Spiritũ quoque esse paracletum, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre filióque procedens. Est ergo ingenitus pater, genitus filius, non genitus paracletus, sed à patre filióque procedens. Pater est cuius vox hæc audita est de cælis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit, ipsum audite. Filius est, qui ait: Ego à patre exiui, & à Deo veni in hunc mundum. Paracletus est spiritus, de quo filius ait: Nisi ego abiero ad patrem, paracletus non veniet. Hanc trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, virtute & potestate & maiestate inuisibilem indifferentem. Præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli vel spiritus, vel virtutis alicuius quæ Deus creda-

Matt. 3. Marc. 1. Lucæ 3. Ioan. 16.

tur

tur. Hunc ergo filium Dei, Deum natum à patre ante omne omnino principium sanctificasse vterum virginis Mariæ, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine susceptisse, duabus dumtaxat naturis, i. deitatis & carnis in vnam conuenientibus omnino personam, i. dominum nostrum Iesum Christum. Nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verũ. Hunc & esuriisse & sitiisse, & doluisse & fleuisse & omnes corporis iniurias pertulisse. Postremò à Iudæis crucifixum & sepultum, & tertia die resurrexisse. Conuersatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die ad cælum ascendisse. Hunc filium hominis etiã filium Dei, & filium Dei & hominis filium appellamus. Resurrectionem verò futuram humanæ credimus carnis, animam autem hoĩs non diuinæ esse substantiæ, aut Dei patris, sed creaturã dicimus Dei volũtate creatã. Si quis autem dixerit aut crediderit à Deo omnipotente mundũ hunc factum nõ fuisse atque omnia eius instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit Deum patrẽ eundem esse filium vel paracletũ anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit filium eundẽ esse patrem, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit paracletũ, esse vel patrẽ vel filium, anathema sit. Si quis dixerit,

vel crediderit carnem tantum sine anima à filio Dei fuisse susceptam, anathe.sit. Si quis dixerit vel crediderit Christum innascibilē esse, anathe. sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem nascibilē esse, anathe.sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Christi conuertibilem fuisse vel passibilem, anathem. sit. Si quis dixerit vel crediderit alterum Deum esse priscæ Legis, alterum Euangeliorum, anathem.sit. Si quis dixeri t vel crediderit ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit Deus cælum & terram, anathe.sit.Si quis dixerit vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit animā humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam anathe. sit.Si quis dixerit vel crediderit alias scripturas præter quas ecclesia catholica recipit in authoritate habendas vel esse venerandas anathe. sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatis & carnis vnam in Christo esse naturam, anathema sit.Si quis dixerit vel crediderit esse aliquid quod se extra diuinam trinitatem possit extēdere, anathema sit. Si quis Astrologiæ vel Mathesi exstimat esse credendum.anathe. sit. Si quis dixerit vel crediderit coniugia hominum quæ secundū legē diuinam licet habere, execrabilia esse, anathe. sit. Si quis dixerit vel crediderit carnes auiū

seu

seu pecudum quæ ad aſcam dætæ ſunt, non tantum, pro caſtigatione hominum abſtinẽdas, ſed execrandas eſſe, anathe. ſit. Si quis in errore Priſcilliani ſectã ſequitur vel profitetur, vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem S. Petri faciat anathema ſit.

Explicit regula fidei catholicæ aduerſus Priſcillianiſtas, Patronus, epiſcopus ſubſcripſi. Marcellus epiſcopus ſubſcripſi. Afrodiſius epiſcopus ſubſcripſi. Subſcripſerunt & alij epiſcopi qui interfuerunt concilio.

Decreta Innocentij papæ.

Innocentius primus Papa, natione Albanẽſis, ſedit annis 15. menſibus 2. Hic conſtituit vt qui natus fuerit de Chriſtiana, denuo naſci debeat per baptiſmum, quod Pelagius dãnauit. Eo tẽpore florebat Hieronymus presbyter in Bethleem Pelagium & Cæleſtium inuenit, quos tanquam hæreticos damnauit.

a. d. 408. Innocentius põt. 40. Sub hoc cœpij hæreſis Deum corpus habere aſſerens. Et prædeſtinatorum & Cataphrygarum & Pelagij. Et Roma à Gothis capta eſt.

Extat epiſtola eius decretalis ad Decentiũ ep̃m, in qua paucis admonet antiquas patrum traditiones ſeruandas, nec nouitates aliquas inducendas in ſua eccleſia, nec alterius eccleſ. quam Rom. in conſecrãdis myſteriis, vel in cęteris agendis conſuetudinem eſſe ſeruandam.

Ca. De pacis oſculo dando poſt confecta myſteria.

Pacis oſculum dandũ eſt poſt cõfecta myſteria, vt conſtet populũ ad omnia q̃ in my-

ſteriis aguntur atque in eccleſia celebrantur præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis cõcludendis ſignaculo demonſtrentur.

Can.2. De non recitandis nominibus ante precem ſacerdotis.

De conſec. d.2. Pacem igitur. Decõc.d.2. De nominibus recitandis.

De nominibus verò recitandis antequam preces ſacerdos faciat, atque, eorum oblationes quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit, & ipſe per tuam prudentiam recognoſcis, vt cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius ante nomen inſinues, quamuis illi incognitũ ſit nihil. Prius ergo oblationes ſunt cõmendandæ, ac tũc eorũ nomina, quorũ ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, nõ inter alia q̃ ante præmittibus, vt ipſis myſteriis viam futuris p̃cib⁹ aperiamus.

Ca.3. Vt infantes baptizati à ſolo epiſcopo conſignentur.

De cõſignãdis verò infantibus, manifeſtũ eſt non ab alio q̃ ab ep̃o fieri licere. Nã preſbyteri licet ſint ſacerdotes, põtificatus tamẽ apicem non habent. Hæc autem pontificib⁹ ſolis deberi vt vel conſignent, vel Paracletũ ſpiritum tradãt, nõ ſolùm conſuetudo eccleſiaſtica demõſtrat, verũ & illa lectio actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Ioan. eſſe directos, qui iã baptizatis traderẽt ſpiritum ſanctum. Nam preſbyteris ſeu extra epiſcopum, ſeu præſente epiſcopo, cũ baptizãt chriſ-

chrismate baptizatos vngere licet: sed quid ab epo fuerit consecratũ, non tamen frontẽ ex eodẽ oleo signare, quod solis debẽt epis cum tradunt spiritum sanctum Paracletum. Verba verò dicere non possum, ne magis ꝑ- dere videar q̃ ad consultationem respõdere. *De consec. d. 4. presbyteris. De cõ. d. 3. Sabbato.*

Ca. 4. De ieiunio sabbati.

Quòd ritè omni sabbato ieiunetur, quia feria sexta & sabbatũ ambo dies tristitiã Apostolis vel his qui Christũ secuti sunt, indixerunt: qui die dominico exhilarati, nõ solùm ipsum festiuissimũ esse voluerunt, verùm etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

Can. 5.

De fermento, i. sacramento quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur. *Can. 6.*

De energumenis baptizatis, vt eis à presbytero vel cæteris clericis absente episcopo manus imponatur.

Ca. 7. De poenitentibus.

De pœnitentibus verò qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendũ Ro. eccle. consuetudo demõstrat. Cæterũ de põdere çstimando delictorũ, sacerdotis est iudicare vt attendat ad confessionẽ pœnitẽtis, & ad fletus atq; lachrymas corrigẽtis, ac tũ iubere dimitti, cum viderit cõgruã satisfactio- *d. con. d. 3. De pœnitentibus.*

Sanè si quis in ægritudinem inciderit, atque vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de seculo absque communione decedat.

Ca. 8. Quod orandum sit pro infirmis.

Sanè qm̃ de hoc, sicuti de cæteris consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cęlestinus diaconus in epistola sua esse à tua dilectione positũ illud quod in beati apo. Iaco epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum dñs: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod nõ est dubium de fidelibus ægrotãtibus accipi vel intelligi debere, q̃ sancto oleo chrismatis perungi possunt quo ab episcopo cõfecto nõ solũ sacerdotibus, sed oĩb⁹ vti Christianis licet in sua aut suorũ necessitate inũgẽdo. Cęterũ illud supfluũ videmus adiectũ, vt de episcopo ambigatur, q̃ presbyteris licere non dubium est. Nã idcirco de presbyteris dictũ est, qa episcopi occupationib⁹ aliis impediti ad omnes lãguidos ire nõ possunt. Cęterũ si eps aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere & tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non pœnitentibus istud fundi non põt, qui genus est sacramẽti. Nã

Iacob. 5.

dist. 95. Illud superfluum.

qui-

quibus reliqua ſacramenta negãtur quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo frater chariſſime, omnibus q̃ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus ꝛñdere curauimus vt eccleſia tua Ro. conſuetudinem, à qua originem ducit, ſeruare valeat atque cuſtodire. Reliqua verò q̃ ſcribi fas non erat, quum adfueris interrogati poterimus edicere. Erit autem domini potentiæ ẽt id procurare, vt tuam eccleſiam & clericos noſtros q̃ ſub tuo pontificio diuinis famulantur officiis, bene inſtituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari.

Extat epiſtola ſecunda eiuſdem Inno. papæ ad Victricium Rothomagenſem ep̃m, in qua eum inſtruit de Rom. eccle. norma atq; authoritate, digeſtas vitæ & morũ ꝓbabilium diſciplinas annectens, ꝓ quas populum doceat quibus reb⁹ & regulis Chriſtianorum vita in ſua cuiuſque profeſſione debeat contineri, & quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnem catholicum ep̃m expediat cuſtodire. Partita eſt in 13. capita quæ in epiſt. 4. Siricij papæ ſuperius deſcripta ſunt. *Epiſt. 2.*

Sequitur eiuſdem epiſt. 3. ad Exuperium Tholoſanum epiſcopum.

Innocenti⁹ Exuperio ep̃o Tholoſano ſalutem. Cõſulenti tibi frater chariſſime, ꝙ de ꝓpoſita ſpecie vnaquaq; ſentirẽ, ꝓ captu intelligentiæ meæ q̃ ſunt viſa reſpondi, quid

sequendum vel quid vitandum docilis ratio persuaderet, vel authoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demõstraret. Et quidem dilectio tua institutũ sequuta prudentiũ ad sedẽ aposto. referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet potius quàm vsurpatione præsumpta q̃ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid q̃ omnino nescire? Mihi quoq; ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad proposita respõdere cõpellor, eóq; fit vt semper aliquid addiscat q̃ postulatur vt doceat. Proponam igitur singula, subiiciámque responsum.

Ca. 1. *De incontinentia sacerdotum vel leuitarum.*

Dist. 82. Propositi. Proposuisti quid de his obseruari debeat quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos incõtinẽtes esse aut fuisse generati filij prodiderunt. De his & diuinarũ legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricij ep̃i monita euidẽtia cõmearũt. vt incõtinẽtes in officiis talibus positi, om̃i ecclesiastico honore priuarentur: nec admittant̃ ad tale ministeriũ, q̃ sola cõtinẽtia oportet impleri. Est em̃ vetus admodum sacræ legis authoritas iã inde ab initio custodita, q̃ in templo anno vicis suæ habita re p̃cepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puri & ab omni labe mundati

Exod. 1. Para. 24.

sibi

sibi vindicent diuina mysteria, neque eos ad sacrificia fas sit admitti qui exercent vel cum vxore carnale cōsortium, quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus Deus vester. Quibus vtique propter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes vel Leuitæ, pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debēt, quibus vel sacerdotium, vel ministeriū sine successione est, nec præterit dies qua vel à sacrificiis diuinis, vel à baptismatis officio vacēt? Nā si beatus Paulus Apostol. ad Corint. scribit, dicēs: Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit, multò magis sacerdotes quibus & orandi & sacrificandi iuge officiū est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Quòd si contaminatus fuerit carnali concupiscētia, quo pudore vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quóve merito exaudiri se credit, cum dictū sit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptū est: Vnius vxoris virū. Non vt permaneat in concupiscentia generā di, hoc dixit, sed propter continentiā futurā. Neque enim integros corpore non admisit qui ait. Vellē autē omnes sic esse sicut & ego.

Leuit. 11.
Num. 8.
1. Cor. 7.
Tit. 2.
1. Tim. 3.
1. Cor. 6.

Roma.1. Quod & apertius declarat, dicens. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, & habentem filios, non generantem, dixit: Sed ea planè dispar & diuisa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ quæ ab episcopo Siricio ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisse: his ignorantibus venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos in quibus inuenti fuerint, sic retententent, vt eis non liceat ad potiora conscẽdere, Quibus in beneficio esse debet quod hunc ipsum locum quem retinent, nõ amittunt. Si qui autem sciuisse formam viuendi, missam à Siricio deteguntur, neq; statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouẽdi, quia post admonitionẽ cognitã, p̃ponendã arbitrati sunt voluptatẽ.

Idem in cõ cil. Agat. ca. 9.

Can. 2. De his qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus sunt dediti, & in vltimi pœnitentiam possunt.

Et hoc quæsitum est quid de his obseruari oporteat, qui post baptismũ omni tempore incontinẽtiæ voluptatib' dediti, in extremo fine vitæ suę pœnitentiam simul & recõciliationẽ cõionis exposcunt. De his obseruatio prior, durior, posterior, interueniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit vt cõcederet p̃ntia, sed cõio negare-

garetur. Nam cum illis temporibus crebræ persequutiones essent, ne communionis cõcessa facilitas homines de reconciliatione securos non reuocaret à lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totũ penitus negaretur: & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, iã depulso terrore communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani, hæretici negantis veniam asperitatem & diuitiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permittente saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.

Can. 3. De administratoribus vel iudicibus secularibus.

Quæsitum etiam est super his qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta sæua exercuerũt, aut etiam capitalem protulere sentẽtiam. Nihil de his legimus à maioribus definitum esse. Meminerãt enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladiũ fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicẽ. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod authore Deo viderent esse cõcessum? De his ergo ita vt hactenus seruatũ est, 23. q. 4. *Quæsitum est.* Rom. 13.

sit habeamus, ne aut disciplinam euertere, aut contra authoritatem domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda, gesta sua omnia seruabuntur.

Can. 4. Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant.

32 q 5. *Christiana religio.*

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant cum econtra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facilè quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

Ca. 5. Quòd qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes.

23 q 4. *Illud etiã.*

Illud etiam scisciari voluisti, an preces dictantibus liberũ concedatur, vtrq; post baptismi regenerationem à principibus poscere mortem alicuius, vel sanguinẽ de reatu, quã rem principes nũquam sine causæ cognitio-

nec

ne concedunt, sed ad iudices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legũ authoritas in improbos exercet, erit dictator in immunis.

Can. 6. Quod hi qui intercedente repudio diuortium pertulerunt, si se nuptijs aliis iunxerint, adulteri esse monstrantur.

De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio alij se matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore viuente (quamuis dissociatũ videatur esse coniugiũ) ad aliam copulã festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantũ, vt etiã hæ personæ quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in euangelio: Qui dimiserit vxorẽ suam, & duxerit aliã, mœchatur. *Matth. 5. & 19.* Similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo tales omnes à communione fidelium abstinendos. De parentibus autẽ aut de propinquis eorũ nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortij fuisse detegantur.

Can. 7. Qui libri in canone recipiantur.

Qui verò libri recipiãtur in canone sanctarũ scripturarũ, breuis annexus ostendit. Hæ sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti,

Moysi libri quinque, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, &c. Cætera autē quæ vel sub nomine Matthiæ siue Iacobi minoris, vel sub noīe Petri & Ioannis, quæ à quodam Leutio scripta sunt, vel sub noīe Andreæ, quæ à Nexocharide & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudiāda, verum etiam noueris esse dānanda. Datum decimo calend. Martij. Stilicone 2. & Antemio, viris clarissimis consulibus.

¶ Sequitur eiusdem epistola quarta, ad Felicem Nucerianum episcopum.

Innocentius Felici episcopo Nuceriano. Mirari non possumus dilectionem tuam sequi instituta maiorum, omniamque quę possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, vt consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. Scripsisti ergo quod feruore fidei quo polles, & amore sanctæ plebis vel reparaueris ecclesias Dei, vel nouas quasque cōstruxeris, sed in his clericos quos constituas, non habere: aliquos verò mutilos aliquos digamos esse. Ad quod studuimus prudentem virum de his noluisse consulere quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignorāti dicimus, sed in aliis for-

forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

Can.1. Si quis volens partem sui corporis amputauerit clericus esse non potest: nolens autem potest.

Qui igitur parte cuiuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abiici. In illis enim voluntas iudicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrũ iniicere, quod scilicet & alij id facere dubitari nõ possit, in istis verò casꝰ veniã meruit.

Ca.2. Quod digami ad clerũ admitti non possunt.

De digamis autẽ nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, Vnius vxoris virum ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tñ si virginẽ accepit. Nam ea quæ habuerit ante virum, licet defunctis sit, tñ. si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam acceperit, esse nõ poterit, quia in lege cautum est, Non viduam, nõ abiectam habere posse coniugem sacerdotẽ. *1. Tim. 3. & Tit. 1.*

Ca.3. Qui de laicis ad clerũ non debeãt promoueri.

De laicis verò religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certũ est quidem hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, vt de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & *Leui. 21.* *D. 21. Designata sunt.*

non fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, siquis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit: si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam & si inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

Can. 4. Qui de laicis possunt clerici fieri.

Hic aperte concubina prohibetur.

Laici verò qui habentes vxores baptizati
d. 33. Laici. sunt, ac sic se instituerunt, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt hæserint, & si non concubinam, non pellicem nouerint, si in bonis operibus vigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

Can. 5. De temporibus in clero immorandis.

Ita sanè vt in eis tempora à maioribus cõstituta seruentur. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, vt ad sacerdotium post hæc emẽsis stipendiorũ meritis veniant, nec præripiãt quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa definitione monstratum est

qui

qui debeant admitti, quíve reprobari, ex his omnibus quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præstare velimus, tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere valeamus.

Sequitur eiusdem epistola. 24. ad synodum in Toletana ciuitate constitutam.

Can. 1. De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituunt clericos.

Innocentius vniuersis episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis fratribus in domino salutem. Sæpe me & nimium cũ teneret cura solicitũ super dissensionis schismate ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere, fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congruamedicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis vitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quam plurimas ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus vt propter numerum corrigendorum ea quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Can.2. Vt causidici, vel curiales, vel seculari militiæ dediti, ad clerum non admittantur.

Psi. *Aliquãtos ex.* Quantos enim ex eis qui post acceptam baptismi gratiam in Forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse comperimus, è quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur, quantos ex malitia, qui cũ potestatibus obedierunt, seuera necessario præcepta sunt executi, quantos ex curialibus, qui dum parerent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt, quantos qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse, quorum omniũ neminem ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse? Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispaniensibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nũc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Can.3. Vt quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Post hæc, si quis aduersus formas canonũ, vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacer-

sacerdotium venire tentauerit, vnà cum ordinatoribus suis, ipso in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et quāuis dilectioni vestræ fratres chariſſimi, regulæ Nicęnæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendos per sententiam decernitis, tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inserendam putaui, vt secundum eā ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum quæ sunt prohibita, digerantur.

Ca. 4. De commemoratione Nicæni concilij, in quo supradicta prohibentur.

Ne quiſpiam qui post baptiſmū militauerit ad ordinē debeat clericatus admitti, neq; q causas post acceptū baptiſmū, egerint, aut q post acceptā dei gratiam administrauerint, neque de curialibus aliquē ad eccleſiasticum ordinem venire posse, qui post baptiſmū vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nā & hoc de curialibus est cauendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquādo à suis curiis, quòd frequēter videmus accidere, poscantur. Quæ oīa rationabiliter prohibita, oportet modis ōnibus custodiri. *Nicæna synodi. c. 11. 12.*

Can. 5. Quales eligendi sunt in ordine clericorum.

Quales verò eligēdi sunt in ordine clerico rū euidēs forma declarat, id est qui ab ineūte *In dec. Siricij id Hieronymum.*

ætate baptizati fuerint, & lectorũ officio sociati, vel si maiores sunt, cũ fuetint Dei gratiã consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipauerint. Et si vxores habuerint, quærendum si vxorem virginem habuerint, quia scriptum est in veteri testaméto: Vxorẽ virginẽ accipiat sacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei semel nubant. Neque qui duas vxores habuerit, qa Pau. apo. ait: Vni⁹ vxoris virum.

Leuit. 21.

1. Tim 3. & Tit. 1.

Ca. 6. De eo qui ante baptismum vxorem habuit, & post baptismum aliam, vt clericus non fiat.

In epist. Inno. ad Rufum. c. 2.

Nec illud debere admitti ꝙ aliquanti pro defensione praui erroris opponunt, & asserunt quòd ante baptismum omnia dimittũtur, nõ intelligentes huiusmodi quòd sola in baptismo peccata dimittuntur, non vxoris numerus abolebitur. Nam si à Deo, vt scriptum est, præparatur viro vxor: & quòd Deus iunxit, homo non separet, & ipsi authores generis humani in origine à Deo benedicuntur, quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti. Quòd si secundum illos qui tanta credunt, verum est, ergo omnis iniustitia quę à catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferetur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat vnius vxoris virum siue ante baptismum esse nominatũ, siue post baptismum. Si enim vxor ante baptismum accepta, non ducitur in numerum,

Prou. 19.

Matth. 9. & Marc. 10.

nec

nec filij ex eadem suscepti inter filios poterunt nominari. Quod quàm absurdum sit atque alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit: ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem, & regulas euertisse iudicentur, sed ea tenenda sunt quæ diuinarum scripturarum series continet, & à sacerdotibus vtili ratione sunt constituta. Bene valeatis fratres charissimi.

Extat epistola concilij Carthagin. ad Innocentium Papam, in qua sequentes damnantur errores Pelagij & Cælestij. *Lege in volumine cõciliorum.*

Error. 1.

Quòd naturaliter possit implere legẽ qui vult, & quòd Deus legem ad adiutoriũ dedit.

Error. 2.

Ad perficiendam iustitiam & Dei mandata complenda, sola humana sufficere potest natura.

Error. 3.

Paruuli propter salutem quæ per saluatorem Christum datur, baptizandi non sunt.

Ad hæc rescripsit Innocentius in epist. 25. in qua gratulatur epũs Cartha. eccles. de solicitudine sua. Deinde damnat propositos errores, & authores eorũ Pelagiũ & Cęlestium. & qa nihil addit ad epistolã cõcilij Carthaginẽ. ideo non censuimus subiiciendã hoc loco

Vide in concilijs.

Epistola concilij Mileuitani ad Innocentiũ Papam, quę incipit: Domino beatissimo, meritó que venerabili Papæ Innocentio, &c. In qua sequentes damnantur errores.

Primus, põt hõ in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ sine adiutorio gratiæ saluatoris per solum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiã non sit necessarium dicere, dimitte nobis debita ostra.

Secundus illud, ne nos inferas in tentationem non ita intelligẽdum, tanquã diuinum adiutorium poscere debeamus ne in peccatum tentati decidamus, quoniam hoc in nostra positum est potestate, & ad hoc implendum sola sufficit hominis voluntas.

Tertius, non est orandus Deus vt contra peccati malum, & ad operandam iustitiam sic noster adiutor.

Quartus, nõn opitulatur paruulis ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ sacramentum.

Rescripsit Innocentius Papa ad Mileuitanum cõcilium. Est inter epistolas illius 26. in qua primũ gratulatur de solicitudine sua, & q̃ in rebus arduis cõsulant ecclesiam Roma. deinde dãnat ꝓpositos errores, & quia nihil addidit ad epistolam concilij Mileuitani, cẽsuimus eam non esse subiiciendam hoc loco.

Hæc eadem explicatius in concilio Mileuitano definita sunt.

CONCILIVM MILEVITAN.

sub Innocentio primo Papa, à quo confirmata sunt in eo definita.

Glorioſiſſimis Imperatoribus Archadio & Honorio Auguſtis. viris clariſſimis conſulibus 6. calend. Septembris, in ciuitate Mileuitana in ſecretario Baſilicæ, cum Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthag nis in conſilio vniuerſali conſediſſet, aſtãtibus diaconibus Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam eccleſię ſanctæ vnum eſt corpus, omniúmque membrorum caput eſt vnum, factum eſt, volente domino, ac noſtrã infirmitatem iuuante, vt ad hanc eccleſiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quęſo charitatem veſtram quia ita credẽdum eſt quòd noſter acceſſus ad vos, nec ſuperfluus nec inſuauis, eſt cunctis, ideóque pariter quædam de cauſis fidei, vnde nũc quæſtio Pelagianorũ imminet, in hoc cœtu ſanctiſſimo primitus tractentur, deinde ſubſequantẽ & aliqua q̃ diſciplinæ eccleſiaſticæ neceſſaria exiſtunt.

Huic concilio interfuit Anſelmus Ro. eccleſiæ legatus contra Pelag.

Can. 1. Contra Pelagianos qui dicunt etiam ſine peccato mori potuiſſe Adam.

Placuit ergo oĩbus epiſcopis qui fuerunt in hac ſancta ſynodo, conſtituere hæc quæ in præſenti concilio definita ſunt. Vt quicunq; dicit Adã primũ hominẽ mortalẽ factum, ita vt ſiue peccaret ſiue non peccaret, moreretẽ in corpe, hoc eſt de corpore exiret, non peccãti

merito sed necessitate naturæ anathema sit.

Can.2.Quod omnes in peccatorum remissionem veraciter baptizentur.

De consec. d.4.Placuit. Item placuit vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorũ eos baptizari,sed nihil exAdam trahere originalis peccati quod regenerationis lauacro expietur, vnde sit consequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, nõ vera sed falsa intelligatur, anathema sit quoniam non aliter intelligendum est quod ait *Rom.5.* Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt: nisi quemadmodũ ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit.Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt,ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur,vt in eis regeneratione mundetur,quod regeneratione traxerunt.

Can.3.Quod gratia Dei non solum peccata dimittit sed etiam adiuuat ne committantur.

De consec. d.4.Placuit vt. Itẽ placuit vt quicũque dixerit gratiã Dei, in qua iustificamur per Iesum Christũ dominũ nostrũ ad solã remissionẽ peccatorum valere quæ iam commissa sunt,nõ etiam ad adiutorium vt non cõmittantur, anathema sit.

Can.

Can. 4. Quod per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus, & diligere vt faciamus.

Item quisquis dixerit eandem gratiam Dei per Iesum Christum dominũ nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccãdum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valdè impium est vt credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, ad eã quæ ædificat, non habere, cum sit vtrunque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus: vt ædificente charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: Qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est; Charitas ex Deo est.

De consec. dist. 4. Quisquis dixerit.

1. Cor. 8.

Psal. 93.

Ioan. 4.

Can. 5. Quod gratia Dei præstet vt lex impleatur non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

Itẽ placuit vt quicũque dixerit ideo nobis gratiã iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitriũ, facilius possimus implere per gratiam, tanquam & si gratia nõ daretur, nõ quidẽ facile, sed tñ possimus etiã sine illa implere diuina mandata, anathema

De consec. d. 4. Placuit vt.

sit, De fructibus enim mãdatorũ dñs loque-
Ioan.15. batur, vbi non ait, Sine me difficilius poteſtis facere, ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.

Can.6 Quod iuxta ſententiam Ioannis Euangeliſtæ, nemo ſit qui eſſe poſſit ſine peccato.

1.Ioan.1.1. Itẽ placuit quod ait ſanctus Ioannes Apoſtolus, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quiſquis ſic accipiendũ putauerit, vt dicat, propter humilitatem non oportet dici nos non habere peccatum, non quia veritas eſt anathema ſit. Sequitur em̃ Apoſtolus &
Ibidem. adiungit: Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet hoc non tantum humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere, Si dixerimus quia non habemus peccatum, noſipſos extollimus, & humilitas in nobis nõ eſt. Sed cum ait, Noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt: ſatis oſtendit eum qui ſe dixerit non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

Ca.7. Quod vnicuique etiam iuſto dicere oporteat, Dimitte nobis debita noſtra.

Matth.6. Itẽ placuit vt quicunq; dixerit in oratione dñica ideo dicere ſanctos. Dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicãt, quia non eſt eis iã neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis qui ſunt in ſuo populo pctõres, & ideo

non

non dicere vnumquenque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacob? dum dicebat. In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes, nisi, vt ista sententia conueniret & Psalmo vbi legitur. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus cum in oratione pluraliter diceret. Peccauimus, iniquitatem fecimus, &c. quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodũ quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarẽ & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo nostro, noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, quia futuros istos qui tam male intelligunt, tanquam propheta prævidit.

Iacobi 3.
Psal. 142.
Eccles. 8.
Iob. 37.
Dan. 9.
Ibidem.

Can. 8. Quod à sanctis veraciter dicitur Dimitte nobis debita nostra.

Itẽ placuit vt quicũq; verba ipsa dñicę orationis, vbi dicim?, Dimitte nobis debita nostra, ista volũt à sanctis dici, vt humiliter, non

Matt. 6.

veraciter hoc dicat anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere? Huc vsque de fide contra Pelag. nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

Can. 9. Quod ad communes causas ecclesiæ, generale concilium congregari oporteat, in priuatis vero causis speciale vniuscuiusque prouinciæ.

Placuit vt non sit vltra fatigādis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Aphricæ, vndecunque ad hanc sedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea prouincia vbi opportunitas persuaserit. Causę autem quę communes non sunt in suis prouinciis iudicentur.

Can. 10. Vt epistolas ad concilium euocandum metropolitanus subscribat & dirigat.

Placuit etiam pati, vt omnium episcoporum epistolis omnibus de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat.

Can. 11. Vt de hæreticis & infidelibus quicquid in concilio constituitur, à principe impetretur.

Placuit & illud aduersus hæreticos, vel paganos, vel eorū superstitiones, vt legati missi de hoc glorioso cōcilio, quicquid vtile prouiderint, à glorioſissimis principibus impetrēt.

Can.

Ca.12. Vt preces & orationes compositæ, nisi probatæ fuerint in concilio, non dicantur.

Placuit etiã & illud, vt preces vel orationes, seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicãtur in ecclesia, nisi q̃ à prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

Ca.13. Vt posteriores anterioribus episcopis nõ præferantur.

Palentinus eps dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequar ea quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim sic inuiolatè permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita vt nullus fratrũ priorib⁹ suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis legitimis id semp exhibitũ est prioribus, qđ ab insequentibus rationabiliter semp acciperet. Hunc ordinẽ iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius eps dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent incõsideratę mentes quorũdã, quę ad hæc statuẽda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est quam insinuauit frater & coepiscopus noster, vt vnusquisq; nostrũ ordinem sibi decretũ à Deo cognoscat, & po-

steriores anterioribus deferant, nec eis incõsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos q̃ putauerint spretis maioribus aliq̃d præsumẽdũ, cõpetenter esse ab omni concilio coercendos. Vniuersi epi dixerunt: Hic ordo & à patribus & à maioribus est seruatus & à nobis Deo propitio seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

Ca.14. Vt episcopi pro tempore consecrationis suæ literas ab ordinatoribus habeant.

Deinde placuit vt quicunque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorũ subscriptas, continentes consulem & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Ca.15. Vbi primum quis legerit, ibi permaneat clericus.

D.72. Placuit vt. Item placuit vt quicunq; in ecclesia vel semel legerit, ab alia eccles. ad clericatum non teneatur.

Ca.16. Vt pro causis ecclesiarum exequutores vel aduocati à principe postulentur.

Placuit p̃terea vt exequutorib⁹ in omnib⁹ iustis desideriis impetratur. Placuit etiã vt petatur à glorioſissimis Impatoribus, vt iubeãt iudicibus dare peritos sibi defensores scholasticos qui in actu sint vel in officio defensionum causarũ ecclesiasticarũ, more sacerdotũ, vt prouinciæ iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem

pro

pro negotiis ecclesiarum (quoties necessitas flagitauerit) vel ad obsistendum callidè decipientibus vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

Ca. 17. Vt neque dimissus, neque dimissa alteri coniungantur.

Placuit vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinā, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petendam promulgari. 37. q. 7° Placuit vt. 1. Cor. 7.

Ca. 18. De his qui in sua prouincia non communicant, vt alibi non communicent.

Placuit vt quicunque non communicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam communionis vel clericatus excipiat.

Ca. 19. De clericis qui apud principem seculare iudicium aut synodale implorauerint.

Placuit vt quicunq; ab Imperatore cognitionē iudiciorū publicorum perierit, honore proprio priuetur: si autem episcopale iudiciū ab Imperatore postulauerit, nihil ei obsit. 11. q. 1. vt quicunque.

Ca. 20. Vt sine formatis nemo ad comitatum proficiscatur, & qualiter formata fiant.

Placuit vt quicunque clericus propter necessitatem suā alicubi ad comitatū ire voluerit,

formatam ab episcopo suo accipiat. Quòd si sine formata voluerit pergere, à cõmunione remoueatur. Quòd si alicubi ei repẽtina necessitas orta fuerit ad comitatũ pergendi, alleget apud eũm loci eius ipsam necessitatẽ, & de hoc scripta eiusdem episcopi deferat: formatæ autem quæ à primatibus, vel à quibuscunque episcopis clericis propriis dantur, habeãt diem Paschę. Quòd si adhuc eiusdem anni Paschæ dies incerta est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet post consulatum in publicis gestis ascribi.

Ca. 21. *De episcopis qui quod repetere poterant prætermissa synodo inuaserunt.*

16. q. 6. Placuit vt. Item placuit vt quicunque episcopi quascunque ecclesias, vel plebes quas ad suã cathedram æstimant pertinere, non ita repetierint, vt causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus siue nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio sed adhuc inde contendunt, ille discedátque constiterit prætermissis iudiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si à primate vt retineat literas impetrarit, sed siue habeat literas siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum apparear pacificè tenuisse ecclesiam ad se pertinentẽ si aũt

ille

ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consultu primatis delegerint.

Ca.22. De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.

Item placuit vt presbyteri, diaconi vel cęteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporũ suorũ q̃sti fuerint, vicini episcopi eos audiant. & inter eos quicquid est, finiant adhibiti ab eis ex cõsensu episcoporum suorũ. Quòd si & ab eis prouocandũ putauerint, non prouocent nisi ad Aphticana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Aphricam in communionem suscipiatur. *2.q.6. Placuit vt presbyteri.*

Ca.23. De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.

Placuit vt quicunque conuersus ab hæreticis dixerit se apud eos pœnitentiã accipere, vnusquisque catholicus episcopus requirat vbi & ob quam causam apud eosdem hęreticos pœnitentiam susceperit: vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

Ca.24. De ep̃is negligentibus aduersus hæreticos. *16.q.3. Pla*

Item placuit vt quicunque negligunt loca eccl. vt.

ad suam cathedram pertinentia in catholicã vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morẽtur. Quòd si intra sex menses à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sanè vt si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impune ibi sint, & suã diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solertior vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituant. Sanè si episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille Primas det iudices in cuius prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur aut tres. Quòd si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum: A iudicibus autem quos cõmunis consensus elegerit, nõ liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtẽperare iudicibus, cum hoc primæ sedis epõ fuerit probatum, det literas vt nullus ei cõmunicet episcoporũ donec obtemperet.

2.q.6. A iudicibus.

2.q.6. Quisquis.

Can. 25. Vnde supra.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur à vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare nõ possit.

possit. Quòd si ex die quo conuenitur, intra sex menses si in eius prouincia executio fuerit, non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur episcopo. Si autem probatum fuerit eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos eo sciente non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

Can. 26. De virginibus quæ intra vigintiquinque annos necessitate cogente velantur.

Item placuit vt quicunque episcoporũ necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cũ vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, seu velauit intra vigintiquinque annos ætatis, non ei obsit concilium quod de isto annorum numero constitutum est.

Can. 27. De episcopis qui post acta Carthaginensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.

Item placuit ne diutius vniuersi epi qui ad cõciliũ cõgregati sunt, tenerẽtur ab vniuerso cõcilio ternos iudices de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carth. Vincentius, Fortunatianus & Clerus. De prouincia Numidiæ, Alypius, Augustin. & Restitu-

tus. De prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate Crescónius, Iocundus & Emilianus. De Mauritania Sitifensi, Seuerianus, Asiaticus & Donatus. De prouincia Tripolitana, Plautius, qui (ex more) legatus vnus est missus: qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petiit vniuersum concilium, vt cunctis siue gestis quæ confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt. Aurelius epṡ ecclesiæ Carthagin. huic decreto consensi, & perlecto subscripsi. Donatianus Telepiensis primę sedis subscripsi, Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

Finit concilium Mileuitanum.

Decreta Zosimi papæ.

a.d.402. Zosimus. Pōt. 41. Tempore huius fuit Lucius hæreticus & Pelagius damnatus est.

Zosimus papa natione Grę⁹, sedit annū 1. mens. 2. dies 11. sub Honorio & Theod. iuniore. Hic Paschale cereū sacrauit. Seruis sacerdotio sacerdotibus verò tabernis interdixit. Ex eius decr. hoc extat ex Gratiano desūptū.

25 q. 1. Contra statuta.

Contra statuta Patrū cōdere aliquid vel mutare, nec huius quidem sedis pōt authoritas, apud nos ēm conuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrū sanxere reuerentiā.

Extant etiam eiusdem duę decretales epistolæ altera ad Isychium Salonitanum episcopum, altera ad clerum Rauennatium.

Decreta Bonifacij primi, papæ.

Bonifa-

Bonifacius primus, Romanus, sedit ann. 3. mens. 8. Hic Eulalio schismatico superato, statuit ne mulier sacra attingeret, nec incensum adoleret. Prohibuítque ne obnoxius, aut errans, aut annis 30. minor ad sacerdotium admitteretur. Huius Pontificatum insignem reddidit diuus Hierony. presbyter. Moritur in Bethlehem ætatis suæ anno 91. Quantum hic vita & doctrina iuuerit ecclesiam Dei, aliis iudicandum relinquo. Siquidem claruit miraculis & eius scripta omnibus sunt in precio. Decretum eiusdem Bonifacij: De ætate presbyterorum, ne ante 30. ann. ordinentur, prætermisimus, quia hoc idem exaratum est in statutis Fabiani. *Bonifac. r. Pont. 42.*

CONCILIVM CARTHAGIN. Sextum, ab episcopis 217. celebratum.

In hoc concilio quæ statuta sunt breuis declarat annexus. Primum interfuit Legatio ecclesiæ Rom. Faustinus eps. Philippus & Asellus presbyteri. Deinde actum est, vt ab episcopis Orientalibus peteretur Nicęnū concilium. Vbi in præsentia omnium, exemplaria Nicænæ synodi (sicut à Patribus constituta fuere) in medium prolata sunt. Postremò recitata fuit professio fidei Nicæni concilij, quam superius post canones suo loco inseruimus. *Lege in Volumine conciliorum.*

Explicit concilium Cartha. 6. prouinciale.

Septimum sub eodem Bonif. 1. per 38. episcopos celebratum est, nihil habens quod ad nostra hæc tempora pertineat. In hac synodo fuerunt recitati canones conciliorum diuersorum vniuersæ prouinciæ Aphricæ, nu. 105. Quos non recensemus, quia quæ ibi decreta sunt, superioribus probantur inserta.

Hoc in loco adiecta sunt etiam capita Nicæni concilij è Græco in Latinum conuersa, missa ab Episcopis Orientalibus ad concilium Aphricanum, sicut in concil. Cartha. 6. latius explicantur in vol. concil.

Decreta Cælestini primi, papæ.

Cælestinus 1. Pont. 43. Sub hoc Pont. meritur B. Augu. & Nestorius in Mariã matrem Dei blasphemauit.

Cælestinus 1. Ro. sedit ann. 8. mẽs. 10. dies 17. Hic Psalmos Antiphonis interstrinxit, Introitus, Gradus, Tractus, Offertoria, Communiones & Orationes inseruit Missæ. Clericos canonicarum institutionum doctos esse voluit. Scotos atque Britannos in viã Christi reduxit.

Extat epistola eius ad episcopos Galliæ, in qua damnat errores Pelagij, quos iã dãnarat Innocen. primus in epist. ad Carthaginense concilium, cuius initiũ est, Inquirendo de his rebus quas omni, &c. Quos etiã dãnauit concilium Mileuitanũ. Ideo superuacaneũ duximus hic omnia illa transcribere per capita, nisi titulis duntaxat in hac serie expressis.

Primum notat, quòd nisi gratia Dei iuue-

mur

mur, insidias diaboli euitare non possumus.

Secundò, Quòd Adam omnes homines læserit, nec quempiã per liberũ arbitrium posse cõsurgere, nisi eum gratia Dei erexerit.

Tertiò, quòd nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius qui solus est bonus.

Quartò, quòd per Christum libero bene vta ur arbitrio.

Quintò, quòd omnia sanctorum merita dona sint Dei.

Sextò quòd omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo sunt.

Septimò, quòd gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuet ne cõmittãtur, & præstet vt lex impleatur, non sicut Pelagius ait, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

Octauò, quòd præter statuta sedis Apostolicæ omnes orationes ecclesiæ gratiã Christi resonant, qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.

Nonò, quòd gratiam Dei etiam baptizandorum testatur instituta purgatio. cum exorcismis & insufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi.

Extat alteta epistola eiusdem Cælestini ad eosdem episcopos Galliæ, quos corrigit in nonnullis superstitionibus, vt sequitur.

Ca. 1. Quod non debeant sacerdotes amicti pallij in ecclesia ministrare.

Didicimus quosdam domini sacerdotes superstitioso potius cultui inseruire quàm mentis vel fidei puritati: qui amicti pallio & lumbos præcincti credunt se sanctæ scripturæ fidem non per spiritum, sed per literam complexuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt vt taliter seruarentur, cur nō fiūt pariter quæ sequūtur, vt lucernæ ardentes in manibus vnà cū baculo teneantur? Habent autē suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt ea magis qua decet significatione seruentur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, de quo dicitur: Sic luceāt opera vestra. Discernendi à plebe vel cęteris sumus doctrina, non veste, conuersatione non habitu, mētis puritate non cultu. Nā si studere incipiamus nouitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, vt locū superuacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mētibus infundenda præcepta sunt.

Luc. 12.

Matt. 5.

Ca. 2. Quòd nulli sit vltima pœnitentia neganda.

26. q. 6. Agnouimus morien.

Agnouimus pœnitentiā morientibus denegari, nec illorum desyderiis annui q̄ obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiūt remedio subueniri. Horrem⁹ fateor tantæ impietatis

aliquem reperiri, vt de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quouis tempore cõcurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se ille expediri desiderat & liberari. Quid hoc rogo aliud est quam morienti mortem addere, eiúsque animam suam crudelitate ne absolui possit, occidere? Cum Deus ad subueniendũ sit paratissimus, & inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens, Quacunq; die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum vt conuertatur & viuat. Salutem ergo homini adimit quisquis mortis tempore pœnitentiã denegauerit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subeniendũ morienti sufficere vel in momento posse nõ credit. Perdidisset latro in cruce præmiũ ad Christi dexterã pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum, mẽte potius est æstimanda quam tempore, Propheta hoc taliter asserente, Cum conuersus ingemueris, tũc saluus eris. Quũ ergo dominus sit cordis inspector, quouis tẽpore non est denegãda pœnitentia postulanti, quũ ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Ezech. 33. & 18.

Luc. 23.

Ezech. 18. & 33.

CANONES DVCENTORVM sanctorũ & beatorũ Patrum, qui in Epheso conuenerunt sub Theosio Imperatore,

& Cælestino papa. Luciano Mantuano Monacho Casinen. interprete.

De hac synodo habes supra.

Can. 1. Vt qui cum Celestio aut complicibus sentiunt, deponantur.

Quoniam autem oportebat & absentes à sancta synodo, morantésq; in vrbibus & prouinciis ob aliquod impedimentũ, siue ecclesiasticũ, siue corporeũ, nõ ignorare q̃ de ipsis sunt cõstituta, significamus sanctitati vestræ ac dilectioni, vt si q̃dã Metropolita prouinciæ derelicta sancta & œcumenica synodo, aut accessit ad illorũ defectionis consessum, aut accedet in posterũ, siue cũ Celestio sensit aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere aduersus prouinciæ episcopos, vt qui iam inde à synodo totius ecclesiasticæ cõmunionis expers sit factus, & prorsus inutilis: sed & ipsis episcopis illius prouincię circúmq; vicinis Metropolitis recta sentientibus subiacebit, vt omnino deiectus sit à sede episcopatus.

A synodo Ephesina recesserunt quidã numero circiter 30. qui deprehensi sunt Nestorij atq; Celestij sensa tenere. Fugerũt autem nolentes vnã cum Patribus Nestorium condemnare, quos sancta synod⁹ omnia ecclesiastica cõione priuauit, & sacerdotij oñe munus ademit. Hic est scopus huius canonis.

Can. 2. Qui deficientibus à synodo adhæserunt, sacerdotio priuantur.

Si qui

Siqui autem prouinciales epi à sancta synodo defecerunt, vel deficientibus adhæserunt aut adhærere tentarunt, vel etiam postquam subscripserunt Nestorij depositioni, rursus ad defectionis confessum nihilominꝰ recurrerunt: istos placuit sanctæ synodo penitus alienos esse à sacerdotio, à gradúque cecidisse.

Ca. 3. Restituuntur qui à Nestorio sunt sacerdotio prohibiti.

Siqui verò ex clericis in singulis vrbibus aut regionibus à Nestorio & conspirãtibꝰ sacerdotio prohibiti sũt, & rectè sentirent, iustũ putauimꝰ hos quoq; propriũ gradũ accipere. In summa autem clericos orthodoxæ & œcumenicæ synodo cõsentientes, iubemus eis qui defecerunt aut defecturi sunt epis nullo pacto aut ratione subiectos esse debere.

Regiones intelligit pagos aut vicos.

Ca. 4. Qui cum Nestorio aut Celestio sentiunt, deponantur à synodo.

Siqui autem clericorum defecerint, & ausi fuerint vel priuatim vel publicè quæ sunt Nestorij aut Celestij sapere, sancitum est à sancta synodo istos quoque depositos esse.

Ca. 5. Quos sancta synodus condemnauit, restitui non debere.

Quicunque aũt ob turpia gesta sunt à sancta synodo condemnati, vel à propriis eorum episcopis, quibus præter canones Nestorius qui nullum rerum discrimen habebat, & qui

cum illo eadē sentiunt, restituere conati sunt gradum vel communionem, aut conarentur, istos censuimus inutiles esse, & manere nihilominus depositos.

Can.6. Contra turbatores gestorum in synodo.

Similiter autem & si qui velint ea quæ de singulis per sanctam synodum gesta sunt Ephesinam quocunque modo mouere, sancta synodus ipsa decreuit. si quidem episcopi aut clerici fuerint eos omnino à proprio cadere gradu. Si in verò laici, aut alij, sine communione permaneant.

Collocutio eiusdem sanctæ synodi edita postquam lecta fuit expositio sanctorum aut beatorum Patrum trecentorum decem & octo apud Nicæam, & impium symbolum à Theodoro Mopsuestiēsi confictum, & à Carisio presbytero Philadelphiæ porrectum sanctæ synodo Ephesinæ. *Can.7.*

His igitur lectis, decreuit sancta hæc synodus alteram fidem nemini licere proferre aut scribere aut componere, præter eam quæ definita fuit à sanctis Patribus apud Nicæam vrbem in spiritu sancto congregatis.

Eos autem qui fuerint ausi aliā fidem componere siue portigere aut proferre, his qui volunt ad cognitionem veritatis cōuerti vel ex Geātib⁹ vel ex Iudæis, vel etiā ex qualibet hæresi, istos siquidem ep̄i fuerint aut clerici, alienos esse ep̄os quidem ab ep̄atu, clericos autem

autem à clericatu. Si verò laici fuerint, anathematizari. Pari modo si deprehensi fuerint aliqui siue episcopi siue clerici seu laici sentientes aut docentes ea quæ continentur in expositione per Carisium allata presbyterũ de incarnatione vnigeniti filij Dei, seu scelerata atque peruersa Nestorij dogmata, quæ & subiecta sunt, subiaceant sententiæ sanctæ huius & œcumenicæ synodi. Vnde liquet episcopum quidem alienum ab episcopatu, atque depositum esse, clericúmque similiter cecidisse à clero: & si laicus fuerit, anathemati subiacere quemadmodum dictum est.

Edictum eiusdem sanctæ synodi ex aduentu Cypriorum episcoporum constitutum atque vulgatum.

Can. 8.

Rem nouã, ac præter ecclesiasticas leges & canones sanctorum apostolorũ, quæ & libertatem omniũ tangit, Deo dilectus coepiscopus Regynus annũciauit, vnà cũ Deo dilectis episcopis prouinciæ Cypri Zenone & Euagrio. Nempe episcopum Antiochenũ in Cypro facere ordinationes, quemadmodum per libellos & proprias voces fidẽ facere religiosissimi viri, qui ad sanctam synodũ huc accesserunt, habebũt ius suum intactum & inuiolatum, qui sanctis Cypriorũ ecclesiis præsunt secundum canones sanctorum Patrum, & antiquam consuetudinẽ per seipsos religiosissi-

In sexta synodo. Gene. ca. 39. confirmat hũc octauum canonẽ vt Cypri eccle sia sit principalis & prima.

morum episcoporum facientes ordinationes. Idem autem & in aliis diœcesibus omnibúsque vbique prouinciis erit seruandum, vt nullus videlicet Deo dilectorum episcoporũ alienam inuadat prouinciam, quæ non prius atque ab initio sub illius, seu antecessorum suorum fuerit potestate. Sed & siquis occupauerit, vel vi sibi subegerit, idem ipse restituat, ne Patrum statuta frangantur, néve sub specie sacræ functionis potẽtiæ tumor irrepat, sicque incogitantes & paulatim libertatem pdamus, quam Iesus Christus dominus noster redemptor hominum oĩm proprio sanguine nobis quæsiuit & condonauit. Placuit igitur sanctæ & œcumenicæ synodo vt singulis prouinciis pura & inuiolata, quæ iam inde ab initio habent, sua iura seruentur, vt vnusquisque Metropolita secundũ priscum & solitum morem rerum faciendarũ æqualiter facultatẽ obtineat, propriúmque ius firmum possideat. Quòd siquis superbia cõtumaci definitis obuiã ierit, hunc obrogatum iri placuit toti sanctæ & œcumenicæ synodo.

Expliciunt canones synodi Ephesinæ generalis.

Secũdũ veterẽ translationem. Concilium Ephesinũ contra Nestorium.

CONCILIVM EPHESINVM vnum ex quatuor principalibus, sub Cælestino primo papa.

Habitũ est aduersus Nestoriũ Constãtinopolitanum epm, qui purũ hominẽ ex sancta virgi-

virgine Maria natum asseruit, vt aliã personã carnis, aliam faceret deitatis, nec vnum Christum in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei alterum hominis prædicaret. Conuenit autẽ hæc synodus sub Theodosio iuniore, Era. 468. Cui synodo vice sancti Cælestini papæ (cuius anno penultimo celebrata est) præsedit beatissimus quõdam Cyrillus Alexandrię episcopus, qui cum vniuerso concilio ad eũdem Nestorium synodalia decreta trãsmisit, vt habetur in epistola concilij Ephesini ad ipsum Nestorium. In qua symbolum fidei, quod à magno illo concilio apud Nicæam congregato traditum est, prolixe interpretãtur, vt iure optimo possint dici summa quædam totius doctrinæ Christianæ.

Sequuntur ea quæ à 200. episcopis in synodo Ephesina congregatis cum anathemate definita sunt. Ca. 1.

Si qs nõ cõfitetur Deũ esse veraciter Emanuel, & ꝓpterea Dei genitricẽ sanctã virginẽ: peperit enim secundum carnem, carnẽ factũ Dei verbum, secundum quod scriptum est, Verbum caro factum est, anathema sit.

Can. 2.

Si quis nõ cõfitetur carni secundũ substantiã vnitũ Dei patris verbũ, vnúmq; esse Christum cum propria carne, eũdem scilicet Deũ simul & hominem, anath. sit. Ca. 3.

Si qui in vno Christo diuidit substãtias post vnitatem, sola eas connexione coniungens, eámque quæ secundum carnis dignitatẽ sit, vel etiam authoritatẽ & potestatẽ, ac non potius conuentu, qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit. *Can.4.*

Si quis in personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in Apostolicis scriptis continẽtur & Euãgelicis, diuidit, vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidem ex his velut homini qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, aptauerit, illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei patris verbo deputauerit, anathema sit. *Can.5.*

Si quis audeat dicere hominem Christum, Theophoron, id est, Deũ ferentẽ, non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquã filiũ per naturam secundum quod verbum factũ est caro, & communicauit similiter vt nos carni & sanguini, anathema sit. *Can.6.*

Si quis dicit Deũ esse vel dominũ Christi Dei patris verbũ, & non magis eundẽ ipsum confitetur Deum simul & hominẽ, propterea quòd verbum caro factum est secundũ scripturas, anathema sit. *Ca.7.* *Ioan.1.*

Si quis velut hominẽ Iesum, operãte Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriã tãquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit. *Can.8.*

Si

Si quis audet dicere assumptum hominem coadorandũ Deo verbo, & cõglorificandã & nuncupãdũ Deũ, tanquã alterum cum altero (nam consyllaba superadiecta hæc cogit intelligi) ac non potius vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnámq; ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit. Ca. 9. Ioan. 1.

Si quis vnũ dominũ Iesum Christũ glorificatum dicit à spiritu sancto, tanquã qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & corã hominib⁹ diuina signa perficere, ac nõ potius fatetur ei⁹ propriũ spiritum p quẽ diuina signa expleuit, anathe. sit. Ca. 10.

Pontificem & Apostolum cõfessionis nostræ factum esse Christum, diuina scriptura cõmemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei verbum qñ caro factum est, & homo iuxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut qui dicit quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & nõ potius prõ nobis solis (nõ enim eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit. Can. 11. Heb. 5. Ephes. 5. Esa. 53.

Si quis nõ cõfitetur carnem dñi viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei patris,

sed velut alterius præter ipsum, coniuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse quia facta est propria verbi cuncta viuificare valentis, anathe. sit. *Ca.* 12.

Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne
1. Cor. 5. gustasse, factúmque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, & viuificator vt Deus, anathema sit. *Can.* 13.

Idem habetur in concilio Chalcedonen.

Ait igitur magna & sancta synodus, ipsum qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium vnigenitum, Deũ de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit pater, hunc descendisse, incarnatũ esse, & hominẽ factũ passum esse, & resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cælos. Hæc nos sequi verba debemus: his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerãtes quid sit incarnatum esse, & hominem factũ Dei verbũ. Nõ enim dicimus ꝙ Dei natura cõuersa vel immutata, facta sit caro, nec ꝙ in totũ hominẽ qui est ex anima & corpore, transformata sit, sed magis quòd carnẽ animatã anima rationali sibi copulauerit, verbũq; substantialiter ineffabiliter & incomprehẽsibiliter factus sit homo, & nũcupatus sit etiã filius hominis, nõ nuda tantummodo volũtate, sed nec assumptione sola personæ, sed ꝙ diuersæ qdẽ naturę in vnũ conuenerint, vnus tñ ex ambabus

Chri-

Christus,& filius nõ euacuata vel sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum Deum, & Christum & filium,i. diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilémque copulationis adunationem. Itaque is qui ante secula omnia est natus ex patre,etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore.Nõ quia diuina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem quam habebat ex patre (est em̃ ineptum & stultũ hoc dicere,ꝙ is qui ante omnia secula est, & consempiternus patri, secundæ generationis eguerit, vt esse inciperet) sed quia propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanã,& processit ex muliere,idcirco dicitur esse natus carnaliter. Nec enim primũ natus est homo cõmunis de sancta virgine, & tunc demũ inhabitauit in eo verbũ,sed in ipsa vulua vteróque virginali secũ carnẽ cõiunxit, & sustinuit generationẽ carnalẽ,carnis suæ natiuitatẽ suã faciẽs. Sic illũ dicimus & passum esse & resurrexisse,non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorũ transfixiones,aut alia vulnera susceperit(deꝰ nanq; incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud ꝙ ipsius proprium factum est, hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat em̃ in eo corpore

quod potiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortē ipsius intelligim⁹. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita & viuificans Deus verbū, sed quia corpus ipsius propriū, gratia Dei (iuxta Pauli vocem) pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortē passus pro nobis: nō q̄ ipse mortē esset expertus quantū ad ipsius naturā pertinet (insania enim est hoc vel sentire, vel dicere) sed q̄ (vt diximus) vera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus, nō quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnū & dominū confitemur, non tanquā hominē cum verbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed vnū iā & eundē adorantes, quia nō est alienū à verbo corpus suū, cum quo ipse etiā assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis assidentibus, sed vno cum carne per vnitatem, quia si talem copulationem factam per substantiā, aut quasi præpassibilem, aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus, vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere & dicere hominem separatim fuisse sola filij appellatione honoratum, & rursus verbum quod est ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus, vnum dominum Iesum Christum

Heb. 2.

Christum. Neque enim adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem (nescio quã) perhibeant personarum. Non enim dicit scriptura verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei verbum similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum propriè suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta vel deposita deitate, aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse cõperimus. Ideóq; illi non dubitauerunt sanctam Virginem dicere Theotocon, non quia verbi natura deitásque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed q̃ ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatũ Dei verbũ, carnaliter natũ esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi quærens tanquam frater, & contestãs cotã Deo & electis ei⁹ angelis, vt hæc nobiscũ sentias simul & doceas, vt ecclesiarũ pax salua seruetur, & cõcordię charitatísq; vinculũ indissolubile maneat sacerdotibus Dei. *Ioan. 1.*

Finis concilij Ephesini.

Decreta Sixti tertij papæ. *a.d.430.*

Sixtus terti⁹, natione Romanus, sedit annis 8. diebus 19. Hic post annum vnum & men- *Sixtus. 3. pon. 44.*

De hoc 2.q.7. Can. Sixtus.

ses octo accusatur Romæ apud Augustum & plebem, ita vt Augustus & multus populus ab eius communione se segregaret. Accusatur autem à quodam Basso. Sixtus autem volens se purgare, fecit vt Valentinianus Augustus sanctam synodum congregaret in basilica beati Petri apostoli. Et facto conuentu cum magna examinatione per iudicium synodicum purgatur à 56. episcopis, & condēnatur Bassus à synodo, ita tamen vt vltimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatē pietatis ecclesiæ. Hoc audiens Valentianus Augustus, cum matre sua Placida furore sancto cōmoti proscriptione Bassum condemnauerunt, & omnia præsidia facultatum eius ecclesiæ catholicæ sociauit. Qui Bassus nutu diuino intra tres menses defunct⁹ moritur. Cuius corp⁹ Sixt⁹ ep̄s cū linteaminibus & aromatibus manibus suis tractās recondidit & sepeliuit apud beatum Petrum apostolum in cubiculo parentum eius.

Extat epistola Sixti tertia ad ep̄os Orietales, elegās & lectione digna, gratias referens q̄ suis literis illū visitauerint in tribulatione & persecutione sua: In qua hanc tradit regulam qua persecuti nos consolari debeamus.

Fratres propter insidiantiū vituperationes aut accusationes, vel ꝓpter laudātiū opiniones, nec ad dexterā nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium siue vitu-

vituperantium ad mentem semper recurrē-
dum est. Et si in ea non inuenitur bonum 11.q.4.
quod de nobis dicitur, magnā tristitiā gene Inter verba.
rare debet. Et rursum in ea non inuenitur
malum q̄ de nobis homines loquuntur, in
magnā debemus lætitiam prosilire. Quid e- Nota.
nim si omnes laudent, & conscientia nos ac-
cuset, aut si omnes accusent, & cōscientia nos
liberos demonstret? Habemus Paulum dicē 2. Cor. 1.
tem: Gloria nostra hæc est testimonium con- Iob. 16.
scientiæ nostræ. Iob quoq; dicit, Ecce in cælis
testis meus. Si ergo est nobis testis in cælo, te-
stis in corde, dimittamus stultos foris loqui
quod volunt. Qui enim aliud detrahentes
faciunt nisi in puluerem sufflant, atq; in ocu-
los suos terram excitant? vt vnde plus detra-
ctionis perflant, inde magis nihil veritatis
videant. Vocandi tamē sunt etiā ipsi & tran-
quillè admonendi, eisq; satisfieri modis om-
nibus debet, scientes q̄ de Iudæis veritas ait:
Ne forte scandalizemus eos. Si autem satis- Matth. 17.
fieri sibi ex veritate noluerint, habes conso-
lationem quam in euangelio aspicias: quia
cū domino dictū fuisset, Scis q̄ Pharisæi au-
dito verbo hoc scandalizati sunt, respondit:
Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Matth. 15.

In capite secundo eiusdē epistolæ Sixt⁹ de-
creuit, vt hi qui nō sunt bonæ cōuersationis,
& quorū vita est accusabilis, vel quorū fides,
vita & libertas nescitur, non possint domi-

ni sacerdotes accusare, nec viles personæ ad accusationem eorum admittantur.

Supra in decretis. Fabiani. In tertio agit de peregrinis siue de prouincialibus iudiciis. Et siquis sibi iudicem senserit aduersum, appellationis vtatur remedio.

In quarto, vt qui crimen obiicit, scribat se probaturum, & qui non probauerit, similem pœnam sustineat.

Ibidem. In quinto, De episcopis accusatis. Vbi placuit vt si episcopus accusatus appellauerit Apostolicam sedem, id statuendum, quod eiusdem sedis Pontifex censuerit.

CONCILIVM PROVINCIALE Rhegien. sub Sixto 3. papa, ab episcopis 13. Era. 472.

Canones concilij Rhegien.

Ca. 2. Taurinatẽ. concilij. ¶ Vt peruersi ordinatores nullis denuo ordinationibus intersint. 1

De remotione eius quèm ordinare perperam duo præsumpserunt. 2

Nicæ. concil. can. 8. De hæreticis & schismaticis epis, si ad catholicã fidẽ venerint, qd obseruari debeat. 3

Vt episcopus benedicat & confirmet neophytum. 4

Vt episcopus, cum sepelierit episcopum, curam habeat ecclesiæ ipsius. 5

Vt absque Metropolitani literis & consensu nullus accedat ad ecclesiã destitutam epo. 6

Finis concilij Rhegiensis.

CON-

CONCILIVM AGATHENSE

prouinciale in ciuitate Agatha in Gallia habitum, ab episcopis 35.

¶ Cùm, in Dei nomine ex permissu regis Alarici in Agathensem ciuitatem sancta synodus conuenisset, & in sancti Andreæ basilica consedissemus, ibíque flexis genibus in terra, pro regno eius, pro longæuitate populi dominum deprecaremur, vt qui nobis congregationis permiserat potestatẽ, regnum eius dominus felicitate extenderet, iustitia gubernaret, virtute protegeret, de disciplina & ordinationibus clericorum * atque Pontificum * vel de ecclesiarum vtilitatibus tractaturi in primis, id placuit vt canones & statuta Patrum per ordinem legerentur. *Exordiũ.*

Can. 1. De contumacibus clericis, & ad officium tardis.

Contumaces verò clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigãtur, & si qui prioris gradꝰ elati supbia, cõmunionem fortasse contempserint, aut ecclesiã frequentare, vel officiũ suũ implere neglexerint, peregrina eis cõmunio tribuatur, ita vt cũ eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatémque recipiant. *d. 50. contumaces.*

Can. 2. De episcopis qui pro minimis causis aliquos excommunicant.

Episcopi verò si sacerdotali moderatione postposita innocentes, aut nimis causis cul- *11. q. 3. Episcopi & sacerdotali.*

pabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam baptismatis festinantes fortasse recipere noluerint, à vicinis epis eiusdē prouinciæ literis moneantur. Et si parere noluerint, communio illis vsq; ad tempus synodi à reliquis episcopis denegetur, ne fortè per excommunicationis peccatum excommunicati longo tempore, morte præueniantur.

Ca 3. De his qui oblationes ecclesiæ defraudant.

13.q.2. Clerici vel. Clerici etiam vel seculares qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

Ca. 4. Si clericus furtum ecclesiæ fecerit.

Ibidem. Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Ca. 5. Si quicquam fuerit episcopo derelictum.

12.q.3. Pontifices. Pontifices quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim dimittitur aut donatur, quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum propriū, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabunt, quia iustum est vt sicut sacerdos habet quod ecclesiæ dimissum est, ita & ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti.

cerdoti. Sanè quicquid per fideicommissum aut sacerdoti aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicunque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare aut retinere non poterit.

Ca.6. De rebus ecclesiæ quomodo ab episcopo habeantur.

Casellas verò vel mancipiola eccleſiæ ẽpi (sicut prisca sanctorũ canonũ p̃cipit autho-ritas) vel vasa ministerij, quasi commendata fideli proposito, integro ecclesiæ iure possideant, id est vt episcopi neque vendere, neque per quoscunque contractus res vnde pauperes viuunt, alienare præsumant. Quòd si necessitas compulerit vt pro ecclesiæ necessitate aut vtilitate, vel in vsufructu vel in directa venditione aliquid distrahatur apud duos vel tres comprouinciales vel vicinos episcopos causa qua necesse sit vendi, primitus comprobetur, vt habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio corroboretur. Aliter facta vẽditio vel trãsactio nõ valebit. Sanè si quos de seruis ecclesiæ bene meritos sibi episcopus libertate donauerit: collatã à successoribus libertatem placuit custodiri. cum hoc ℣ eis manumissor in libertatem contulerit, ℣ tamen iubemus viginti solidorum numerum & modum in terrula vel vineola vel hospitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit,

10.q.2. Casellas vel mãcipiola.

10.q.2. Ea enim.

12.q.2. Si quis de seruis.

post manumissoris mortem ecclesiæ reuocetur. Minusculas verò res, aut ecclesiæ minus vtiles peregrinis, vel clericis saluo iure ecclesiæ in vsum præstari permittimus.

Can.7. De clericis qui ad seculares iudices confugiunt.

21.q.1. Placuit vt clericus.

Id etiã placuit, vt si clericus relicto officio suo, propter districtionẽ ad secularẽ iudicem fortasse cõfugerit, & is ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesiæ communione pellatur.

Can.8. Vt in quadragesima non soluatur ieiuniũ.

De con. d. 3. placuit vt omnes.

Placuit etiam vt omnes ecclesiæ filij, exceptis diebus dominicis, in quadragesima, etiam in die sabbati sacerdotali oratione, & discretionis communione ieiunent.

Can.9. De prædicatione Symboli.

De con. d. 4. symbolũ.

Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis vna die, id est, ante octo dies dominicæ resurrectionis, publicè in ecclesia competentibus prædicari.

Can.10. De benedictione & vnctione altarii.

De con. d. 1. Altaria.

Altaria placuit non solũ vnctione chrismatis sed etiã sacerdotali benedictione sacrari.

Can.11. Qualiter maiores & minores pœnitentiam accipiant.

d.50. pœnitentes.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiã petũt, impositionẽ manuum, & ciliciũ sup caput à sacerdote (sicut vbiq; constitutũ est) consequantur. Si autem comas non deposuerint,

ans

aut vestimenta non mutauerint abiiciantur. Et nisi dignè pœnituerint non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

Ca. 12. Qua ætate diaconi ordinentur.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus vigintiquinque annorũ penitus non committat. Sanè si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo religione promissa, posteaquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. *d. 77. episcopus benedictionem.*

Ca. 13. De sanctimonialibus qua ætate volentur.

Sanctimoniales quantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annũ ætatis suæ quadragesimum non velentur. *20. q. 1. Sanctimoniales.*

Ca. 14. Vt solennitates maiores in ciuitatibus celebrentur.

Si quis etiam extra parochias in quibus legitimus est ordinariúsque conuentus, oratorium habere voluerit reliquis festiuitatib⁹ vt ibi missam audiat, propter fatigationem familiæ, iusta ordinatione ꝑmittimus. Pascha verò, Natali dñi, Epiphania, Ascensione dñi. Pẽtecoste, & natali sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habẽtur, nõ nisi in ciuitatib⁹ aut in parochiis audiant. Clerici verò si in his festiuitatibus *De cons. d. 1. Si quis etiam. Idem Augu. Ianuarius.*

quas suprà diximus, nisi iubente aut permittente episcopo, ibi Missas celebrare voluerint, communione priuentur.

Ca.15. Vt non liceat presbyterum rem ecclesiæ vendere.

12.q 2. Statuimus. quod episcopi.

Statuimus (quod omnes canones iubent) vt ciuitatēses siue diœcesani presbyteri, vel clerici saluo iure ecclesiæ, tem ecclesiæ) sicut permiserint episcopi) teneant: vendere autem aut donare penitus non præsumant. Quòd si fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus si quas habēt proprias, indemnem ecclesiam reddant, & communione priuentur.

Ca.16. Vt clericus minori seniori non præponatur.

d.74. episcoporum etiam.

Episcoporum etiā quorum vita nō reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi fortè elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. Sanè si officium archidiaconus aut propter simpliciorem naturam implere aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ad ordinationem ecclesiæ, quem elegerit episcopus præponendum.

Idē Gregorius Ioanni episcopo Syracusa.

Ca.17. De secularibus qui uxores suas derelinquūt.

33.q. 2. Seculares qui.

Si verò seculares qui coniugale cōsortium nulla culpa grauiori dimittūt, vel etiā dimiserūt, & nullas causas dissidij probabiliter ꝓponētes ꝓpterea matrimonia sua dimittunt. vt aut illicita aut aliena ꝑsumant, si antequā

apud

apud epiſcopos cõprouinciales diſſidij cauſas dixerint, & priuſquam in iudicio damnẽtur, vxores ſuas abiecerint, à communione ſanctæ eccleſiæ, & populi cœtu (pro eo quòd fidem & coniugia maculant) excludantur. *Idem Ambro. ſuper. Lucam.*

Ca. 18. Vt monaſterium nouum inconſulto epiſcopo nullus conſtituat de monachis.

Monaſterium nouum, niſi epiſcopo aut permitente aut probante, nullus incipere aut fundare præſumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, niſi eis teſtimonium Abbas ſuus dederit, nec in ciuitatibus nec in parochiis ordinentur. Monachum niſi abbatis ſui permiſſu aut volũtate ad alterum monaſterium cõmigrãtẽ nullus abbas ſuſcipere aut retinere præſumat, ſed vbicũq; fuerit Abbati ſuo, authoritate canonum reuocetur. *18. q. 2. De Monachis.* *18. q. 5. Monachum niſi.*

Ca. 19. Vt monaſteria puellarum ſint procul à monachis.

Monaſteria puellarũ lõgius à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter obiocutiones hominum collocentur. *18. q. 2. Monaſteria puellarum.*

Ca. 20. De libertis vt in neceſſitate ab eccleſia tueantur.

Libertos legitimè à dominis ſuis factos eccleſia (ſi neceſſitas exegerit) tueatur: quos ſi quis ante audientiã aut perſuadere aut expoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur. *d. 87. Libertos legitimè.*

Ca. 21. Vt poſt Antiphonas orationes dicantur.

De consec. d. 5. Conuenit.

Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, statuendum est (sicut vbique fit) vt post antiphonas collationes ab episcopis vel presbyteris dicantur. & hymni matutini vel vespertini decantentur diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum, & missarū post hymnos capitula de psalmis dicātur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur.

Ca. 22. De his qui propter odium ad pacem non reuertuntur.

d. 90. Placuit etiam.

Placuit etiam vt (sicut plerunque fit) quicunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diuturna obstinatione nequiuerint à sacerdotibus ciuitatis primitus arguntur. Qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de ecccleſiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

Ca. 23. Quòd clericus inconsulto episcopo apud iudicem secularem pulsari non debet.

11. q. 1 Clericum nullus.

Clericum nullus præsumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, nō respondeat vel proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere.

Ca. 24. De episcopis quando hæredes non habent.

12 q. 2. Episcopus qui.

Episcopus q̄ filios aut nepotes, non habuerit, alium q̄ ecclesiam non relinquat hæredē

siquid

si quid de ecclesia non in ecclesiæ causa aut necessitate præsumpserit, quod distraxit aut donauit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitatibus eius consulatur.

Ca.25. De Iudæis qui conuerti cupiunt.

Iudæi (quorum perfidia frequẽter ad vomitum redit) si ad legẽ catholicã venire voluerint, octo menses inter catechumenos ecclesiæ limen introeant. Et si pura fide noscuntur venire, tũc demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptũ tẽpus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur. *De con. di. 4. Iudæi quorum.*

Ca.26. De stipendiis clericorum.

Clerici etiã omnes qui ecclesiæ fideliter vigilantérq; deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum seruitij sui meritum, per ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur. *1.q.2. Clerici.*

Ca.27. De homicidis & falsis testibus.

Itaque censuimus homicidas & falsos testes à communione ecclesiastica esse submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. *24. d Itaque.*

Ca.28. Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licẽtia modo nõ est, etiam aliarũ nuptiarũ euitẽt cõuiuia. Nec his cœtibus misceantur vbi amatoria cantã- *Di.34. Presbyteri.*

tu, & turpia, aut obscœni motꝰ corporũ choreis & saltationibus efferũtur, ne auditus & obtuitus sacris mysteriis deputati, turpiũ spectaculorũ atq; verborũ cõtagione polluãtur.

Ca.29. Ne de pœnitentibus clericus ordinetur.

De pœnitentibus id placuit obseruare, quod sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, vt nullus de his clericus ordinetur, & qui iam sunt per ignorantiã ordinati aut sicut bigami, aut internuptarũ mariti locum teneant. Ministrare diaconus aut consecrare altare presbyter non præsumat.

26.q.6. ministrare diaco.

Ca.30. Ne presbyter benedictionem populo dare præsumat.

Ibidem. Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

Ca.31. Vt ante Missam expletam egredi populus non præsumat.

De con d. 1. Missas. Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat. Quod si fecerint, ab episcopo publicè confundatur.

Ca.32. De non alienãdis ab aliquo rebus ecclesiæ.

12.q. Diaconi. Diaconi vel presbyteri in parochia cõstituti, de rebꝰ ecclesiæ sibi creditis nihil audeãt cõmutare, vẽdere vel donare, quia res ecclesiç, sacratæ Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi cõmissæ

(vt superius cõprehẽsum est) alienare præsumant. Quod si fecerint, conuicti in concilio, & ab honore depositi, de suo proprio aliud tãtũ restituãt q̃tũ visi fuerint præsumpsisse. Sanè si qs qualibet cõditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo ꝓprio tamũ ecclesiæ cõtulerit, quãtum visus est abstuliſſe, tunc demũ illud stare licebit. 12.q 2. Si quis qualibet.

Ca.33. De clericis capitale crimen incurrentibus.

Si episcopus aut presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartham falsauerit, aut falsum testimoniũ dixerit, ab officij honore depositus in monasterium detrudatur, & ibi quandiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. dist. 50, Si episcopus.

Ca.34. De testamento episcopi.

Si episcopi condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantundem de iuris proprij facultate suppleuerit.

Ca.35. Vt sacerdotes canibus ad venandum non vtantur.

Episcopum presbyterum, aut diaconum, canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non liceat. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus à cõmunione suspendatur presbyter duob⁹ mensibus se abstineat, diacon⁹ verò ab omni officio vel cõione suspendatur. d.34. episcopum, presbyterum.

Ca. 36. De venditionibus quas Abbates facere præsumunt.

27. q. 4. venditionibus.

In venditionibus quas Abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur vt quicquid sine episcopi licentia venditũ fuerit, ad potestatẽ episcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Iniustum enim putamus vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur.

Ca. 37. De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.

Lapsis. i. qui in catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili post in hęresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij conditione infrascriptæ obseruationis imponimus, vt præscripto biennio tertio sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentium loco standi, & orandi humilitatem ita nouerint obseruandam, vt etiam ipsi quum catechumeni egredi commonentur, abscedat. Hoc si obseruare voluerint, constituto tempore admittẽdis ad altarium obseruatio relaxetur. Quòd si ardua vel dura fortè putauerint, statuta prꝫteritorũ canonũ implere debebũt.

Ca. 38. De laicis qui in solennitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt.

Ciues.

Ciues qui superiorũ selennitatũ, i. Paschæ ac Natalis domini, vel Pentecostes festiuitatibus cum episcopis interesse neglexerint, quũ in ciuitatibus cõionis vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant, triennio communione priuentur ecclesiæ.

Ca.39. De clericis qui ab ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solẽnibus defuerit, i. Natiuitate domini, Epiphania, Pascha vel Pẽtecoste, dum potius singulatib⁹ lucris studet, quàm seruitio Dei parere, conuenit vt triennio à cõmunione suspendatur. Similiter diaconus vel presbyter si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. *7.q. 1. Si quis.* *Item Hilarius pap.*

Ca.40. De synodo annis singulis congreganda.

Synodum etiam secundum constituta Patrum, annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine domini omnibus salubriter constitutis, synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus & domino nostro regi agamus, orantes diuinam clemẽtiam, vt hæc eadem facere & docere per multos annos in honore domini possimus.

Explicit concilium Agathense.

CONCILIVM AQVILIENSE sub Damaso primo celebratũ tempore quoque beati Ambrosij Mediolanensis epi contra palladiũ & Secundianum Arrianæ hæresis

defensores quos damnarunt in prædicto cõcilio prouinciali, disputãte Ambrosio cũ Palladio. Sẽtentia verò damnationis sub hac forma pronunciata est ab episcopo Constantio.

Palladiũ Arrij discipulũ cuius impietates iam olim damnatæ sunt a patribus nostris in cõcilio Nicæno, & nunc hodie probatæ cum recensérentur à Palladio singulæ, quia non confusus est, dum Dei filium à Deo parte esse alienum, cùm creaturam confitetur, cum tempore dicit, dominum & Deum verum negat solum patrem esse sempiternũ & immortalem, in sempiternum censeo esse damnandum, & vlterius sacerdotem dici nõ posse, nec inter episcopos deputari.

In hoc concilio pro prouinciis Occidentalibus, quia propter prolixitatẽ itineris epi venire nõ potuerũt, adfuerunt Legati prouinciarum, vt legati Aphrorũ, & legati Gallorũ.

Decreta Leonis primi papæ.

a.d.44. Leo.1. Pon. 45.

Leo primus papa, natione Tuscus, sedit annos 21. mensem vnum, dies 13. Hic & doctrinæ & vitę præstantia magnus, Homiliarũ declamator insignis in Chalcedonensi 4. principali 630. eporum synodo, Martiano principe, contra Eutychẽ Abbatẽ, de Christi natura perperã sentientẽ (vt infra dicet) celebrata omnium consensu ter sanctus acclamatus est. Hic ecclesiam ab hæreticis penè discerptã reparauit. Sanctorum statuis reuerentiã sub ana-

Hic Acephalos cõfutauit, Attilam etrouertit & Gensericum mitauit.

anathematis nota decreuit, Secretæ Missæ Sanctum sacrificium, Immaculatam hostiam addidit. Monialibus ante 40. probatæ castitatis annum velum negauit. Ecclesias condidit, & Cubicularios instituit.

CONCILIVM ARAVSICANUM prouinciale, sub Leone primo papa, tempore Theodosij iunioris.

Ca. 1. Vt nullus minister sine chrismate nusquam proficiscatur.

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium, sine chrismate vsquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari: de eo autem qui in baptismate, quacunque necessitate faciente chrismatus non fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi vna benedictio est. Non præiudicantes cuiquam hoc dicimus, sed vt necessaria habeatur chrismatio. *de cons. d. 4. Nullus.*

Ca. 2. De hæreticis si in mortis discrimine conuertantur.

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet.

Ca. 3. De pœnitentibus qui de corpore exeunt.

Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine recõciliatoria manꝰ impositione eis communicare, qđ morientis sufficit *26. q. 6. Qui recedunt.*

reconciliationi secundū definitiones Patrū, qui huiusmodi cōmunionem congruenter viaticum nominauerunt. Quòd si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, vt ostēsis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimā communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

Ca. 4. De his qui ad ecclesiam confugiunt, ne tradantur.

Dist. 77. Eos qui. Eos qui ad ecclesiam confugiunt, tradi nō oportet sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi.

Ca. 5. Quod nullus clericorum mancipia occupet.

Si quis autem mancipit clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

Ca. 6. De libertis qui in ecclesia commendati sunt, ne opprimantur.

In ecclesia manumissos, & per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur.

Ca. 7. De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.

Si quis alibi consistētem clericū ordinādū putauerit, prius definiat vt cū ipso habitet. Nec eū sine cōsultatione eiꝰ epi cū quo ante habitauit, ordinare præsumat, qa non sine cau-.

cansa diu ab alio non ordinatus remansit.

Can. 8. De his qui ciues alienos ordinauerint.

Si qui autem alienos ciues, aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinati in vllo accusantur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis impetrent, cum quibus habitent.

Can. 9. De episcopis qui in aliena ciuitate ecclesiam ædificant.

Si quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimode reseruatur, in cuius territorio ecclesia assurgit. Reseruata verò ædificatori episcopo hac gratia, vt quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is in cuius ciuitatis territorio est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat.

Can. 10. De episcopis qui excommunicatam alterius suscipiunt.

Placuit in reatum venire episcopũ qui admonitus de excommunicatione cuiusque, sine reconciliatione eius qui eum excommunicauit, ei communicare præsumpserit, vt integra omnia (si reconciliatio interceſſerit) de iniustitia vel iniquitate excommunicationis proximæ synodo reseruentur.

Can. 11. De his qui subito obmutescunt.

Subito obmutescens (prout statutũ est) baptizari, aut pœnitentiã accipere potest, si voluntatis præteritæ testimoniũ aliorũ verbis

habet præsentibus in suo nutu.

Can.12. Vt euangelia catechumeni non audiant.

Placuit catechumenis non legi euangelium in ecclesia.

Can.13. De eisdem ne ad baptisteria accedant.

Catechumeni nonnunquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes, ad baptisteria nequaquam.

Can.14. De eisdem ne cum fidelibus benedictionem accipiant.

Segregandi informandíque sunt catechumeni, vt se reuocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles.

Can.15. De fœminis, quæ viduitatem profitẽtur.

17.q.1. viduitatis. Viduitatis seruandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita à presbytero veste viduali, didicimus non esse violandam. Eius verò repudiatorem, vel ipsã talis professionis desertricem, merito esse damnandam decernimus.

Ego Hilarius episcopus subscripsi. Ego Superuentor pro patre & meo episcopo Claudio subscripsi, & recognoui.

Explicit concilium Arausicanum.

CANONES CONCILII

Arausitani circa tempora Leonis primi papæ, De libero arbitrio, & de rebus necessariis per capitula requirendis.

Can.1. De gratia & libero arbitrio.

Si quis

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum i. secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus adversatur scripturæ dicenti: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. *Ezech. 18.* Et nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos *Rom. 6.* ad obediendum, serui estis eius cui obeditis? Et à quo quis superatur, eius & seruus efficitur? *2. Pet. 2.*

Can. 2. Quod prævaricatio Adæ omnes infecerit.

Si quis soli Adę prævaricationem suam, nõ & eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantum corporis (quæ pœna peccati est, nõ autem & peccatum quod mors est animæ) per vnum hominẽ in omne genus humanum trãsisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicẽti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. *Rom. 5.*

Can. 3. De gratia Dei.

Si quis per inuocationẽ humanam gratia Dei dicit posse conferri, non autẽ ipsam gratiam facere vt inuocetur à nobis, contradicit Esaiæ prophetæ, vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum non quærentibus me, palam paparui his qui me non interrogabant. *Esa. 65.* *Rom. 10.*

Can. 4. De purgatione peccati.

Si quis vt à peccata purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem vt etiam purgari velimus, per sancti spiritus infusionem & operationem in nos fieri confitetur resistit ipsi spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à domino, & Apostolo salubriter prædicanti: Deus est quàm operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

Philip.2.

Can.5. Quod ad fidem & regenerationem baptismatis per gratiæ donum perueniamus.

Si quis sicut augmentum, ita etiã initiũ fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis petuenimus, non per gratię donũ, i. per inspiratiõnẽ spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem domini nostri Iesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo non solùm vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et gratia salui facti estis per fidem, non ex vobis, Dei enim donum est. Qui enim fidem qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem: omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodãmodo fideles esse definiunt.

Philip.2.

Ibidem.

Ephes.2.

Can.

Can. 6. Quod gratia Dei sumus id quod sumus.

Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desyderantibus & pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionẽ & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obediẽtiæ humanæ subiungit gratię adiutorium, nec vt obediens & humillimus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes quod non accepisti? & *1. Cor. 4.* Gratia Dei sum id quod sum. *Ibidem 15.*

Ca. 7. Quod non sumus idonei cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis.

Si quis per naturæ vigorem bonũ aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare non expedit, aut eligere siue saluari, id est euangelizanti prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione Spiritussancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligẽs vocem Dei in euangelio dicẽtis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Non *Ioan. 15.* quòd idonei sumus cogitare aliquid à nobis *2. Cor. 3.* quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Recentiores quidam Theologi interpretantur hæc duo loca de auxilio Dei generali, sine quo ni-

Censura authoris.

hil omnino valemus facere, nec opus aliquod naturæ. Magis legitimum est, quod hic sentitur à Cõcilio & pontifice, vt hic non negentur opera naturæ, sed quæ pertinent ad salutem æternæ vitæ.

Can.8. Nemo per semetipsum salutis æternæ mysterium potest conquirere.

Si quis alius misericordia, alius verò per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de præuaricatione primi hominis nati sunt) cõstanti sententia hominem in gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim nõ omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita læsum putat, vt tamen quidam valeant sine reuelatione Dei mysteriũ salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse dominus probat, qui non aliquos sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem pater attraxerit: sicut & Petro dicit: Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere dominũ Iesum Christum nisi in Spiritu sancto:

Ioan.16.
Matt.16.
1.Cor.12.
Philip.2.

Can.9. De adiutorio Dei.

Diuini est muneris cũ rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur, operatur.

Can.10. De eodem.

Adiu-

Adiutoriũ Dei etiã renatis ac sanctis semper est implorandum vt ad finem bonũ peruenire, vel in bono possit opere perdurare.

Can.11. De obligatione votorum.

Nemo quicquam domino rectè vouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.

Can.12. Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, nõ quales sumus nostro merito.

Can.13. De reparatione liberi arbitrij.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, nõ potest reddi. Vnde ipsa veritas dicit: Si vos filius liberauérit, tunc verè liberi eritis. *Ioan.8.*

Can.14. De misericordia Dei.

Nullus miser de quantacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius præueniat me. *Psal.118.* *Psal.58.*

Can.15. De mutatione prævaricationis Adæ.

Ab eo quod formauit Deus, mutatur Adã, sed in peius per iniquitatem suam. Ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi, hæc secundũ Psalmistam, mutatio dextræ excelsi. *Psal.76.*

Can.16.Quod nemo glorietur de substantia sua.

Nemo ex eo quod videtur habere, glorietur,tanquam non acceperit:aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus velut legitur,apparuit,vel vt audiretur,sonuit.Nam sicut Apostolus dicit:Si per legem iustitia,ergo Christus gratis mortuus est.Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.Inde habet,quicunque habet. Quisquis aurē inde se habere negat,aut verè nō habet,aut id quod habet,auferetur ab eo.

1.Cor.4. Galat.2. Ephe.4. Psal.67. Matt.25.

Ca.17.De fortitudine Christiana.

Fortitudinem Gentilium mūdāna cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris non per voluntatis arbitrium, sed per Spiritum sanctum,qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præuenientibus.

Roma.5. Rom.4.

Ca.18.De mercede boni operis.

Debetur merces bonis operibus, si fiāt:sed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant. Neminem,nisi Deo miserante,saluari.

Can.19 De natura humana.

Natura humana etiam si in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante, seruaret. Vnde cùm sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quòd perdidit?

Can.20.Nihil boni hominem posse sine Deo.

Multa in homine bona fiunt quę non facit homo:Nulla verò facit homo bona quæ non Deus præstat vt faciat homo.

Ca.21.De natura & gratia.

Sicut eis qui volentes in lege iustificari, & à gratia exciderunt, verissimè dicit Apostolus:Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, iam hic enim erat lex,& non iustificabat,iam hic erat & natura,& non iustificabat, ideo Christus non gratis mortuus est,vt & lex per illum impleretur, qui dixit, Non veni legem soluere,sed adimplere:& vt natura per Adã perdita, per illum reparare-tur, qui dixit venisse se quærere & saluare quod perierat.

Esa 96. *Gala.2.* *Matt.25.* *Lucæ 19.* *Psal.15.*

Can.22.De his quæ hominum propriæ sunt.

Nemo habet de suo nisi mendaciũ & peccatum.Si quis autem homo habet veritatem atque iustitiam,ab illo fonte est,quem debemus sit ire in hac cremo,vt ex eo quasi guttis quibusdam irrorati,non deficiamus in via.

Esaiæ 10.

Ca.23.De voluntate Dei & hominis.

Suã voluntatem homines faciũt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, vt diuinæ seruiant voluntati, quanuis volentes agant quod agunt, illorum tamen voluntas est, à quo præparatur,& obitur quod volunt.

Can.24.De palmitibus vitis.

Ioan.15. Et Aug. super Ioan.

Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant vnde viuãt. Sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale submini-
strẽt eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & non Christo. Nam præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare, Qui autem præcisus est, non potest sine radice viuere.

Ca. 25. De dilectione qua diligimus Deum.

Prorsus donum Dei est diligere Deũ. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris & filij, quem cum patre amam⁹ & filio. Ac sic secũdum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorũ patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prędicare debemus, & credere, quòd per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia diuina præuenerit. Vnde Abel iusto, & Noe & Abraham & Isaac & Iacob, & omni antiquorum sanctorum multitudini, illam præclaram fidem quam in ipsorum laudem prædicat Apostolus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatã: quia gratiam etiam post adquentum domini

Nota.

Heb. 11. per totum.

omni-

omnibus qui baptizari desyderant, non in libero arbitrio haberi, sed in Christi nouimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud quod iam supra dictum est, & prę dicat Paulus apostolus, Vobis donatum est *Eph. 2.* pro Christo non solùm vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et illud: Deus qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem domini nostri. Et illud: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc nõ ex vobis, Dei enim donum est. Et quod de seipso ait Apostolus: Misericordiam consequutus sum, vt fidelis essem. Non dixit, quia eram, sed vt essem. Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum optimum, & omne *Iaco. 2.* donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quę possint ad probandam gratiam proferri, sed breuitatis studio prætermissa sunt, quia & re vera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quòd accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) quæ ad salutem pertinent, possint & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Aliquot verò ad malum diuina potestate prædestinatos esse non solùm non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum credere velint, cũ omni detestatione n.

illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profitemur & credimus, quòd in omni opere bono nos nõ incipimus, & postea per Dei misericordiã adiuuamur, sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem sui prius inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismũ (cum ipsius adiutorio) ea quæ sibi sunt placita, implere possimus. Vnde manifestissime credendum est, quòd & illius latronis quem dominus ad paradisi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quem angelus domini missus est, & Zachæi, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed diuinæ largitatis donum.

Luc. 23.

Act. 10.
Luc 19.

Hanc definitionem antiquorum Patrum non solùm episcopi, sed laici etiam illustres & magnifici viri subscripserunt.

CONCILIVM VASENSE

sub Leone primo Papa, & Theodosio iuniore celebratum est. In quo nõnullæ cõstitutiones sanctæ sunt per 18. episcopos ibi congregatos, ex quibus aliquas tanquã præcipuas subiicere placuit.

Can. 1. Vt alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed proprij.

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis non prout libitum fuerit, à viciniorib⁹, sed à suis propriis per annos singulos

gulos petant chrisma appropinquante solẽnitate Paschali, nec per quemcũque ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonorum est inferioribus summa committi.

Ca.2. Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

Qui oblationes defunctorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles ab ecclesia sunt abiiciendi, quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certũ est hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedẽtes, votorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ego tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam * patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait: Amico quicquam rapere furtum est, ecclesiam verò fraudare sacrilegium est.

13.q.2. Qui oblationes.

** Hieron. vt habetur 12. q. 2. Gloria epiſcopi.*

Can.3. De sepulturis quomodo non est accipiendum precium.

Præcipiendum est secundum canonum authoritatem, vt de sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius illi quibus cõmissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint. Et

12.q.2. Præcipiẽdum.

tamẽ nullatenus à presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur sine illis qui locis & villis præsunt.

Can.4.Vt presbyteris prædicandi potestas suis plebibus concedatur.

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non solùm in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita vt si presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit prædicare, sanctorum Patrum homiliæ à diaconis recitentur. Si enim digni sunt diaconi, quæ Christus in Euangelio loquutus est legere, quare indigni iudicentur sanctorum Patrum expositiones publicè recitare?

Can.5.Vt Kyrie eleison in omnibus ecclesiis dicatur.

Et quia tam in sede Apostolica quam etiam per totas Orientis, atque Italiæ prouincias dulcis& nimis salubris consuetudo intromissa est, vt Kyrie eleison frequentius cum grãdi effectu ac compunctione dicatur, placuit etiam nobis vt in omnibus ecclesiis nostris ista consuetudo sancta & ad Matutinum &ad Missas, & ad Vesperam, Deo propitiante, intromittatur.

Can.6.Vt in omnibus Missis semper Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicatur.

In om-

In omnibus Missis siue Matutinis, siue in quadragesimalibus, siue in illis quæ pro defunctorum cõmemorationibus fiũt, semper, Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine quo ad Missas publicas, dici debeat: quia tã dulcis & desiderabilis vox, etiam si die noctúque possit dici, fastidiũ non poterit generare. Et hoc nobis iustum visum est, vt nomẽ domini Papæ, quicunque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Can. 7. Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria patri, &c. Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.

Quia non solum in sede Apostolica sed etiam per totum Orientem & totam Aphricã vel Italiam propter hæreticorum astutiã, qua Dei filium non semper cum patre fuisse, sed à tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicatur: etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuímus.

CONSILIVM CARPENTO. sub Leone 1. Papa celebratum est, in quo hæc constitutio à Patribus est definita.

Constitutio sanctorum episcoporum in ciuitate Carpenctoratensi.

Licet omnia quæ ecclesiastica regula præcepit obseruari, in multis canonibus cõtineãtur inserta, nascuntur tñ causę pro quibus necesse habẽt sacerdotes domini quòd ad iusti-

tiam pertinet, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare. Et ideo quia Carpentoracte conuenientes huiusmodi ad nos querela peruenit, quòd ea quæ à quibusdam fidelibus parochiis conferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, vt aut parum aut propè nihil ecclesiis quibus collata fuerant relinquatur: hoc nobis iustũ & rationabile visum est, vt si ecclesia ciuitatis eius cui præest episcop⁹, ita est idonea, vt ipsa nullius indigeat, quicquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui in ipsis parochiis deseruiunt, vel reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si verò episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit: parochiis: quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis vel architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur. Et subscripserunt hanc constitutionem episcopi, quorum nomina in conciliis habentur.

CONCILIVM ARELATENSE tertium sub Leone 1. Papa, celebratũ est à 34. episcopis, Era. 641. Martiano Augusto, Opilione & Vincomalo Consulibus 8. Idus Iulij. Quum in Basilica S. Mariæ in Arelaten. ciuitate sacerdotes domini cõueniissent, congruũ eis & irrationabile visum est, vt primùm de obseruãdis canonibus attẽtissima solicitudine ptractantes, qualiter ab ipis ecclesiasticæ regulæ seruarẽtur, salubri concilio definirẽt.

Pri-

Primum, vt diaconus ante 25. annos, & sacerdos ante 30. non ordinetur. 1

Vt bigami vel pœnitentes, vel repudiatatum mariti ad sacerdotium non prouehãtur. 2

Vt laicus ante annũ cõuersionis nõ ordinet. 3

qui clericum alienum defendere nititur, communione priuetur. 4

Vt laici qui excubias funeris obseruant, cũ timore & terrore & reuerentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec iocos nec saltationes façere, quæ Pagani, docente diabolo adinuenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ contrarium, ibi lętari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolui, & omni pietate & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus & plãctus flebilibus vocibus debuerit resonare ꝓ amissione chari fratris? Patres siquidem veteris & noui testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deploraſſe, in nullo autem loco de illis qui à seculo discesserant, exultasse. Nam & Iacob Patriarcham tota fleuit Ægyptus 70. diebus. Et Ioseph & fratres eius, cùm patrem deferrent in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrãtes exequias, planctu magno atque vehemẽti impleuerunt septem dies. Tantus autem fuit planctus, vt luctus nomen inde acceperit. Et *Gen. 50.* *Ibidem.*

Act.8. de beato Stephano legimus quòd sepelierunt cum viri timorati,& fecerunt planctum magnum super eum.Et ideo talis inepta lętitia & pestifera cãtica,ex authoritate interdicẽda sunt.Si quis autẽ cãtare desiderat Kyrie eleison cantet, si autẽ aliter, omnino taceat. Si autem tacere nõ vult,in crastino à presbytero taliter coerceatur vt alij timeant. 5

CHALCEDONENSE CONC.

vnum ex quatuor celeberrimis,celebratũ est præsentibus 630.Patribus,Temporibus Leonis 1. Papæ, & Martiani Imperatoris, contra Eutychẽ Constantinop. Abbatẽ, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere,sed solam in eo diuinam naturã permanere, & cõtra Dioscorum eiusdem defensorem. Qui condemnata præscripta hæresi statuerunt hos canones, quorum author maximè sanctus Anatolius Constantinop.episcopus fuit.

Can.1.De seruandis canonibus synodorum.

25.q.1.A sanctis patribus. A sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nunc prolatas regulas tenere statuimus.

Can.2.In quo damnatur episcopus qui per pecuniam ordinationem facit.

1.q.1.Si quis episcopus. Si quis episcopus per pecuniã ordinationẽ fecerit,&precio redegerit Spiritussancti gratiã quæ vendi nõ potest, ordinauerítq; p pecuniã presbyterum aut diaconum,vel quemlibet

libet de his qui cognominãtur in clero, promoueri, & dispensatorem aut defensorẽ, vel quemlibet qui subiectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri commodo: is qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione quę est pro negociatione facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate vel solicitudine quam pecuniis acquisiuit. Si quis verò mediator tã turpidibus & nephandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat: si verò laicus, anathematizetur. *Item ex eadem synodo.*

Can. 3. Vt hi qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant.

Peruenit ad sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam aliorum possessiones conductiones, & causas secularium negotiorum suscipiunt, & à sacris officiis se per diuidiam separant, ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritię causa suscipiunt. Decreuit igitur sancta & vniuersalis & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est episcopum siue clericum aut monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus possessionibus posse, nisi forte qui legibus ad minorum ætatis tutelas siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut ipsius. *Dist. 86. Peruenit ad sanctã.*

ciui-

ciuitatis episcopus ecclesiasticum rerum cõmisit gubernacula,& orphanorum ac viduarum quæ indefensæ sunt aut earum personarum, maximè quæ ecclesiastico indigent adminiculo, propter Dei timorem. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, ecclesiasticę subiaceat correctioni.

Ca. 4 Quòd monachi in ciuitatibus episcopo debeant esse subiecti.

16. q. 1. Qui vere & pure. & 18. q. 2. Quidã monachorũ habitu.

Qui verè & purè solitariam eligunt vitã, digni sunt conuenienti honore. Quidam tamen monachorum habitu vtentes indifferẽter per ciuitates incedunt, necnon & monasteria & seipsos propria præsumptione condemnant. Placuit igitur neminem aut ædificare aut constructe monasteria, aut oratorij domum, sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. Eos verò qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt, placet nobis episcopo subiectos esse debere, & quieti operam dare, atque obseruare ieiunia & orationes, in locis in quibus semel se Deo vouerint, permanentes: & neque communicare ecclesiasticas, neque seculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monasteria, nisi forte iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprij licentia. Prætereuntem verò hæc de-

cre-

creuimus extra communionem esse, ne nomen domini blasphemetur. Conuenit ergo ciuitatis episcopo, curam solicitudinémque necessariam monasteriis exhibere.

Ca.5. Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

Propter eos episcopos & clericos qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit desinitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem. *7.q.1. Propter eos.*

Ca.6. Vt nemo ordinetur absolute.

Neminem absolute * ordinari iubemus presbyterum neque diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in ecclesia suæ ciuitatis, siue possessionis, aut in matyrio, aut in monasterio, hic qui ordinatur, mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem qui absolutè ordinantur, decreuit sancta synodus vacuã habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eos ordinauit. *Nicæno cõcil.c.15.dis. 70.neminẽ. * id est, sine titulo.*

Ca.7. Quòd semel in clero taxati, vel monasteriis deputati ad militiam non redeant.

Eos qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus neq; ad militiam neque ad honores seculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idem reuertantur, & antè obtentu Dei sibi pro- *20.q.1. Eos qui semel.*

posuerunt, conuenit anathematizari.

Ca.8. Dispensatores pauperũ episcopo suo obediãt.

8. q.2 Quidam monachorum.

Clerici in parochiis, monasteriis, aut martyriis constituti, sub potestate sint eius qui in ea ciuitate est episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum, neque per præsumptionem recedant à suo episcopo. Eos verò qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocunque modo vel si noluerint subiacere proprio episcopo: si quidẽ fuerint clerici secundum personarum ordinationem subiaceant condemnationibus canonum. Si verò monachi, seu laici fuerint, communione priuentur.

Ca.9. Si clericus contra alium causam habeat, ante episcopum suum examinetur.

11. q.1. Si clericus aduersum clericum.

Si clericus aduersum clericũ habet negotium, nõ relinquat suum ep̃m, & ad secularia iudicia non concurrat, sed prius negotium agitetur apud propriũ ep̃m. Vel certè si fuerit negotiũ ipsius ep̃i, apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur negotiũ. Si quis verò contra hoc fecerit, canonũ correctionibus subiaceat. Et si clericus aduersus suum vel aliũ episcopum habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ conqueratur. Si verò cõtra ipsius prouinciẹ metropolitanum ep̃m ep̃s siue clericus habeat controuersiam, pergant ad ipsius diœcesis primates, aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis

sedem

sedem vt eorum ibi negotium terminetur.

Ca. 10. Vt non liceat de alia ciuitate in aliam transmigrare.

Non liceat clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit vt post ad maiorem ecclesiam confugerit, eum indubitanter reuocari decet ad suam ecclesiam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis verò iam translatus est ab vna ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum priori, siue sub ecclesia constitutis martyribus, siue in parochiis vel xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos verò qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ & vniuersalis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

21.q.1. Clericum in duarum.

Ibi.2. Si quis.

Ca. 11. Vt prouincia in dnos metropolitanos episcopos non diuidatur.

Peruenit ad nos quòd quidam prêter ecclesiasticas ordinationes, affectantes potentiam, per pragmaticum sacrum vnam prouinciam in duas diuidant, & ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in vna eadémque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo. Eos verò qui tale aliquid attentauerint, cadere de proprio gradu.

D. 101. Peruenit ad nos.

Ca.12.Vt sine literis commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret.

d.17.Extraneo clerico.

Extraneo clerico & lectori, extra suã ciuitatem sine cõmẽdatitiis literis proprij episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

Ca.13.quod non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere.

¶D.32. Quoniam in quibusdam.

Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est psalmistis & lectoribus vxores ducere, constituit sancta synodus prorsus cuiquam ex his non licere alterius sectæ accipere vxorem. Si quis verò præuenit, & habet iã de tali connubio filios, si fortè præuenerit eos iam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ ecclesiæ catholicæ, vt ibi cõmunicent. Qui verò adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo, vel Pagano, nisi fortè spoponderit se venire ad orthodoxam fidem, dũ coniungitur personæ orthodoxæ. Si quis verò hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularibus condemnationibus subiaceat.

Ca.14.Diaconissa quæ post ordinationem nubit, anathema sit.

25.q.1. diaconissã non.

Diaconissam non debere ante annos 40. ordinari statuimus, & hoc cũ diligẽti ꝓbatione. Si verò ordinationem susceperit, & quãtocũq; tẽpore obseruauerit ministerium,

& po-

& postea se nuptiis tradiderit, iniuriã faciens gratiæ Dei, hæc anathema sit, cum eo qui in nuptiis illius conuenerit.

Ca.15. Vt nec Deo dedicata virgo, nec monachus nuptiis iungi possint.

Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter monachus, nõ licet eis nuptiis iungi. Si verò inuenti fuerint hoc facientibus, maneant excommunicati. Statuimus verò posse eis fieri humanitatẽ, si ita ꝓbauerit episcopus loci. *27.q.1.Si qua virgo.*

Ca.16. De rusticanis parochiis.

Per singulas ecclesias parochias rusticanas permanere immobiles apud eos qui eas tenet episcopos decreuimus, & maximè si eas sine violentia per triginta annos gubernauerunt. Si verò intra triginta annos facta fuerit de his dubitatio, liceat eis qui se dixerint læsos propterea mouere apud synodum prouinciæ certamen. Si quis verò putauerit se à proprio metropolitano grauari apud primatum diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ ciuitatis sedẽ agat negotiũ, sicut dictum est. Si verò quælibet ciuitas per authoritatẽ imperialẽ reuouata est, aut si renouet in posterũ ciuilibus & publicis ordinationibus, ẽt ecclesiarum parochiarũ sequatur ordinatio. *16.q.3.Per singulas ecclesias.*

Ca.17. De his qui coniurationem aut calumniam contra episcopum faciunt

Coniurationum & consp irationum crimẽ (quod apud Græcos dicitur phatria) publi- *11 q.1. Cõiurationum.*

cis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multò magis in sancta Dei ecclesia (ne fiat) conuenit abdicari. Si qui verò clerici vel monachi inuenti fuerint coniuratores aut conspiratores, aut phratrias vel factiones componentes aliquas suis episcopis, aut aliis omnino: cadant de proprio gradu.

Ca. 18. Quòd corripiantur episcopi qui ad concilium vocati venire recusant.

18. Peruenit ad nostras.

Peruenit ad nostras aures quod in prouiciis constituta episcoporum concilia minimè celebrentur, hoc ex eo probatur quod multa quæ correctione opus habent ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus secundum regulas patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula quæ emerserint, corrigantur. Qui verò noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, & hoc maximè cum sui corporis sanitate sint consistentes, cum etiam ab omnibus aliis vrgẽtibus necessitatibus & inexcusabilibus negotiis sint liberi, licere eos fraternæ charitatis commonitionibus corripi.

Ca. 19. Quod clericus vnius ecclesiæ in aliena non ordinetur.

71. Clericos in singulis. Item, Gre-

Clericos in singulis ecclesiis constitutos, sicut iam definiuimus, nõ liceat in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari, sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis

illis qui proprias ciuitates perdiderunt & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si verò quicunque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere, quandiu ipse clericus ad propriã reuertatur ecclesiã. *gorius Fortunato episcopo.*

Ca.20. De his quî accusant ecclesiam.

Clericos aut laicos passim accusantes, & sine probatione eos aut clericos, ad accusationem non recipiendos decreuimus nisi prius discutiatur eorũ existimationis opinio. *2.q. 7. Clericos aut laicos.*

Ca.21. Clericis non licere diripere bona episcopi.

Non liceat clericis post mortem episcopi sui rapere res pertinentes ad eum, sicuti præcedentibus regulis constitutum habetur. Si verò hæc fecerint, periclitari se nouerint à proprio gradu. *12.q.2. Non liceat clericis.*

Can. 12. Vt monachi qui sine licentia episcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur.

Quidã monachi nihil habentes sibi iniunctum à proprio episcopo, interdũ verò etiã illi qui ab eo fuerãt excommunicati, veniũt ad ciuitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, & diuersorũ domos corrumpunt. Statuit igitur sancta synodus hos primũ cõmoneri, vt exeant à regia ciuitate, demum eos inuitos deiici, ac inde per defensorem *61.q.1. Quidam monachi. Item Pelagius papa Paulino somolitario.*

compelli vt ad sua loca redeant.

Ca. 23. Vt quæ Deo semel dedicata sunt monasteria, cœnacula secularium non fiant.

ī9.q.3 *Quæ semel sunt.*

Quæ semel sunt dicata monasteria concilio episcoporum, maneā pperuo monasteria: & res quæ ad ea pertinēt, monasteriis reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri secularia habitacula. Qui verò permiserint hoc fieri, subiaceant iis condemnationibus quæ per canones constitutæ sunt.

Ca. 24. Quod intra tres menses episcoporum ordinationes fiant.

Dis. 57. Quoniam quidam metrop.

Quoniam quidam metropolitanorū (sicut ad nos perlatum est) negligunt greges sibi creditos, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi fortè inexcusabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius prorogari. Si autem quis episcoporum hoc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere. Reditus verò eiusdē viduatę ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ censemus.

D. 89. *Quia in quibusdā. & 16. q. 7. Quoniam in quibusdam.*

Ca. 25. Vt episcopi dispensatores habeant.

Quia in quibusdā ecclesiis (vt rumore cōperimus) epi præter œconomos facultates ecclesiæ tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere œconomum de clero proprio qui gubernet ecclesiæ res cum arbi-

arbitrio sui episcopi, vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarū, & ex hoc eueniat dispergi eiusdem res ecclesiæ, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis non obseruauerit hoc, diuinis subiaceat regulis.

Ca.26.De his qui mulieres accipiunt.

Eos qui sibi rapiunt vxores, vel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta synodus, siquidem clerici fuerint, decidere à proprio gradu. Si verò laici fuerint, anathematizentur. *36.q.2. Eos qui rapiunt.*

Canones sancti concilij Chalced. finiunt.

Bonifacius presbyter S.E.R. statui & subscripsi, & cæteri episcopi diuersarum ciuitatum vel prouinciarum subscripserunt.

Fides Romanorum ex concil. Chalced. *Fides Romanorum.*

Credimus in vnum Deum omnipotentē, & in vnigenitum filiū eius Iesum Christum, & dominū saluatorem nostrū, & spiritū sanctū, Deū non tres Deos, sed patrem & filium, & spiritum sanctū vnum Deū esse confitemur. Non sic vnū Deum quasi solitarium, nec eūdē qui ipse sibi pater sit ipse filius, sed patrem verū qui genuit filiū verū, i. Deū de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, perfectum de perfecto, totū à toto, plenū à pleno, nō creatum, sed genitum, nō ex nihilo, sed ex patre vnius substantiæ cū patre. Spiritum verò sanctum Deū non ingenitum, neq; genitū, non

creatum, sed nec factum, sed patris & filij semper in patre & filio æternum veneramur, vnum tamen Deum, qui ex vno.

Subscripserunt vniuersi epi, & Eusebius & Constantius presbyteri, agentes vicē Anastasij episcopi Nicææ, & Aristo presbyter habēs vicem Eunomij episcopi Nicomediæ.

Finis concilij Chalcedonen.

SYNODVS CHALCEDON.

360. Episcoporum habita contra omnes hæreses, maximè contra Eutychem & Dioscorum Alexandrinum episcopum, Era. 488. sub Valentiniano & Martiano imperatorib⁹.

Eis adscribitur hoc conciliem ob versionē diuersam. Et hæc est nona.

Actio prima.

In ciuitate Chalcedo. Metropoli prouinciæ Bithyniæ facta est synodus ex decreto piissimorum Imperatorum Valentiniani & Martiani sub die 8. Idus Octob. Indi. 4. in ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ. Congregatis & consedentibus Paschasino & Lucentio reuerendiss. episcopis, & Bonifacio religios. presbytero tenentibus locum sanctiss. & reuerendiss. archiepiscopi vrbis Romæ Leonis, & Anatolio reuerendiss. episcopo inclytæ vrbis Cōstātinop. cæteríſq; reuerendiss. episcopis, & glorioſiss. iudicibus. Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos sancti altaris cū magnificētiss. & eximio Senatu, aduenīēte ēt piissimo Impatore Martiano in supra dicta sanct. Basilica, sanctā synodū allocutus

est

est, animum christianum declarans, qualiter inter tantas publicas vtilitates nullum magis eum constringeret negotium quam rectam & veram fidem christianorum, quæ sancta & vera consistit, indubitatam omnibus declarare: ob idque sanctam conueniisse ostendit synodum, quam non semel hortatur, vt pro viribus inuigilent patres, omneque adhibeãt studium, vt hæresibus omnibúsque prauis sublatis institutionibus, fides nostra pura & sancta in omnium ingredient animas, propriæ veritatis effulgeret luce. Deinde subdidit dicens, Decætero audeat nemo de natiuitate domini & saluato. nostri Iesu christi aliud disputare prẽter quod Apostolicũ præœmium 318. sanctorum patrum tradidisse noscitur, sicut sanctiss. Papæ Leonis, qui apostolicũ gubernat thronum. ad sanctæ memoriæ Flauianum vrbis Constantinop, cp̃m testant̃ literæ. Et post regis hæc verba, Paschasinus reuerendiss. ep̃s & vicarius sedis apostolicæ cũ in medio vnà cum collegis suis stetisset, dixit: Beatiss. atque apostolici viri Papæ vrbis Romæ (quæ est caput oãm ecclesiarum) præcepta habemus præ manibus, qbus præcipere dignatus est, vt Dioscorus Alexandrinorum archiepiscopus non sedeat in concilio, sed audiendus intromittatur, quod nos seruare necesse est. Si ergo præcipit vestra magnificentia, aut ille egrediatur, aut nos exibimus.

Quibus in Græco interpretatis per Berouicianũ virum deuotissimũ & secretariũ sacri consistorij glorioſissimi iudices & amplis. Senatus dixerunt. Quid enim specialiter ingeritur Dioscoro episcopo? Paschasinus verò episcopus & vicarius sedis apostolicæ dixit: Cum intromissus fuerit, necesse est vt illi obiiciatur. Iudices & senatus dixerunt: vt iam interfatisumus, causa quæ obiicitur, specialiter manifestetur. Lucentius episcopus & vicarius sedis apostolicæ dixit: Iudicij sui necesse est eum dare rationem, quia cum nec personam iudicandi habere surrepsit, & synodum ausus est facere sine authoritate sedis apostolicæ, quod nunquam ritè factum est, nec fieri licuit. Paschasinus verò vicarius sedis apostolicæ dixit. Ista sic est. Nos contra præcepta beatissim. atque apostolici Papæ gubernatoris sedis apostolicæ venire non possumus, nec contra ecclesiasticas regulas, vel contra patrum instituta. Iudices & senatus dixerunt: Conuenit vos specialiter quid errauerit, exponere. Lucẽtius episcopus & vicari sedis apostolicæ dixit: & ista sic est. Non patimur tantam iniuriam nec vobis fieri nec nobis, vt ists sedeat qui iudicandus aduenit. Iudices & senatus dixerunt: Si iudicis obtines personam, nõ vt accusator debes prosequi. Et Dioscoro episcopo Alexandriæ secundũ iussionem iudicũ & senatus residente in medio,

&

& residentibus Romanis & episcopis in propriis locis, & tacentibus, Eusebius episcopus Doryletanæ ciuitatis transiens in mediũ, dixit: Per sanctam Trinitatem vos adiuro, quæ custos est principum, quámque colitis, & in qua baptizati estis, cuius quoque inuocatione saluamini, iubete preces meas relegi. Clementissimi iudices miseremini, & adeste fidei quæ violata est à Dioscoro. Clementissimi Iudices per salutem vos adiuro Imperatorũ. Flauianus sanctus episcopus iniquè occisus est. Lachrymis impleor: simul mecum iniustè à Dioscoro damnatus est. Iubete preces meas perlegi. Et lectę sunt publicè preces & querelæ Eusebij Doryletanæ ciuitatis contra Dioscorum, quibus ostendit ipsum Dioscorum in concil. Ephes. secundo malis perturbationibus atque seditionibus mundũ replesse, consensissęque Eutychi vaniloquo hæretico in destructionem religionis, fideique catholicæ. Insuper quod iniustè damnauerit occiderítque Flauianum archiepiscopũ Constantinop. Ad quæ omnia petiit iudices vt præcipiant Dioscorũ respondere.

Quibus perlectis, petentibus Dioscoro & Eusebio, iussu iudicum atq; senatus recẽsita sunt quæ in cõcilio Ephesino gesta fuerãt, vt Dioscori causa innotescceret. Nãque nitebaẽ ipse probare prædictũ conciliũ legitimè cõgregatũ, fuissęque catholicum, & quòd robur

& authoritatem habuerit, vt ex hoc tam ipſe, quam Iuuenalis Hieroſolymorum archiepiſcopus, & Thalaſſius Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus, qui præfati concilij fuerant iudices, euaderent quam iuſtè merebantur damnationem, vel ſi ſecus (vt ſucceſſit) incideret in foueam quam fecit, Quam ob cauſam, & pro manifeſtanda etiam Flauiani innocentia, fecerunt patres, vt legerētur in iſta prima actione acta tam ſynodi vniuerſalis 1. Conſtantinop. quam & 1. Epheſinæ: & quædā epiſtolæ Cyrilli ad Neſtorium hæreticum, & ad Ioannem Antiochiæ epiſcopum de pace & de partu diuinæ genitricis virginis, & vnigeniti filij Dei humanitatis aſſūptione. Hac de cauſa nonnulla etiam recitantur acta in concilio Nicæno. Et cum legerentur acta in ſecunda Epheſina ſynodo, & Dioſcorus in ſui defenſionem allegaret quòd tota illic congregata ſynodus ſecum tam in depoſitionē & damnationem Flauiani, quam in omnibus aliis quæ ibidem decreta ſunt conſenſiſſet, & propriis vocibus eadem confeſſa fuerit atq; ſubſcripſerit: Oriētales, & qui cum ipſis erāt omnes epiſcopi dixerunt illud eſſe falſum, & quòd nullus volūtariè conſenſerit, & addiderunt: Violenta facta eſt vis cum plagis, in pura charta ſubſcripſimus, minabatur nobis damnatio, minæ exilij tedebātur, milites cū fuſtibus & gladiis inſtabant. Timebamus & fuſtes

fustes & gladios. Vbi gladij & fustes, qualis synodus est ? Milites propter hoc accepit Dioscorus, vt nos terreret. Vnde quicquid egimus, terrore compulsi fecimus. Peccauim⁹ tamen, omnes veniam postulamus, etiam si per vim & necessitatem in pura charta coacti fuerimus tunc subscribere.

Et cum ex actis in præfata synodo legeretur quòd fuerit congregata ex præceptione Imperatorum residentibus sanctissimis episcopis Discoro Alexandriæ, & Iuliano episcopo agente vices & tenente locum sanctissimi episcopi Ro. Ec. Leonis, cuius lectæ & susceptæ fuerint epistolæ ad dictam synodum directæ, insuper quod patres omnes illic conuenientes receperint libellum confessionis Eutychetis tanquam catholicũ, cõuictus est Dioscorus in multis, ipsa etiam synodus reprobata, & vt acephala damnata. Nã cùm ista legerentur: Orientales, & qui cum ipsis erant reuerendiss. episcopi clamauerunt: Eiectus est: nullus illic suscepit nomen Leonis papæ, nec eius epistolæ receptæ nec permissæ sunt à Dioscoro legi, & quòd nec consenserint patres confessioni Eutychetis, eò quòd similis fuerit Apollinari, Valentiniano atque Macedoniano, qui verbũ illud à patribus de Christo in symbolo additum, scilicet, Qui conceptus est de spiritu sancto ex Maria virgine: nusquam susceperint. Deinde cũ

inter cætera alia multa ex actis Ephesinæ secundæ synodi legeretur sic.

Consentimus& confitemur ex duabus naturis fuisse dominum nostrũ ante adunationem,post verò adunationem vnam naturam confitemur. Quæ verba in concilio Constãtin.pronuntiaret Eutyches in sua cõfessione, recepta tamen à Dioscoro in secunda synodo Ephesina,& hic recitata. Quæ cum legerentur,Orientales & qui cum ipsis erant episcopi dixerunt:Ista nemo dixit. Anathema ei qui dixit ista.Homicida dixit.Ægyptij dixerunt. Ista Pharaonis sunt.Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt, &c. Perlectis quæ in Ephesina secunda synodo acta sunt, iudices & senatus dixerunt.

Quoniam verò Flauianus religiosæ memoriæ,& Eusebius episcopus ex gestorum & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam qui tunc synodo præfuerunt, confitentium se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur iniustè depositi: videtur nobis iustum esse eidem pœnæ Dioscorum episcopum Alexandriæ & Iuuenalem episcopum Hierosolymorum, & Thalassium episcopum Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebium episcopum Ancyræ,&Eustachium episcopum Beryti,& Basilium episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui principatum tunc synodi tenuerunt,

runt, subiacere, & ab episcopali dignitate fieri alienos. Quam sententiam vt iustam cæteri omnes episcopi approbarunt: gratias deinde Imperatori, iudicibus, atque senatui referentes. Et sic absoluta est actio prima.

Actio secunda.

Conueniente sancto & vniuersali concilio secundum sacram actionem in Chalcedonẽsi ciuitate congregato. 1. Paschasino & Lucẽtio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio reuerendiss. presbytero, agentibus vices sanctissimi & Deo amatiss. archiepiss. senioris Romæ sancti Leonis, & Anatolio sanctiss. Archiepiss. Constantinop. ciuitatis nouæ Romæ, & cætero sancto concilio, &c.

Præceptũ est à legatis & senatu, vt in præsentia concilij legeretur symbolũ. 318. patrũ in Nicæa congregatorum. Et lecta est per episcopum Nicomediæ expositio fidei concilij Nicæni. De quo vide supra fol. 46.

Rursus præceperũt, vt recitaretur symbolum 150. patrum, qui in Constantinopolitana synodo prima conuenerant, quod cũ epistolis etiam Leonis papæ ad Flauianum episcopum de hæresi Eutychis Ætius archidiaconus ecclesiæ Cõstantinopolitanæ recitauit.

Iterum etiam legũtur duæ epistolę Cyrilli ad Nestoriũ, quæ habentur in prima actione huius synodi, quarum etiam mentionẽ feci-

mus in eadem actione.

Hæc acta sunt, vt per hæc examinaretur Dioscorus discipulus Eutychetis, si sequeretur fidem prædictorum patrum, aliam, vel quam docuerat Eutyches.

Post lectionem verò epistolæ Leonis (Quæ est 10. in numero) episcopi clamauerũt: Hæc patrum fides, Hęc apostolorum fides. Omnes ita credimus. Anathema qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus est Apostoli ita docuerunt, &c.

Et cum legeretur prædicta epistola, in qua & ista verba continebantur. s. Et ad resoluẽdum conditionis nostræ debitum, natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, vt quod nostris remediis congruebat, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero: dubitantibus Illyricianis & Pælestinis episcopis, quidam episcoporum surrexerunt vt eos in his quæ fidei sunt, instruerent. Et hac de causa, etiam & vt pertinentia ad fidem cõmodius tractarentur, inducias nonnulli petierunt, quas etiam iudices concesserunt, differentes audientiam vsque ad quinque tantum dies. Et sic absoluta est actio 2.

Author. *In actione videre licet quanta reuerentia prosequantur, & titulis efferant Romanum Episcopũ. Dominum enim nostrum vocant, ipsúmq; adorandum apostolicam sedem fatentur, eius doctrinam*

vt

vt ter beatissimi Petri amplectuntur, nempe vt in primatu ecclesiæ successor, in doctrinæ soliditate, in pascendo sibi commisso grege esset, & Petri hæres.

Actio 3.

Cõueniẽte sacro & vniuersali concilio, &c.

Accusatur Dioscorus ab Eusebio Dorylei episcopo sicut in actione prima, & supplicat sanctam synodum, vt sceleratũ dogma Dioscori anathematizare dignaretur, ipsum etiã compellere, vt coram consilio compareret. Dioscorus enim continuerat se domi, nolens coram synodo comparere.

Rursus accusatur absens à Theodoro diacono ecclesiæ Alexandrinæ. Primum de homicidio, Secundo de blasphemia in sanctam Trinitatem. Deinde quod cum Origene cõsentiret, quòd incendiarius fuerit. Postremo quod excommunicationem contra sanctissimum apostolicæ sedis magnæ Romę episcopum Leonem fecerit: necnõ etiam quòd temerarius extiterit contra gestum in Metropoli Nicæna concilium. Et dato libello accusationis subscripsit, dicens, Paratus sum adueniente Dioscoro in hoc sacrum vestrum concilium meis adesse accusationibus.

Post productus est alius libellus accusationis per Ischyrionem diaconum, qui libellus sic incipit.

Sãctissimo & beatissimo vniuersali Archi-

episcopo,& Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & vniuersali Chalcedonensi synodo,&c. Vbi de multis aliis criminibus prędictum accusat Dioscorum.

Quartò productus & lectus est alius libellus accusationis aduersus eundem Dioscorũ per Athanasium presbyterum de similibus sceleribus.

Quintò productus & lectus est alius libellus contra Dioscorum per Sopronium laicũ: in quo præter alia accusauit illum de adulterio:& quòd iniquo desiderio captus suam rapuerat vxorem. Insuper quòd ipsum Sophronium viribus totis Dioscorus de rebus humanis curauerat facere alienum.

Sextò vocatus est Dioscorus ad concilium per notarium concilij,vt respõderet ad prædictas accusationes. Ille tamen simulans ægritudinem,noluit venire.

Vocatus est secundò directis literis à concilio ad illum & missis tribus episcopis, qui commonefacerent, illum vt veniret, & satisfaceret de illis quæ in concilio illi ingerebantur. Quo adhuc renuente,directæ sunt literæ à sacro concilio ad illum quibus iam tertio vocatus est, vt in sacrum illud concilium dignaretur venire ad satisfaciendum simul & reuerendissimo Eusebio episcopo, & iis quæ illi tunc ingerebantur: similiter respõsurus & illis qui illic aduersus illum alios

accusa-

accusatorios dederant libellos : aliàs si post tertiam (dicunt partes) hanc regularem vocationem ex omni parte nullam habentem suspicionem ad veniendum distuleris, præsens sancta synodus ad illum veniet modum quem contra pertinaces & contemptores synodalis vocationis seruare solet,&c.

Et cum adhuc in sua permaneret pertinacia,Paschasinus episcopus,& cum ipso Lucẽtius episcopus, & Bonifacius presbyter tenẽtes locum sanctissimi,& beatissimi archiepiscopi apostolicæ sedis senioris Romæ Leonis Papæ pronunciauerunt.

Manifesta facta sunt,quæ à Dioscoro quõdam Alexandriæ episcopo commissa sunt aduersus sanctarum regularum ordinem , & ecclesiasticam disciplinam , tam ex iis quæ dudum examinata sunt in priore consessu, quam ex iis quæ hodie acta sunt. Hic enim, vt plura intermittamus , Eutychem similia sibi sapientem , & regulariter à proprio dãnatum episcopo , id &sanctissimo Flauiano, præsumens sibi primatum irregulariter in communione suscepit priusquam consideret in Epheso cũ Deo amãt simis episcopis. Sed & illis quidem apostolica sedes veniam præstitit de his quę ibi non voluntariè ab eis gesta sunt, qui hactenus permanserunt obediẽtes sanctissimo archiepiscopo Leoni, & omni sancto & vniuersali cõcilio.Hic autem &

hactenus permansit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc nec epistolam beatissimi Leonis Papæ ad sanctæ memorię Flauianum scriptam legi permisit, etsi cum iuramento fieri lectionem promiserit. Sed quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit, præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem: insuper etiã & multi libelli multis eius pleni iniquitatib. contra eum in sancto & magno concilio oblati sunt, & semel & 2. & 3. regulariter vocatus minime voluit obedire, & hos quis à diuersis conciliis regulariter dãnati sunt, contra diuinas leges suscepit: ideo ipse contra se elicuit sententiam, sæpius ecclesiasticos conculcans canones. Vnde sanctissimus Archiepiscop' magnæ Romæ Leo per nos, & per præsentem sanctam synodum vnà cum ter beatissimo & omni laude digno beato Petro apostolo, qui est petra & crepido catholicæ ecclesiæ, & ille qui est rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam episcopatus dignitate, quàm etiam & ab omni sacerdotali alienauit ministerio.

Tunc Anatolius archiepiscopus Constantinopolitanus dixit: Hæc eadem apostolicæ sedis per omnia sapies, concors sentẽtiæ efficior. Similiter & omnes dixerunt consentiẽtes

tes ſententiæ legatorum apoſtolicæ ſedis.

Poſt hæc ſactum co cilium epiſtolam ad Valentinianum & Martianum Imperatores miſit, rationem reddens omnium quæ in his tribus actionibus geſta ſunt in depoſitionem Dioſcori, huius cauſas in eadem epiſtola breuiter complectens, vt Dioſcori malitiam, & in eum prolatæ iuſtæ ſententiæ ſyncritatem conſiderarent.

Miſerunt patres & aliam epiſtolã ad ſanctę memoriæ Pulcheriam Auguſtam, quæ idem quod in præcedenti continet argumentum.

Deindę ſubiectum eſt edictum, ſiue leges Martiani Imperatoris ad Conſtantinopolitanos ciues, quo interdicuntur & prohibentur diſputationes Chriſtianorum cum Paganis & Iudæis. Quas leges beatiſſimus Papa Leo in ſuis confirmauit epiſtolis, & confirmantur Chalcedonenſis concilij edicta atque ſtatuta.

Extat in hac actione etiã relatio ſanctæ ſynodi Chalcedonenſis ad Leonẽ papã de omnibus geſtis generaliter in ſynodo. Quę vniuerſa poſtulãt cõfirmari authoritate apoſtolica, vt latè ponitur in epiſtola quæ incipit: Repletũ eſt gaudio os noſtrũ &c. Et inter alia hæc ſubiiciuntur. Hæc ſunt quæ tecũ, qui ſpiritu præſens eras, & placere tanquam fratrib⁹ deliberaſti, & qui penè per tuorum vicariorum ſapientiam videbaris nobis, effecimus.

Indicauimus verò quia & alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, & propter ecclesiasticorum statutorum definimus firmitatem, scientes quia & vestra sanctitas addiscens & probatura & confirmatura est eadem. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium, &c.

Ad quam epistolam respondet Leo & confirmat acta huius synodi, excepto decreto primatus Constantinopolitanæ ecclesiæ supra Alexandrinam & Antiochenam: & est inter epistolas Leonis, epistola 59. quæ incipit: Omnem quidem fraternitatem vestram, &c.

Actio quarta.

Congregato sctõ & vniuersali cõcilio, &c.

Primò, iudicum & senatus iussu lecta sunt coram synodo, quæ in præcedentibus actionibus acta fuerant. Deinde iudices & senatus dixerunt: Singuli reuerendissi. episcopi qui hic conuenerunt, doceant, si expositio 318. Patrum qui olim in Nicæa collecti sunt, & post hæc 105. qui Constantinopolitani congregati sunt consonant epistolæ reuerendissimi papæ Leonis. Anatolius archiepiscopus Constantinopol dixit: Non solùm illis consonat epistola sanctissimi Leonis papæ, sed & iis quæ in Epheso sub beatissimo Cyrillo gesta sunt ab vniuersali & sancto concilio. Hoc idem vicarij sedis apostolicæ cum omnibus aliis episcopis dixerunt.

Illy-

Illyricani & Palæstini episcopi qui in 2. actione cum legeretur epistola Leonis papæ (vt diximus) dubitare cœperant super verbis illis iam recitatis, consequenter dixerunt: Nos sanctorum patrum 318. qui in Niceą cõuenerant fidem semper seruauimus, & seruamus. Sequimur & 50. patrum nullo modo dissonantem. Consentimus etiam actis & cõstitutis in prima synodo Ephesina. Sed & lecta est nobis epistola beatissimi Archiepiscopi Romani Leonis in plurimis rectè habens & prædictis consonans & consentimus. Aliqua autem nobis ex ipsa apparuerũt verba, vt paritionem & separationem aliquam à diuinitate carnis domini & saluatoris nostri Iesu Christi, quam sibi adunauit de sãcta virgine Maria, demonstrantia, de quibus paulò antè dubitamus. Sed cũ iam à sanctissimis vicariis locum tenentibus eiusdem sanctissimi Leonis edocti simus, quia talia verba nullam partitionem in Domino & saluatore nostro Iesu Christo, sed vnum eundémque dominum filium Dei indicant, consentimus.

Deinde surrexerunt aliqui episcopi Ægyptiæ regionis pro tota illa prouincia, & suam confessionem in scriptis dederunt, in qua secundum fide à sanctis prædictis conciliis expositam fatebãtur se credere: epistolæ autem Leonis papæ nolebant subscribere. Ob idq;

magna est orta concertatio & tumultus in synodo, vt compellerent illos Leonis papæ epistolæ subscribere, aut regularem damnationem vt excommunicati susciperent: indigne ferentes patres vt decem homines præiudicium facerent synodo sexcentorum patrum, & catholicæ fidei. Illi verò instanter clamabant misericordiam petentes, vt concederetur illis à sancta synodo à tali subscriptione vt supersedere possent quoadusq; esset electus Archiepiscopus pro ecclesia Alexandrina, cuius consensum (vt mos in Ægypto erat) episcopi debebant expectare, vt tale quid possent deliberare. Sin autem quod in concilio fieret archiepiscopus Alexandrinus, & tunc subscriberent & consentirent. Tandem datis fideiussoribus quòd nõ exirent de ciuitate, quoadusque acciperet episcopum Alexandria, quando non vt repugnarent catholicæ fidei, nec vt non obtemperaret synodo, subscribere in præsenti distulerint, eorum petitioni sacra annuit synodus.

Extat in fine huius actionis epistola Pseudo Archimãdritarum hæreticorum quã protulerũt in concilio pro restitutione Dioscori. Quæ cũ legeretur omnes episcopi clamarunt: Anathema Dioscoro. Dioscorum Christus deposuit. Istos foras mitte. Petitiones istas synodum audire nõ licet. Qui damnatus ab omni synodo episcopum nominare non

licet

licet,&c.Et sic absoluta est actio quarta.

Actio quinta.

In ista actione committitur quibusdam episcopis cum vicarijs apostolicæ sedis, & Anatolio archiepiscopo Constantinopolitano, vt definitionem de fide inter se ordinarent, cui omnes postea assentiri deberent, in quo decreto quæ à 318. patribus in Nicæa, & quæ à 150. in synodo Constantinopolitana prima statuta sunt, similiter & gesta in synodo Ephesina prima congregata sub Cęlestino papa, & Cyrillo archiepiscopo Alexandriæ, reuocantur,& recipiuntur. Similiter & epistola Leonis papæ ad Flauianum pro expugnãda prauitatis Eutychis perfidia, missa, recipitur à sancta synodo: & nihil præterea.

Actio sexta.

Conueniente sancta & vniuersali synodo, &c. Ad hanc actionem venit Imperator Martianus, qui Græcè & Latinè sanctam allocutus est synodum, cuius orationis eadem ferè sunt, quæ in prima actione (vt annotauimus) ad synodum verba fecit. Post verò allocutionem lecta est Imperatori definitio fidei, quæ in actione quinta fuerat prolata.

Et post lectionem definitionis extãt subscriptiones episcoporum,& multi pro absentibus episcopis subscripserũt. Paschasin' episcopus vice dñi mei beatissimi atq; apostoli-

ci viri vniuersalis ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis, synodo præsidens statui, consensi & subscripsi. Similiter & alij duo vicarij beatissimi Leonis papæ dixerunt & subscripserũt: consequenter & alij episcopi subscripserunt.

Post hæc idem piissimus Imperator ad sanctam synodum dixit: Pia & catholica fide à sancta & vniuersali synodo secundum patrũ expositionem declarata, iustum simul & expediens esse nostra tranquillitas approbauit, omnem de cætero contentionis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, vel clericus publicè de fide turbam congregans sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat quia siquidem idiota sit, ab vrbe regia expelletur: militaris verò & clericus gradus suis periculum substinebunt, & pœnis aliis subiacebunt. Tunc omnes clamauerunt: Multos annos Imperatori, Multos annos Augusto pio & Christiano, Augustæ orthodoxę multi anni, &c. Dioscoro anathe. &c.

Imperator ad sanctam synodũ dixit: Quædam capitula sunt quæ ad honorem vestrę reuerentiæ vobis seruauimus, decorum esse iudicantes à vobis hæc regulariter potius formari per synodum quam nostra lege sanciri. Et iubente piissimo principe lecta sunt capitula quæ superfluum iudicauimus recẽseri, vtpote quòd primum caput sit can. 4. &

2.c.sit 3.can.& 3.c.sit ca.5. huius concilij,& in aliis sæpe repetitus.

Actio septima.

In ista actione agitur de concordia duorũ episcoporum iam inter se composita super quibusdam parochiis,quam postulant à sancto concilio,vt permaneat,confirmari,quod & factum est:& nihil præterea.

Actiua octaua.

Residente sancto concilio ante cancellos sanctissimi altaris , reuerendissimi episcopi clamauerũt: Theodoretus modo anathematizet Nestoriũ.Theodoretus dixit: Ego preces meas obtuli piissimo Imperatori,&libellos obtuli reuerend. episcopis agentibus locum archiepiscopi Leonis: & si vobis placet, legantur coram vobis , vt sicut sapio cognoscatis.Episcopi clamauerũt: Nihil relegi volum⁹,modo anathematiza Nestorium.Theodoretus dixit : Ego ab orthodoxis nutritus sum, orthodoxe prædicaui & docui:& nõ solùm Nestorium& Euthychem,sed &omnem hominem qui recte nõ sapit auersor.Episcopi dixerunt: Clarè die anathema Nestorio,& dogmatibus eius anathema. Tandem compulsus est vt expresse & clare Nestorium & Eutychem , omnem hæreticum,& omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios,& eos qui non dicerent Dei genitricem virginem Mariam, anathematizaret. Quod

cum dixisset, omnes episcopi clamauerunt: Theodoretus dignus est sede ecclesię. Orthodoxum ecclesia pastorem recipiat, orthodoxum doctorē ecclesia recipiat. Archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo iudicauit. Et sic decretum est à sancta synodo vt Theodoreto ecclesia sua restitueretur à qua fuerat & eiectus, & ab episcopatu exclusus.

Iudex immediatus post Deum episcopus Romanus. Author.

Theodoretus iste fuerat suspectus, de Arriana hæresi, qua de causa apparet fuisse depositus. Et ob hoc (vt est videre supra in actione prima huius cōcilij) cum accusaretur Dioscorus ab Eusebio & Theodoreto, ille conquerebatur quòd permissus fuerit à iudicibus & senatu Theodoretus concilium intrare, qui nec episcopus erat. Insinuans illum fuisse iam depositum quia hæreticus. Hoc idem magis apparet ex sententia Theodosij iunioris lata in concilio Ephesino profano, vbi exclusit illum ab episcopatu, & pari modo prohibuit scripta Theodoreti legi sicut & Nestorij Arriani: & ob hanc causam patres in ista actione tanto clamore insurrexunt in prædictum Theodoretum, quo adusque fidem suam palam & manifestam faceret, quod & fecit, addens etiam quod ille subscribebat epistolæ Leonis papæ, vnde per omnia orthodoxus à synodo receptus est.

Actio 9. & 10.

Cōueniēte sancta & vniuersali synodo &c. Ibas reuerendus episcop⁹, qui fuit Edessenæ ciuitatis episcopus, dixit; Iniustitiam ab Eutyche

tyche & falsa figmenta perpessus absens à quadraginta mansionibus & condemnatus, huc aduenì impetrare clementiam &c.

Deprecor igitur vos, vt cognoscatis quàm falsam accusationem pertuli & calumniam à quibusdam clericis. Iubete omnia quæ per absentiam meam in Epheso sub Dioscoro gesta sunt euacuari:& iustitiam mihi seruari, qui sum in nullo culpabilis: & reddi mihi episcopatum pariter & ecclesiam,&c.

Accusabatur Ibas quòd publicè coram clero & populo dixisset. Non inuideo Christo facto Deo. Et etiam quòd Cyrillum vocasset hæreticum.

Examinatus tamen Ibas præsentibus & instantibus accusatoribus suis talem audiuit sententiam.

Paschasinus & Lucentius episcopi,& Bonifacius presbyter tenentes locũ sedis Apostolicæ, Quia missi apostoli semper in synodis prius loqui & confirmari soliti sunt, per Paschasinum dixerũt: Relectis chartis agnouimus ex sentẽtia reuerendissimorũ episcoporum Ibã reuerendũ innoxiũ approbari. Relecta enim eius epistola cognouimus eum orthodoxum & ob hoc decernimus ei honorẽ episcopatus restituendum,& ecclesiam à qua iniustè & abiens expulsus est, reparandam. De sãctissimo igitur episcopo Nõno, qui pro eo paulò antè factus est, existimationis erit

venerabilis episcopi Antiochenæ ecclesiæ, quid oporteat de eo statui, &c. Omnes episcopi clamauerunt: Omnes eadem dicimus. Nestorium modo anathematizet: Eutychem & eius dogma modo anathematizet: Ibas reuerendus episcopus dixit: Et iam in scripto anathematizaui Nestorium, eiúsque dogma, & nũc anathematizo cũ decies millies. Anathema Nestorio & Eutychi. Et omnem eum qui non sapit sicut hæc sancta synodus, anathematizo. Glorioſissimi iudices dixerunt: Quæ iudicata sunt à sancta synodo de Iba Reuerend. episcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Et sic absoluta est actio decima.

Actio vndecima & duodecima.

In istis duabus actionibus agitur causa inter Bassianum & Stephanum contendentes de episcopatu ecclesiæ Ephesinæ, & definitũ est ambos esse remouendos, quia præter regulas episcopi facti fuerant: & alterum episcopum ordinari: prædictos verò habere episcopi dignitatem, & à sanctissima Ephesina ecclesia nutriendos.

In 13. & 14. actionibus tractatur de compositione quorundam episcoporum, & præterea nihil.

Actio decimasexta.

Cõueniẽte sancto & vniuersali cõcilio, residẽtibus oĩbus ante altaris cancellos sanctæ martyris Euphemiæ, vicarij sedis apostolicæ

licæ ad iudices dixerunt. Hesterna die postquam potestas vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quædam gesta facta dicuntur, quæ nos & præter canones ecclesiasticos,& disciplinã æstimamus effecta.Poscimus ergo,vt vestra magnificentia relegi hæc p̃cipiat,vt oĩs fraternitas inspiciat vtrũ iusta,an iniusta sint ea q̃ gesta sunt. Iudices dixerunt.Relegant̃.Beronician⁹ vir deuotus,secretarius diuini consistorij, legit sic:

Definitiones sanctorum patrum sequentes vbique & regulam, & quæ nunc relecta sunt 150.Deo amantissimorum episcoporum, qui congregati sunt sub piæ memoriæ Imperatore maiore Theodosio in regia ciuitatè Cõstantinopoli,cognoscentes,& nos eadem definiuimus de priuilegiis eiusdem Constantinop.ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedis senioris Romæ propter imperium ciuitatis illius patres consequenter priuilegia reddiderũt. Eadem intentione permoti centũ quinquaginta Deo amantissimi episcopi ęqua sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt, rationabiliter iudicantes imperio & senatu vrbẽ ornatam æquis senioris Romæ priuilegiis frui, & in ecclesiasticis,sicut illa, maiestatem habere negotiis,& secundam post illam existere:& vt his qui de Ponto sunt,& de Asia,& de Thracia diœcesibus Metropolitanos solos: rursus autem & qui inter Barbaros epis-

copos sunt præfatarum diœcesum ordinati à prædictę Constantinopo. sedis ecclesia, quippe vt vnusquisque Metropolita præfatarum diœcesum cum episcopis suæ prouinciæ ordinet suæ regionis episcopos, sicut diuinis canonibus est præceptum. Ordinari autem (sicut dictum est) Metropolitas præfatarum diœcesum à Constantinop. Archiepiscopo, decretis consonis secundum morem factis, & ad eum relatis. Anatolius episcopus Constantinopolis definiẽs subscripsi. Maximus episcopus Antiochiæ definiẽs subscripsi, &c. Lucẽtius episcop' apostolicæ sedis vicari' dixit:

Primò gloria vestra perpendat, qua circunuentione cum episcopis sanctis gestum sit, vt non conscriptis canonibus quorũ mentionem fecerunt, subscribere sunt coacti. Episcopi clamauerunt: Nemo coactus est. Lucentius episcopus sedis apostolicæ dixit: Accedit ad cumulum, quòd trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta quæ in synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quæ dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio vsi sunt, quid nunc requirunt? Si nunquam vsi sunt, quare requirũt? Ætius archidiaconus ecclesiæ Constantinop. dixit: Si de hoc capitulo aliquod mandatum acceperunt, proferant. Bonifacius presbyter

sedis

sedis apostolicæ vicarius dixit: Beatissimus & apostolicus vir Papa inter cætera hoc nobis mandauit,& ex chartula recitauit, Sanctorũ quoque patrum constitutionem prolatam, nulla patiamini temeritate violari,seruantes omnimodo personæ nostræ in vobis, quos vice nostra transmisimus, dignitatem. Ac si qui forte ciuitatum suarum splendore confisi,aliquid sibi tentauerint vsurpare: hoc qua dignum est constantia,retundatis. Iudices dixerunt: Vtraque pars canones proponant. Paschasinus vicarius sedis apostolicæ recitauit canonem sextum concilij Nicæni, & secundum canonem Constantinopolitani cõcilij, & alios recitauerunt canones vicarij sedis apostolicæ, vbi decernitur sedem Romanam esse in omnibus & per omnia primam, & post illam secundum habere gradum Cõstantinopol. Quæ quæstio valde inter vicarios sedis Apostolicæ cæteróſque episcopos controuertitur. Tandem iudices dixerunt: Ex his quæ gesta sunt, vel ab vnoquoque deposita, perpendimus, omnem quidem primatum & honorem præcipuum secundum canones antiquæ Romæ Deo amantissimo archiepiscopo conseruari. Oportere autem archiepiscopum Constantinop. eisdem primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potestatem habere ordinare Metropolitanas in Asiana & Pontica & Thracia diœcesibus,hoc

modo, vt electi à clericis cuiuscunque. Metropoli episcopi referantur ab eligentibus archiepiscopo Constantinop. vt penes eum sit (si velit) hunc qui electus est confirmare, repudiaréve, &c. Episcopi dixerunt: Hæc omnes dicimus. Hæc omnibus placent. Lucentius episcopus sedis apostolicæ vicarius dixit: Sedes apostolica nobis præsentibus humiliari non debet. Et ideo quæcunque in præiudicium canonum vel regularum hesterna die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus vt circumduci iubeatis: sin aliàs, contradictio nostra his gestis inhæreat, vt nouerimus quid apostolico viro vniuersalis ecclesiæ Papæ deferre debeamus, vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit ferre sententiam. Episcopus Sebastiæ dixit: Omnes in sententia vestræ magnificentiæ permanemus.

CONCILIVM VENETICVM prouinciale, sub Leone Papa, in quo pauci episcopi conuenerunt, qui statuerunt 16. Canones, in quibus agitur de regula ecclesiast. quæ sacerdotibus (donante domino) credita est, & de districtione, cuius cura non sine eorũ culpa vitiata torpescit. Et ea quæ in priorum patrum statutis ab eis visa sunt omissa, & procedente tempore ex nimia licentia pro labente seculari libertate præsumpta, statutis saluberrimis in hac synodo sancita sunt. Quę

omnia

omnia, quia abundè in superioribus adscripta sunt, ex industria subticemus.

Finis concilij Venetici.

CONCILIVM TVRONEN.

prouinciale, interfuerunt octo episcopi, continet 13. canones, quorum summa est.

Primùm hortatur clericos ad castitatem: nam si laico abstinentia imperatur, vt possit orationi vacans exaudiri, quanto magis sacerdotibus qui omni momento parati esse debent sacrificium offerre pro populo cum omni munditia & puritate?

Secundò hortatur eos ad abstinentiam. Alij continent regularem institutionem clericorum.

In vltimo clericis prohibet vsuras.

Decreta Hilarij papæ.

Hilarius, natione Sardus, ex patre Crispino, sedit ann. sex, menses tres, dies x. Hic Pontificibus successoris substituendi, & laicis inuestiendi potestatem abrogauit, & epistolas de fide catholica per vniuersum Orientem sparsit, confirmans tres illas vniuersales synodos, Nicænam, Ephesinam & Chalcedonensem, & damnauit Eutychem & Nestorium, & eorum sequaces: Approbauítque dãnationem & principatum sanctæ eccles. catholicæ & Apostolicæ. *a.d. 485. Hilarius Pont. 46.*

Sub hac celebratum est cõcilium Romanum 50. ferè episcopis ibidem congregatis,

& statuerunt aliquot canones.

2. q. 3. Nulli fas.

Primò, vt canones Nicæni concilij, & Apostolicæ sedis decreta custodiantur.

D. 34. Curandum est.

Secũdò vt bigami aut viduæ aut corruptæ mariti ad gradus ecclesiasticos nõ accedant.

D. 35. Pœnitentes vel inscij. 8. q. 1. Plerique.

Tertiò, vt pœnitentes, aut inscij literarum, siue defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant.

Quartò, vt nullus episcopus sibi eligat successorem, ad petitionem episcoporum Tarraconensium. Nam episcopus Barchionensis post mortem suam velut iure hæreditario voluit Irenæum successorem in ecclesia derelinquere. Quibus Hilarius respondit ex sententia episcoporum qui in ipso concilio sunt congregati, per subiecta capita.

Primùm, quòd nullus ordinetur episcopus sine consensu metropolitani episcopi.

Secundùm, vt nullus episcoporum relicta vna ecclesia ad aliam transeat.

Scripsit duas epistolas ad quosdam episcopos, aliqua errata eorum emendare volens, nihil tamen continent notatione dignum.

Decretum Hilarij iuxta Gratianum.

De cons. d. Vbi pars est. Exo. 16.

Vbi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore domini, quæ in Manna, quod in eius figura præcessit: de quo dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus, Non enim

enim est quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtutis sacramenti spiritualis.

Decreta Simplicij Papæ.

Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos 15. mensem vnum, dies 7. Hic vrbem Romam in quinque ecclesias distribuit, quarum prima Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Ioannis Laterani, nunc in vrbe prima, quinta Mariæ Maioris. Tum Constantino episcopo damnato, ecclesiarum omnium primam Romanam esse declarauit. A laicis ecclesiasticum beneficium recognosci noluit. Hic scripsit aliquot epist. ad quosdam episcopos. *a. d. 471. Simplicius Pont. 47.*

In quarum secunda ad Ioannem Rauennatē episcopum, habetur illa regula iuris.

Priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

In tertia ad Florentinum & Seuerū episcopos scribit, quòd de redditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola episcopis ex his vna portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperū profuturę, à presbytero sub periculo sui ordinis ministrētur. Vltima clericis pro singulorū meritis diuidatur. *c. 9. q. 1. Priuilegium. 12 q. 2. De redditibus. Item Gre. Maximiano episcopo.*

Finis decretorum Simplicij Papæ.

Decreta Felicis tertij Papæ. *a. d. 484. Felix 3. Pont. 18.*

Felix Romanus, ex patre Felice presbytero sedit annos octo, mēses vndecim: dies septem decim. Fuit tēporibus Odoacris regis vsque

ad tempora Theodorici Regis.

Hic cum intellexisset Petrum Eutychianũ ob hæresim ante in exilium pulsum, ab Achatio Constantinop. episcopo reuocatum, fraudem subesse veritus, authoritate Se. apo. ac consilio bene sententium approbata, Petrum & Achatium damnat. Post annos verò tres cùm Zeno Imperator fidem faceret, hos homines pœnitere: Felix eo misit episcopos duos Messenum & Vitalem, qui re cognita damnatos absoluerunt. Hi itaque Heracleam ciuitatem ingressi pecunia corrupti, nihil ex ex sententia Felicis egere. Vnde Pontifex indignatus, habita de more synodo, hos vt prænaricatores & simoniacos à cõmunione deiecit. Messeno tamẽ pœnitentię tẽpus adscriptum est, quia errorem suum confitebatur.

Hic congregauit Synodum multorum episcoporum & presbyterorum, eò quòd in Aphrica rebaptizarentur episcopi & presbyteri, & diaconi. In quo primùm statuitur, rebaptizatos episcopos, diaconos, presbyteros, in pœnitentia manere vsque ad diem obitus sui, & non communicare orationi fidelium, & catechumenorum, & communio laica tantum in morte illis est reddenda.

De conf. d. 4. Eos quos. In concil. Nicæno. c. 41. & 14. q. 7. Qui in quolibet.

Alij verò per tres annos sint inter audientes, & septem annis pœniteant, & duobus annis non sinantur oblationes offerre.

Scripsit epistolam Achatio, in quo eum de-

posuit

posuit & damnauit propter Eutychianorum communionem.

Scripsit & aliã ad Zenonẽ episcopũ Italiæ.

CONCILIVM TARRACONENSE huius etiã tẽpore celebratum est, prouinciale, decẽ episcopis cõgregatis. Fuit cõcilium anno sexto Theodorici regis. In quo.

Primò cauetur conuersatio inter fœminas & clericos & monachos, etiam si earum curam ratione parentelæ gerant. *14 q. 4. Canonum statutis.*

Secundò, vt quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius, & vendendi carius, studio non vtatur. *14. q. 5. Si quis clericus.*

Tertiò, vt quantum clericus præstiterit, tantum recipiat. *15. q. 4. Nullus episcoporum.*

Quartò, quòd nullus clericus vnquam iudicet criminalia, diebus verò dominicis nec etiam ciuilia, sed vt tantum Deo statuta solennia peragat. *D. 65. Si quis.* *D. 18. Si quis episcoporum.*

Quintò, vt qui in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus, post duos menses se metropolitano præsentet. *10. q. 1. Decreuimus.* *15. q. 3. Ob secundum.*

Sextò, vt episcopus contemnens venire ad synodum metropolitani vocatus, excommunicetur.

Septimò, vt episcopi annuatim diœcesim visitent, & basilicas destitutas restituãt, & nõ nisi tertiam partem de parochiis accipiant.

Octauò, quòd clericus nullus accipiat munera pro iudiciis.

Nonò, quòd monachus missus alicubi ministerium clericatus agere non præsumat, nisi cum abbatis imperio, nec negociator existat. 16. q. 1. Monachi.

12. q. 5. Sicubi. De consec. dist. 5. Dictum. Decimò, vt si episcopus intestatus decesserit, inuentarium de rebus eius fiat, & nullus exinde aliquid auferat.

Citat & Gratianus ex hoc Pontifice, quòd nullus confirmetur bis, aut ter, sicut nec baptizatur.

Explicit concilium Tarraconense.

Decreta Gelasij papæ.

a. d. 494. Gelasius Pon. 48. Gelasius natione Apher, ex patre Valerio, sedit annos quatuor, menses octo, dies 18. tẽporibus Theodorici regis & Zenonis Augusti. Hic sanctitate, doctrina & pauperum dilectione clarus, Manichæos, libris corũ combustis, proscripsit, vtriusque Testamenti libros ac doctorum scripta, ab ambiguis authentica separauit. Ordinum sacrorum administrationem à mense Decembri, quatuor temporum sabbatis attribuit: episcopos 67. creauit. Canonem & Præfationes Missæ, Prosas & Hymnos canticis miscuit. Imperatore excommunicato, eundẽ excõmunicari posse probauit. Sub eo Honorius Sæuus Vandalorũ Aphricæ rex, Arrianorum fauore in fideles gladio flammáque sæuiendo fatigatus. 4695. relegatis, ecclesias & bona Arrianis tradidit. In concilijs 522. Scripsit epistolã ad episcopos per Lucaniã & Bru-

& Brutios & Siliciam constitutos, in qua 30. decreta continentur, quæ omnia longum esset recensere præsertim cum superioribus sparsim adscripta sint.

Scripsit & aliam epistolam ad episcopos Siciliæ, in qua ita habetur.

Præsulum nostrorum authoritas emanauit, vt facultates ecclesiæ episcopis ad regendum habeant potestatem, ita tamē vt viduarum & pupillorum atque pauperum, necnon & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc etiam eis statuimus dari, quod hactenus decretum est, reliquum sibi episcopi vindicent, vt (sicut antea diximus) peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint. *16.q.3. Præsulum.*

In quodam Tomo quem Gelasius fecit de vinculo anathematis super acta cōcilij Chalcedonensis, sunt aliqua annotatione digna.

Primū, Chalcedonen. Synodum admittendā, excepto decreto illo de priuilegio ecclesiæ Constantinopolitanæ, cui repugnarunt vicarij Apostolicæ sedis in ea præsidentes.

Secundò, videtur fauere sentētiæ quā Hieronymus habet de obseruātia legaliū quam Petrus simulauit, inquit enim sic: Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans noui testamenti gratiam prædicandam, vt à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Iudæos Gētilésque gessisse.

Tertiò exponit illud Matthæi de peccato in ſpiritum ſanctum, & illud Ioan. 5. Eſt peccatum ad mortem, &c. de eo peccato quod vſque ad mortem durat. Nam nullum (inquit) eſt peccatum pro quo aut non oret eccleſia remittendum, aut quod data ſibi diuinitus poteſtate deſiſtentibus ab eodem non poſſit abſoluere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: Quæcunque ligaueris, &c. Loquẽs etiam de vinculo anathematis dicit quòd eccleſiaſtica ſententia reos tantum & præuaricatores obligat.

Quartò habet quòd quęcunque cuiuſcunque ſynodi acta, niſi per Ro. Pont. confirmẽtur, nullum habeant robur. Totum, inquit, in ſedis Apoſtolicæ poſitum eſt poteſtate. Ita quod firmauit in ſynodo ſedes Apoſtolica, hoc robur obtinuit. Quod refutauit, habere non potuit firmitatem, & ſola reſcindit quod præter ordinem congregatio ſynodica putauerat vſurpandum.

Quintò dicit q̃ comminationes quæ fiunt in ſacris literis, ſunt intelligendæ quamdiu permanſerint in ſtatu rationis quo fiunt. Sic, inquit, Tyrus & Gaza, Berytos & Ægyptus pronunciatæ ſunt perituræ, quas poſtea per euangelium nouimus eſſe ſaluatas. Perierũt itaque duplici modo, aut permanentes in eo quòd talem ſententiam ſuſceperunt, aut deficientes ab eo quo tales fuerant, & inſipien-

Hie. 47. Luc. 10.

tibus

tibus esse quo non tales fuerant.

Sextò & super illud Esa. Claude oculos eorum, vt videntes non videant &c. Sic etiam inquit, De gente Iudæorum prophetatum est, Claude oculos &c. ne vnquam conuertãtur, & sanem illos &c. Hic etiã correctio & emẽdatio interdicta mõstratur, & resipiscẽdi quoque spes prorsus abscinditur, de quo tamen populo Apostolos, & ecclesiam, primitiuam nouimus processisse, & tot millia hominum vna die baptismate fuisse saluata.

Dicit quòd fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam figuraliter adhuc tamen in carnalibus actibus constituti pariter reges existerent, & pariter sacerdotes, Quod sanctum Melchisedec fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus est imitatus, vt pote qui semper quę diuino cultui cõuenirent, sibimet tyrannico spiritu vindicare contendit, vt Pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est regem eundem atq; Pontificem vltrà sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium vendicauit. Quamuis enim membra ipsius, id est veri regis atque Pontificis, secundum participationem naturæ magnificè vtrunque in sacra generositate sumpsisse dicantur, vt simul regale genus & sacerdotale subsistant: quoniam Christus memor

Gen. 14. & Heb. 7.

1. Pet. 2.

fragilitatis humanæ, quod suorum saluti cõgrueret, dispensatione magnifica tẽperauit, sic actionibus propriis dignitatibúsque distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum Imperialibus dispositionibus vterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo, minimè se negotiis secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus: vt & modestia vtriusque ordinis curaretur, nec extolleretur vtroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Ex quibus, inquit, apertè colligitur à seculari potestate nec ligari prorsus nec absolui posse Pontificem.

2. Tim. 2.

Epist. 3.

Misit etiam epistolam eloquentem & elegantem ad Faustum magistrum, fungentem legationis officio Constantinopoli, in qua docet nullum absolui posse ab errore præterito, nisi resipiscat. Remitti culpa de præterito potest, correctione sine dubio subsequente: nam si deinceps finitur mansura peruersitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio.

24. q. 2. Legatur.

Docet

Docet enim solum Pontificem posse hæ- 24.q.1.
reticos damnate sine aliorum consensu, imò Achatius.
& quemlibet episcopum hoc posse. Et quòd
non opus est noua damnatione ei qui in er-
rorem iam alias condemnatum incidit, sicut
iste Achatius.

Appellationes etiam omnes ad ecclesiam 9.q.3.
Ro. licere deferre, ab ipsa verò nunquam ap- Ipsi sunt.
pellare sacri canones sanxerunt.

Aliam etiam misit epistolã ad Anastasium Epist.4.
Augustum, in qua fidei zelũ & charitatẽ erga
proximos argutè demonstrat, sic dicens: Duo D.96. Duo
sunt, Imperator Auguste, quibus principali- quippe.
ter hic regitur mundus, Authoritas sacra Põ-
tificũ, & regalis potestas. In quibus tanto gra-
uius est pondus sacerdotũ, quãto etiã ꝑ ipsis
regibus vel legibus hominũ in diuino sunt
examine rationẽ reddituri. Licet enim præ-
sideas humano generi dignitate rerũ, tamen
pręsulibus diuinarum deuotus colla submit-
tis, atque ab eis causas tuæ salutis expectas,
inq; sumendis cælestibus sacramentis, eísque
(vt cõpetit) disponendis, subdi te debere co-
gnoscis religionis ordine, potius q̃ præesse.

Extat alia eiusdem epistola ad episcopos Epist.3.
Dardaniæ de eiusdem Petri & Achatij iusta
damnatione per sedem Apostolicam facta.
Ex hac epistola citat Gratianus duo decreta,
Primùm, quòd repeti non possunt quæ 30.
annis quietè possidentur.

Secundum, quòd non oportet ab eorum eleemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

Aliã etiam scripsit epistolã ad Euphemianum, in quo sanctissimè & doctissimè illum cohortatur ad vnitatem fidei catholicæ, & vt Petrum & Achatium hæreticos habeat.

Ordo veteris & noui testamenti, quẽ sancta & catholica Romana suscipit & veneratur ecclesia, digestus à Gelasio papa cum 70. episcopis, in superioribus iam bis relatus est.

CONCILIVM EPAVNENSE, tẽpore Gelasij primi papę, est prouinciale, tẽpore Sigismundi Regis celebratũ. Fuerunt verò 70. episcopi in hoc concilio, in quo ediderunt 40. decreta, quæ omnia ferè ad institutionẽ clericorũ & episcoporũ & ecclesiarũ pertinẽt. Sed ea cũ iam superi⁹ relata sint, maximè in concilio Agathensi, hoc loco recensere non duximus necessariũ. Ex præcipuis tamen hęc summa est.

Vt episcopi venatores non sint, nec accipitres habeant.

Vt clerici vagi ad cõmunionẽ nõ assumãt.

Vt alterius episcopi clericus in alia ciuitate non constituatur.

Vt vnius monasterij sit vnus Abbas.

De correctione Abbatis peccantis.

Quod clericus publicum iudicium non interpellet.

Ne illicitis horis clericus ambulet.
De pœnitentia homicidarum.
De confirmatione canonum.

Finis concilij Epaunensis.

Decreta Anastasij papæ.

Anastasius secundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, sedit annum vnum, mens. 11. dies 24. Hic fuit temporibus Theodorici regis & Anastasij Imperatoris, cuius tempore multi clerici ab eius communione se subtraxerunt quòd communicasset Photino Thessalonicensi diacono, sine consilio episcoporũ & clericorum, qui communis erat Achatio, & quia occultè voluit reuocare Achatium, & non potuit. Qui nutu diuino subita morte percussus est.

a. d. 494. Anastasius 2. pon. 50. De quo. D. 19. c. Anastasius. Hic à Nestorianis corruptus viscerum egestis pœnas luit.

Huc recẽsent aliqui inter hęreticos ꝓpter communionem Achatij & Photini diaconi. Sed de hoc diximus in controuersia 4. supra.

Scripsit epistolam ad Anastasium Augustum, in qua hæc continentur.

Primum, quòd non sit temere iudicãdum de his qui ad dominum migrauerunt.

Secundum, quòd magnopere sit contentio vitanda.

Tertium, vt Imperator quoscunque potuerit, ad veram fidem pertrahat.

Quartũ, vt ipse monitis apostolicis pareat.

Quintũ, ꝙ mali ministrando sibi tantũmodo noceant, non ecclesiæ sacramenta cõma-

d. 19. Secũdum ecclesiæ.

culent, nec eos q̃ per hæreticos sunt aut baptizati aut ordinati, portio læsionis attingat.

Decretum eiusdem ex Gratiano.

23.q.3. *Qui potest.* Qui põt obuiare & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud quã fauere impietati eorũ: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Decreta Symmachi papæ.

a.d.499. *Symmachus pontifex.* Symmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos 15. menses septem, dies 28. Hic fuit temporibus Thodorici Regis, & Anastasij Augusti. Fuit verò ordinatus sub cõtentione vnà cum Laurentio, Symmachus in Basilica Constantiniana, & Laurentius in Basilica beatæ Mariæ: ex qua causa separatus est clerus, & diuisus est Senatus. Sed schismati eis superatis Symmachus pauperum & clericorum amator & sustentator fuit. Eugenium fidelem Carthaginẽsem episcopũ cũ 220. epis à Transamundo Vandalorũ rege in Sardiniã proscriptum pie fouit. Hic decreuit, vt viuẽte Pontifice, de futuri subrogatione præsumat nemo. Hic inuenit Manichæos in vrbe, quorum simulachra & codices cremans, ipsos in exilium relegauit. Innumeras ferè Basilicas sanctorum constructit & reparauit, & infinito auro & argento eas donauit.

Hic constituit, vt omni die dñico, & natalitiis martyrũ, hymnus Gloria in excelsis diceretẽ. Multos captiuos redemit, fecit ordinationes

tiones quatuor in vrbe, presbyteros 92. diaconos 16. epos 117. Sepelitur in basilica beati Pet. 14. Cal. Augu. & cessauit ep̃atus dies 7.

Hic statuit bona ecclesiæ non alienari, nisi magna & pia causa exigente. *16. q. 1. Possessiones.*

Vt raptores viduarum vel virginum ecclesiæ communione priuentur. *37 q. 2. Raptores.*

Vt viduæ & virgines diu in religioso proposito per tempus commoratæ vltra non nubant. vt nullus per ambitum ad episcopatum accedat. *27. q. 1. Neque viduas. 1. q. 1. Nullus itaque.*

Secunda synodus Ro. sub papa Symmacho.

Congregauit Romæ synodum in basilica beati Petri, & inter cætera statuit, vt siquis, papa superstite, pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem prestare conuincatur, loci sui honore priuetur.

Item, quòd si papa morte præuentus non potuerit de sui successoris electione ante decernere, is consecretur episcopus, quem cunctus clerus, aut certè pars maior elegerit. *d. 79. c. Si quis papa D. 19. Si transitus. ibidem Si quis papa*

Itẽ, quòd qui ambientes, vel ambientium fautores coniuratoresque prodiderit, non solum purgatus ab omni culpa videatur esse (etiam si fuerit particeps) verum etiam remuneratione dignissimus.

Aliam etiã synodum congregauit Romæ anno dñi 504. In qua cauetur sub anathematis pœna, ne bona ecclesiastica alienentur.

Congregauit ibidem & aliam synodum,

Synodus 4. Rom. quæ dicitur Palmaris, tempore Theodorici, cuius iussu fuit congregata, vt Symmachus à sibi obiectis criminibus se purgaret. Extat liber eruditus & elegans Ennodij ecclesię Ro. diaconi pro defensione quartę & quintæ syn. Symmachi papę & 230. episcoporum. Ex quo desumptum est huiusmodi decretum.

8. q. 4. Nõne directa. Nónne directa sunt verba canonum, si quis clericorum ab episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam in eum manere cẽsuram? Lex enim ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce obiecti constiterint, exigit non relinqui.

9. q. 1. Aliorum hominum. Item illud: Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, sed sedis istius præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio.

Alia etiã synodus est Romę cõgregata sub hoc Symmacho, in qua approbatur supra scriptus liber Ennodij diaconi, & ei datur eadem authoritas, quæ decretis synodorum, & ita iussus est inter actiones synodicas adscribi.

Secundo.

Statutum est Decretum illud à multis antecessoribus synodaliter firmatum.

2. q. 7. Oues quæ Verba sunt Eusebij papæ. Oues quæ suo pastori commissæ sunt, eum nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam

quam reprehendenda rectè videantur.

Ex hac etiam synodo habetur in decretis, quòd nullus episcopus aut clericus ante sententiam suis bonis spolietur, & si spoliatus fuerit, restituatur in omnibus. *3. q. 1. Reintegranda.*

Fuit & alia synodus Romæ sub Symmacho tempore Theodorici Regis, ad ecclesiæ reformationem & gubernationē cōgregata. In qua strictè & sub pœna anathematis prohibetur. Ne vllus bona ecclesiæ à fidelibus oblata occupet, & quasi propria possideat sine episcopi licentia. Quòd ferro abscinden da sunt vulnera quæ fomenta non sentiunt. *Idem Euseb. omnibus episcopis.* *16. q. 1. In canonibus.*

Quòd iniustum iudicium, & definitio iniusta, regio metu vel iussu, aut à iudicibus ordinata non valeat. *16. q. 1. Ferro.*

Extant eiusdem epistolæ aliquot, quas recensere superuacaneum est. *11. q. 3. Iniustum.*

CONCILIVM ILLERDEN.

tempore Symmachi 8. episcoporum habitum anno 15. Theodorici Regis. In hoc concilio statuerunt canones sequentes.

Can. 1.

Vt clerici in obsidionis necessitate positi à sanguine humano (etiā hostili) se abstineant, admittantur tamen ad pristina officia post 2. annos pœnitentiæ. *D. 50. De his.*

Can. 2.

Quòd his qui abortiuum faciunt, vel natos suos extinguunt, post 7. annorum curricula communio tribuatur.

Can. 3.

Quòd Monachi sine licentia Abbatis non ordinentur.

Can. 4. De incæstis.

36. q. 1. Cũ vtilitate. 35. q. 2. & 4. de his qui incæsti. 1. Cor. 5.

Vt qui se incæstus pollutione commaculãt, quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerant, vsq; ad Missam tm̃ Catechumenorum in ecclesia admittantur, cũ quibus etiã nec cibum sumere vllũ Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet.

Can. 5. De his qui altario seruiunt.

Hi qui altario Dei deseruiunt, si subito in fienda carnis fragilitate corruerint, & Deo respiciente dignè pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis cõtriti sacrificium Deo offerant, manent in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesiæ corpore segregare, ita tamẽ vt sit officiorũ suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd si iterato velut canes ad vomitũ reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiãt.

Can. 6. De eo qui viduæ vel religiosæ virgini stuprum intulerit.

Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerunt, si se ab eo sequestrare noluerint, pariter à communione Christianorũ & consortio segregẽtur. Si verò illa quę vim

vim pertulerit, ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excommunicationis teneat, quo adusque publicè pœniteat.

Can.7. De his qui sacramento se obligant, &c.

Qui sacramento se obligauerit, vt litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro periurio vno anno, à communione corporis & sanguinis domini segregatus, reatũ suum ele mosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis absoluat. Ad charitatem verò quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. 22. q. 4. *Qui sacramento.* 1. Pet. 4.

Can.8. Si clericus seruum de ecclesia traxerit.

Nullus Clericorum seruum vel discipulũ suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dederit, segregetur. 17. q. 4. *Nullus clericorum.*

Can.9. De his rebaptizati sunt.

De his qui in præuaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt: placuit vt circa eos illa Nicænæ synodi statuta seruentur. *Can.* 11. *Nicænæ synodi.*

Can.10. De his qui iubente episcopo ab ecclesia exire contemnunt.

Qui iubẽte sacerdote pro qualicunque culpa ab ecclesia exire contempserit, pro noxa contumeliæ, tardius recipiatur ad veniam. 11. q. 3. *Qui iubente.*

Ca.11. De clerici qui in mutuam cædẽ prorumpunt.

Si q̃ clerici in mutuã cædẽ proruperint, pue-

dignitas officiorũ in tali excessu contumeliã pertulerit, à Pontifice districtius vindicetur.

Can. 12. De his qui contra Canones ordinati sunt.

Qui contra decreta Canonum indiscrete clericos vsque nunc ordinauerunt, eis dominus vel sancta & ecclesiastica charitas ignoscat. Amodo verò si in tali ausu proruperint, decretum Canonum quod circa eorum personas statutum est, obseruetur.

Can. 13. De Catholicis qui filios suos hæreticorum baptismati tradiderunt.

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

Can. 14 De sacerdote moriente.

Cum sacerdos moritur, res ecclesiæ non diripiantur, sed fideliter obseruentur.

Sergius episcopus relegi & subscripsi. Gratus episcopus directus à domino meo Stephano episcopo his constitutionibus interfui & subscripsi. Ex hoc concilio citat Gratianus 4. Canones.

Ca. Gratiano citati de hoc concilio.

Primum, quòd in diebus quadragesimæ nuptias celebrare non licet.

Non oportet.

Non oportet à Septuagesima, vsque in octauam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatẽ S. Ioannis Baptistæ, & ab aduentu domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

Secundum.

Non

Non prohibetur à sacris ordinibus qui à medicorum incisione claudus efficitur. 2.q.4.Presbyter si.

Tertium.

Statuitur quõ clericus infamatus debeat se purgare 7.testibus & iuramento, vt fecit Leo papa corã Cæsare Carolo. Et si hoc facere nõ potuerit, suspendatur vsq; ad dignam satisfactionem.

Quartum.

Statuitur quòd sacerdos ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lauanda, debet habere propria vasa. De con. d. 4. omnis presbyter.

CONCILIVM VALENTINVM

prouinciale 6. Episcoporum circa tempora etiam Symmachi celebratum est in Valentia Hispaniæ, Theodorici Regis anno 15.

Can.1.Vt euangelium post Apostolum legatur.

Inter cætera hoc esse censuimus obseruandum, vt sacrosancta Euangelia ante munerũ illationem in Missa Catechumenorũ, in ordine lectionum post Apostolum legãtur, quatenus salutaria Christi præcepta, vel sermones sacerdotis, non solum fideles, sed etiã Catechumeni ac pœnitentes, & omnes qui è diuerso sunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus.

Statuitur qualiter episcopus defunctus per viciniorem episcopum sit honorificè tumulandus, & eius exequiæ celebrandæ.

Finit concilium Valentinum.

Decreta Hormisdæ papæ.

d. 5 14. Hormisda pon. 52. Tẽpore huius fuit Boetius Senatus.

Hormisda, natione Campanus ex patre Iusto, de ciuitate Frusinone, sedit annos 9. dies 17. temporibus Theodorici Regis, & Anastasij Augusti. Hic potest. regibus fuit chatus, hæreticis exosus, & in ecclesiam magnificus. Nuptias publicè agi decreuit. Manichæos palam combustis libris oppressit. Ab Anastasio Imperatore contemptus inquiente, Imperatoris esse imperare, non imperata Pon. vel cuiusuis recipere. Sed à Iustino confirmatus ecclesiarum pacem obtinuit.

61. c. non negamus.

Scripsit Epistolam ad episcopos Hispaniæ, exhortans eos ad obseruantiam veterum Canonum: & in primis docet eos qui ad clerum promouentur, debere aliis esse præstantiores, nam milites suos probatos sibi quærunt institutâ fidelium, & prius debent exemplum religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare, quàm sumere, & oportet emendatiorem esse populo, quem necesse est orare pro populo: ideóque nullus ex pœnitentibus debet ordinari, quis enim eum quem paulò antè iacentem viderat, veneretur antistitem?

Act. 8.

Admonet secundo, vt pro episcopatu præmium non accipiatur, ne spiritualia vilescãt, dum precio emuntur, & à domino corripiãtur: sicut Simon Magus spiritum sanctum

mercari

mercari volent: nam quis nō vile putat quod venditur? Sed ita debet fieri electio, vt in graui murmure populorum diuinum credatur esse iudicium.

Tertio, vt bis in vnoquoque anno prouincialia concilia celebrentur, vt circa res ecclesiasticas recta disponant, & de rectè dispositis Deo gratias agant.

Scripsit & aliam epistolam ad episcopos Hispaniæ, in qua ponitur Ioannis episcopi Constantinopolitani professio, propter clericos Orientales, qui eius communionem popoſcerant, & docet quomodo sint recipiendi ad ecclesiæ fidem, qui ante fuerant errores Nestorij, Eutychis, Achatij, & aliorum secuti.

Aliam etiam misit epistolā ad Epiphanium Constantinopolitanum episcopum, de reconciliatione Romanæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ, Deo gratias agens, quòd hoc beneficium suis temporibus exhibuerit.

Aliam scripsit epistolam ad Salustium Hispalensem episcopum, cui commisit vicem suam super prouinciam Beticam & Lusitaniam, admonens vt in omnibus statuta à patribus decreta obseruari faciat.

Aliam etiam misit ad episcopos Beticæ, in qua ei gratulatur, quòd pacem diu desideratam inter se composuerint.

Habetur etiam epistola Iustini Imperatoris

ad Hormisdam papam, rogans pro pace & vnitate ecclesiarum, maximè Hierosolymitanæ, sed nihil speciale continet annotatione dignum.

Extat etiam deprecatio Hierosolymitanorum clericorum & Abbatum ad eundem Iustinum: in qua ei supplicant, vt pacem & vnitatem ecclesiarum pro virili conetur procurare, & offerunt ei libellum, in quo ostendũt qualiter de sancta Trinitate, & de Iesu Christi domini nostri incarnatione sentiant, iuxta Decreta à sanctis Pontificibus in conciliis Nicæno & Chalcedonensi.

D. 50. Si ille.

Ex hoc Pontifice citat Gratianus decretũ, quo statuitur, ne ille qui in monasterio reclusus est vt pœnitentiam agat, ordinetur presbyter.

30. q. 5. Nullus.

Itẽ ꝙ nullus fidelis cuiuscũq; conditionis sit, occultè nuptias faciat, sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in dño.

31. q. 2. De ceptis tuæ.

Ibi etiam statuitur ne aliquis ad matrimonium compellatur.

CONCILIVM AVRELIAN, tempore Hormisdæ. In hoc concilio primũ habetur epistola Clodouei regis Franciæ ad synodum, in qua profitetur se pariturũ præceptis ecclesiæ & papæ de non captiuandis clericis, monialibus, & seruis ecclesiarum, nec eorum filiis, &c. & de captiuitatis reddendis. Secundo loco habetur rescriptum synodi

synodi ad eundem regem, in quo.

Primò continetur de homicidis, adulteris & furibus, si ad ecclesiam confugerint, vt ab ecclesiæ atriis, vel domo episcopi eos abstrahere omnino non liceat. 17. q. 4. Id constituimus.

Secundò, De raptoribus verò si ad ecclesiã raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut ad seruiendum subiectus sit, aut redimẽdi se liberam habeat facultatem. 36. q. 1. De raptoribus.

Tertiò, De obligationibus vel agris quos dominus noster Rex ecclesiæ contulerit, id esse iustum definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

Quartò, Si seruus, nescientе domino, scientе tamen episcopo, ordinetur, teneatur episcopus eius pretium in duplo reddere domino & ipse permaneat in ordinibus. Si verò ignorante episcopo, idipsum facere teneatur, qui illum ordinandum obtulerit. dist. 54. Si seruus.

Quintò, Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio & communione pellatur. d. 81. Si diaconus.

Sextò, Episcop⁹ pauperib⁹ vel infirmis qui debilitate faciente nõ possunt suis manibus d. 82. Episcopus.

laborare, victum & vestitum, inquātum possibilitas habuerit largiatur.

18. q. 2. Abbates. Septimo, Ne superstes frater thorum defuncti fratris ascēdat, nec se quisquam amissæ vxoris sorori audeat sociare.

18. q. 1. Monachus. Octauo, Quòd Abbates episcopis, monachi abbatibus sint subiecti.

16. q. 3. Si episcopus. Nono, Quòd monachus in monasterio orarium vel zonas non habeat.

De con. d. 2. sacerdotibus. Decimò, Quòd præscriptio non habeat locum in rebus ecclesiæ.

De con. d. 3. Rogationes. Vndecimo, Quòd ante Paschæ solennitatem non quinquagesima, sed quadragesima, teneatur Duodecimo, Quòd rogationes. i. Letaniæ ante Ascensionem domini celebrentur, ita vt præmissum triduanum ieiunium in dominicæ Ascensionis solennitate soluatur, per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur.

De con. d. 3. episcopus. Tertiodecimo, Quòd episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ cui proximus fuerit, die dominico decesse non debet.

Alia multa sancita sunt circa partitionem bonorum ecclesiasticorum, & basilicas construendas, & honestatem monachorum & clericorum, &c. Subscripserunt in hoc Concilio 31. Episcopi.

CONCILIVM GERVNDEN.

est prouinciale, tēpore Hormisdæ pap. celebratū est an. 7. Theodorici Regis, in quo

Primum

Primum ſtatuitur, vt vnaquæque prouincia in officio eccleſiæ vnum ordinem teneat. *De con. d. 2. Inſtitutio.*

Secundo, Vt expleta ſolennitate Pentecoſtes in ſequenti ſeptimana à quinta feria in ſabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebretur.

Tertio, Vt Catechumeni baptizentur die vel vigilia Paſchæ & Pentecoſtes, cæteris ſolennitatibus tantum infirmi.

Quartò, Vt paruuli, ſi infirmari contingat, eodem die quo nati ſunt, baptizentur. *De con. d. 4. Catechumeni.*

Quintò, Vt omnibus diebus poſt matutinas & veſpera oratio dominica à ſacerdote proferatur. *De con. d. 5. Id ſemper.*

Alia ſtatuuntur circa honeſtatem & vitam, tam clericorum quàm ordinandorum.

CONCILIVM CÆSARAVGVſtan. à duodecim epis celebratũ. In quo primum ſtatuitur, vt mulieres fideles ad virorũ alienorum cœtũ & lectionem non accedant, nec ad ipſas legentes alij ſtudio vel diſcendi vel docendi conueniant, vt Apoſtolus iubet. *1. Cor. 14. 1. Tim. 2.*

Item, ne quis ieiunet die dominica cauſa timoris, aut perſuaſionis, nec quadrageſimæ diebus ab eccleſiis fideles deſint, nec habitent in latibulis cubiculorum aut montium qui in ſuſpicionibus perſeuerant. *De con. d. 3. Ne quis.*

Item Euchariſtiæ gratiam ſiquis probatur acceptam non conſumpſiſſe in eccleſia, anathema ſit in perpetuum.

Item vicesimo & primo die. i. à 16. Calendas Ianuarij vsque in diem Epiphaniæ, quæ est 8. Id Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed ad ecclesiam concurrere, quod qui non obseruauerit, anathema sit in perpetuum.

Item ne quis doctoris nomen sibi imponat præter has personas quibus est concessum, secundum quod scriptum est.

Heb. 5. Item quòd Virgines non velentur quæ se Deo vouerunt, nisi 40. annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit.

Decreta Ioannis I. papæ.

a. d. 523. Ioan. I. Pont. 53. Ioannes natione Tuscus, ex patre Constãtio, sedit annos duos, menses nouem, dies 17. temporib. Theodorici Regis, & Iustini Augusti Christiani. Hic à Iustino Constantinopoli honoratus. Theodorici Regis paulò pòst in Vulcani ollam deiecti, iussu, carceris pædore, famèque consumptus, Rauẽnæ martyrum in numero est scriptus.

Tempore huius floruit B. Benedictus. Scripsit epistolam ad quendam Zachariam archiepiscopum, ex qua illud decretum quod supra retulimus, desumptum est, Oues quæ suo pastori, &c.

Item illud, vbi dicitur q̃ nullus episcopus vocetur ad Concilium, nec accusetur donec omnia quæ ab illo fuerint ablata restituant.

Aliam

Aliam misit ad episcopos Italiæ, de Theodorico Rege, hortans eos vt pestem Arrianam conentur pro virili extirpare, & eorum ecclesias catholicas consecrent, non timentes minas Theodorici.

Decreta Felicis papæ.

a.d. 525. Felix 4. Pon. 54. Felix natione Sammius, ex patre Cõstantio, sedit annos 4. mens. 2. dies. 13. fuit temporibus Theodorici regis, & Iustiniani Augusti. *Hic Constãtinop. Patriarchã damnauit.* Hic diuis medicis Cosmo & Damiano tẽplũ Romæ dedicauit. Huius temporibus cõsumpta est incendio basilica sancti Martyris Saturnini, quam à soluo denuo extruendam curauit, & vixit vsque ad tẽpora Athalarici.

Scripsit epistolã ad ẽpos omnes per diuersa loca cõstitutos, in qua primum habetur Missam non debere celebrari nisi in sacratis domino locis, nisi magna cõpulerit necessitas: Quoniam scriptum est: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus. *Deut. 12*

Sicut enim non alij quam sacrati domino sacerdotes debẽt missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic non in aliis quam in domino cõsecratis locis, i. in tabernaculis, diuinis precibus à Pontificibus delibatis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet. Non ergo licet in domibus oblationes celebrari ab episcopis, & presbyteris. Idem habetur in conc. Laodicen. *De cons. d. 1. sicut non alij.*

Decreta Bonifacij papæ.

a.d.525. Bonifa.2.pōt. 3.

Bonifacius, natione Romanus, ex patre Sigibuldo, sedit annos. 2. dies 26. temporibus Athalarici Regis hęretici, & Iustiniani Augusti. Hic cum Dioscoro ordinatur, sub cōtestatione: Dioscorus ordinatur in basilica Cōstantiniana, Bonifacius verò in Basilica Iulij: & fuit dissentio in clero & Senatu dies 29. Quo tpe defunctus est Dioscorus, & quieuit sedi-

Hic clericos à laicis in ecclesia segregauit.

tio. Hic Bonifacius instituit ne quispiam sibi in episcopatu successorē deligeret, quod postea multi pontifices confirmarunt.

Extat epistola eiusdem ad Eulaliū Alexandrinū epm, de reconciliatione Carthaginēsis ecclesiæ, ostendens per diuinam sapiētiā optimè constitutū, vt maiora minoribus subdantur, & omnes episcopi episcopo Romano. Et hinc desumptum est decretum illud.

d.89 ad hoc dispensa.

Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impēderent: vera concordia fieret, & ex diuersitate contentio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum, neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus causa differentiæ ordo seruaret.

Extat etiā epistola precū Eulalij epi Carthagin. & Iustiniani pdicti prīcipis ꝓ reconcilia-

liatiõe ſuæ eccleſiæ in quo ſe ſubmittit Romão põtifici, aſſerẽs eſſe verã ſalutẽ in eccleſia Romana, & verã fidẽ, & non extra illã & anathematizat omnes hæreticos q̃ oppoſitũ tenẽt, & ſtatutis Roma. pontifi. contradicũt.

Decreta Ioannis 2. papæ.

Ioãnes qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Proiecto de Cœlio monte, ſedit ann. 2. menſ. 4. dies 6. Fuit temporibus Athalarici & Iuſtiniani, cuius tẽpore idẽ Imperator Iuſtinianus miſit fidem ſuã in ſcripto ſub chirographo proprio ad ſedem Apoſtolicam per epos Apatium & Demetrium, cum ingẽtibus donis auri, argenti & gemmarum. *a. d. 533. Ioan. 2. põ. 56.*

Scripſit vnam epiſtolã ad Valerium epiſcopum in qua oſtendit quòd filius eſt patri æqualis, congeſtis multis & probatiſſimis ſacrarum literarum teſtimoniis. *In l. inter claras de ſum. Trin. & fi. cath.*

CONCILIVM TOLETANVM 2. anno 5. Amalrici Regis.

In hoc Concilio primùm ſtatutum eſt, vt clerici quos parentes ab infantia clericatus officio mancipauerunt, ſi poſt velint ad nuptias accedere, permittantur. Et idẽ de Monachis: & cum peruenerint ad annum 18. eorum voluntas requiratur, & non antea, nec ſubdiaconatus officium ante 20. & diaconatus ante 25. accipiant.

Similiter placuit vt nullus clericorũ à gradu ſubdiaconatus, (vt ſupra) in conſortio fa-

miliaritatis habeat mulierē vel ingenuam, vel liberam, vel ancillam, &c.

Item, q̃ in terris ecclesiæ agellos siue vineolas, seu alia edificia fecerit, illa testamēto legare non possit, sed ecclesiæ relinquat.

Habetur etiam hic edictum pissimi imperatoris Iustiniani, fidei confessionem continens, & refutationem hæresum, qui aduersantur catholicæ Dei ecclesię Ioāni papæ 2. trāsmissum, vt patet in vita eiusdem in libro Pōtificali. in quo optimè & satis plixè ostendit in sancta Trinitate tres personas vel proprietates, & vnam essentiam & naturam, in Christo verò duas naturas, vnam personam, duas natiuitates: Beatam verò Virginē propriè dici genitricem Dei. Et vltimò ostendit hæreticos & post mortem posse anathematizari, hoc probat multis rationibus, & sanctorum testimoniis.

In fine primi Tomi habetur epistola Pontiani episcopi ad eundē Iustinianū Imperatorem, illius fidem & religionem collaudās: supplicans tamen, ne Theodorum hæreticū post mortem iubeat anathematizari: nam licet eius dicta possimus respuere, non tamē authorem damnare: nam si viueret, posset errrorem admonitus corrigere.

Decreta Agapeti papæ.

a.d.533. *Agapetus pont.57.* Agapetus natione Romanus, ex patre Gordiano p̃sbytero, sedit mens. 11. dies 18. Hic

à The-

à Theodato rege Gothorum Constantinopolim Legatus missus Iustinianũ Imperatorẽ ab Arrianis in Cõstantinop.synodo, vbi mortuus est, auertit: de cuius vita ac morum sanctimonia Gratianus dicit, Agapetus papa, vas catholicum, Euangelij tuba, præco iustitiæ, sacra altaris, sedísque velamina, sacrilegis Anthemij infecta fabulis suis catholicis precibus deleuit. Cuius corpus Romam translatum est.

Hic domenicas processiones instituit. De conſ.d. 1. Agapetus.

Extat elegans & catholica epistola eiusdem ad Anthemium episcopum de duabus naturis in vno Christo. *Decreta Siluerij papæ.*

In 2. Tomo concil.fo.1. a.d 534.

Siluerius, natione Campanus, ex patre Hormisda episcopo Romano, ex matrimonio tamẽ natus, sedit annũ vnũ, mẽs.5. dies 11. Qui quoniam noluit reuocare Anthemium hæreticum in locum suum, quem deposuerat Agapetus papa propter hæresim, præcepto Augustæ missus est in exilium ad Pontianas, vbi accusante Vigilio martyrium pertulit. De obitu autem eius vide in exemplaribus.

Siluerius pon.58. Tempore huius Neapolis capta est, & Belisarius Romæ ponitur. a.d.533.

Vigilius pont.59.

Decreta Vigilij papæ.

Vigilius natione Romanus, ex patre Ioãne consule, sedit annos 17. mens.6. dies 26. Hic Constantinop. Theodoræ Imperatricis iussu tractus, in qua principali syno. cõtra Theodorũ Constan. Patriarchã. Eutychi Arrióque dissentiens, ægris expirauit & sanctis adnumeratus est. Obitus eius diffusius scribitur in

exemplaribus.

Extat epistola eiusdem ad Eutherum, in qua eum instruit quid iuxta catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis authoritas, Diuisa est in septem capita.

In primo agit de Priscilianistis, qui ab esu carnium se subtrahunt, dicens:

Hæc igitur sequentia Patrum Venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui cum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda quæ carnibus fuisse videbantur admista. Nam & ipse dominus noster Iesus Christus ita præ-
Matth. 16. monuit, dicens: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur domini creaturam recipimus in nostra societate.

In secundo agit de trina renascentiũ mersione, dicens: De baptismo quoque solenniter adimplendo, similiter quid Apostolica vel sanxerit vel obseruet authoritas, in subiectis tua charitas euidenter agnoscet. Illud autem nouelli esse iudicamus erroris, quòd in fine Psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur Gloria patri & filio & spiritui sancto, aliqui (sicut indicas) subducta vna syllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria

patri

patri & filio spiritui sancto. Quamuis ergo ipsa nos ratio euidenter edoceat, quia subducta vna syllaba, personam filij & spiritus sancti vnam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium conuincendum, sufficit quòd dominus Iesus Christus designans in inuocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ergo cum non dixerit, in nomine patris & filij spiritus sancti, sed æqualibus distinctionibus patrem & filium & spiritum sanctum iusserit nominari, constat illos omnino à doctrina dominica deuiare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, socij nobis esse non possunt. *Matt. vlt.*

In tertio agit de his qui ab Arrianis iterum baptizantur, sic dicens, De his etiam qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arrianos iterum baptizati profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum Decreta censuerint, quæ multiplici sunt digesta ratione, è nostro scrinio relcuata capitula his subiecta direximus. In quibus tamen illud speciali charitate etiam conuenit obseruari, vt quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipsa surrexit, in æstimatione fraternitatis tuæ aliorúmque

Pontificum per suas diœceses relinquatur, vt si qualitas & pœnitentis deuotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quę per inuocationem Sancti spiritus fit operatur, sed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur.

De conſ. d. 1 de fabrica. Verba sunt Iuliani papæ.

In quarto agit de ecclesiarum restauratione in fabricis, quid sit obseruandum dicens: De fabrica verò cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit instauranda, & si in eo loco consecratio solennis debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil iudicamus officere, si per eam minimè iactetur aqua exorcizata, quia in consecratione cuiuslibet ecclesiæ, in qua Spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem scimus tantum esse Missarum, & ideo si qua sanctorum basilica à fundamentis fuerit innouata, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum celebrata solennitas, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si verò sanctuaria quæ habebant, ablata sunt, rursus eorum repositione, & Missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipiet.

In quinto agit de Paschę festiuitate, & precum ordine, ac Missarum solenniis.

In sexto agit, qp in nomine Trinitatis debeat baptizari, sic dicēs: Si quis episcopus, aut

pres-

presbyter iuxta præceptū domini non baptizauerit in nomine patris& filij & spiritus sancti,sed in vna persona Trinitatis, aut in duabus,aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, proiiciatur de ecclesia Dei.

In septimo agit de primatu ecclesiæ Romanæ,sic dicens:Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapiēti dubiū est,ꝙ ecclesia Romana fundamentū& forma sit ecclesiarum,à qua omnes ecclesias principiū sumpsisse nemo rectè credentium ignorat : quoniam licet omniū Apostolorū par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt cęteris pręmineret,vnde & Cephas vocatur,quia caput est & primus omniū Apostolorum. Et quod in capite præcessit,in membris sequi necesse est. Quam ob rem sancta Romana ecclesia eius meritò, domini voce consecrata, & sanctorum patrū authoritate roborata, primatū tenet omniū ecclesiarū, ad quā tā summa episcoporū negotia, & iudicia atque querelæ, quàm & maiores ecclesiarū quæstiones,quasi ad caput semper referenda sunt. Nā & qui se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namq; ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiēdas,vt in partē sint vocatę solicitudinis,non in plenitudinem potestatis. Vnde omniū appellantiū Apostolicā sedem *Ioan.1.*

episcoporum iudicia & cunctarũ maiorũ negocia causarum eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet,præsertim cũ in his omnibus eius semper sit expectandum cõsultum,cuius tramiti si quis obuiare tentauerit, sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum.

CONSTANTINOPOLITANA synodus quinta, circa tempora prædictorum pontificum Agapeti, Siluerij, & Vigilij celebrata est, præsidente Menna Patriarcha, sedentibus verò multis aliis episcopis Orientalis ecclesiæ,& paucis quibusdam qui ex Italia venerant. Congregata est synodus contra Petrum,Anthimum,Seuerum & Zoaram hęreticos, Petrus archiepiscopus Antiochenus tenuit in Trisagio addendum esse crucem,i. trinitatem esse crucifixam, vt diceretur,Sanctus, Sanctus, Sanctus,qui crucifixus est pro nobis,vbi necesse erat aut confundi personas trinitatis, aut negare duas naturas in Christo. Contra hunc scripserunt plures episcopi Orientales: quæ omnia in secundo Tomo conscripta sunt, quapropter hîc ea prætermittimus, lectorem illuc destinantes. Epistolam tamen Felicis papæ contra ipsum Petrum scriptam hic subiecimus, quia lectione digna est, & à memoria hominum nunquam excidenda.

Epistola Felicis pa.Romæ,ad Petrum epm Antiochiæ

Antiochiæ monitoria: quoniam non oportet addere in trisagio, crucifixus propter nos.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? qualem autem & dignum fletum adducam animæ meæ, cõdolens domini & Saluatoris nostri Christi, sanctæ catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ? Ipsa enim plorans plorauit super filios & filias, & non est qui consoletur eam ex omnibus qui qui diligunt eam. Vniuersi tyranni & hæresiarchæ persequentes ipsam, apprehenderunt eam per te, frater honoratissimè, & affligentes ipsam facti sunt in caput eius. Omnis decor ipsius quantum in te est, factus est ad nihilum. Videntes inimici eius, gauisi sunt super perditione filiorum eius. Quos enim fouerat, quos enutrierat, quos ad mensuram ætatis perduxerat, lactéque pauerat, Propheticis & Apostolicis doctrinis, hos tu vno temporis momento veneno necasti. Quemadmodum enim qui piscationem sectantur, hamum esca contegunt, & ex improuiso capiũt pisces, sic & tu angelicæ laudationi additionẽ induxisti, & trisagiæ deprecationi, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti, Ex pluribus enim Orientalibus prouinciis literas suscepimus, significantes nobis, quomodo veneratio tua dudum sopitum Valentiniani dogma resumpsit, & irritatur à vobis Saluatoris incarnatio: quodq; in Manichæo- *Hier. 9.* *Thre. 1.*

rum dogma,& Arrij & Apollinaris,Paulíque Samosateni incidistis. Dicere enim vnigenitum filium, & dominum nostrũ Christum Iesum perfectum non esse in deitate,atque in humanitate perfectum , nec ipsum subiisse passionem crucis, sed vnam verbi Dei naturam incarnatam , corpúsque Domini sine anima& mente, Apollinaris hæresim roborat. Ille enim ignorauit quòd ab ipsis mundi nascentis exordiis primum anima primi parentis nostri mortua est,vel in mortẽ præcipitata est,atque ita demum corpus.Dictũ quippe illi est à Deo,In quacunque die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris. Itaque iuxta latam à Deo sententiam , qua die comedit ex ligno, in ipsa secundum animam mortuus est.Nam ipsius corporis mors post nongentos & triginta annos contigit. Itaque Deus donum non dimidiatum fecit, sed totũ simul Adam ex vtero virginis sumpsit , vt etiam perditum totum saluum faceret. Idcirco & dominus ipse dicebat : Ego animam meam pro ouibus pono. Valentini itẽ & Marcionis, Manichæorúmq; ac gentilitũ innouare vis dogmata. Si enim Deus est, qui diuisibiliter atque substãtialiter est mortuus,similiter & Sanctus spiritus Deus & ipse diuisibiliter ac substãtialiter inuenietur:sicq; iuxta tuã & illorum rationem tres Dij erunt, ac per hoc plurium Deorũ inualescet error, quan-

Gene 2.

Ioan.10.

quantumque in te est, euacuabitur illud: Audi Israël, dominus Deus tuus, Deus vnus est. *Deut. 6.*
Item quod ait Hieremias: Hic Deus noster: non reputabitur alius ad eum. *Baruc. 3.*
Similiter & dominus: Vt cognoscant te solum verũ Deũ. *Ioan. 17.*
Cúmque scriptura diuina vnum Deum, sanctam & indiuiduam trinitatem prædicet, tu, & hi qui ante te fuerunt hæresiarchæ, tres Deos dogmatizare ausi estis, alium quidem dicentes Deum patrem præter filium, & aliũ Deum filium præter patrem. Rursúsque aliũ Deũ spiritũ sanctũ præter patrẽ, præter filiũ, & aliũ Deũ filiũ præter patrẽ. Rursúsq; alium Deum spiritum sanctum præter patrem & filium. Atque alium quidem mortalem, & noviter genitum, alium verò æternum atque immortalem. In his autem noxiis verbis tuis contraria sentire vis Patribus qui in Nicæa, & qui in Constantinopoli atque Chalcedone conuenerunt, qui & consubstantialem roborarunt, & vnam deitatem patris & filij sanctíque spiritus prædicarunt, atque Arrij amentiam confuderunt. At verò tu in ecclesia ausus es dicere, quòd vnus increatæ atque indiuiduæ trinitatis passionem subiit, & per hoc consubstantialem quoque soluere niteris, ac Deum subiicere numero. Si enim vnus est sanctæ trinitatis & coæternus, qui crucifixus est Deus, hoc est filius, sunt autem duo sanctæ Trinitatis pater & spiri-

tus sanctus, dicuntur autem dij, & non, vt habet vera ratio, Deus, sicut tradiderunt nobis qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt verbi, inueniris quoque consubstantialem soluere. Quippe mortale & immortale consubstantialia iam esse non possunt; roborabitur autem sic pluralitas Deorum, dum tres Dij Christianis auribus ingeruntur. Cum itaque
Ioan.1. scriptum sit: Verbum caro factum est, & Deus erat verbum: non alius Deus verbum præter patrem inuenietur, verbum, non simpliciter, sed verbum substantiale, & Deus filius inuenietur, vt ex vilitate nostra identitatem substantiæ Patris & verbi & sancti spiritus agnoscamus. Nos enim non alij præter verbum nostrum inueniemur. Quoniam igitur vnigenitus Dei filius, qua ratione verbum est in propria substantia non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei patris substantiam passio referatur, est enim vna patris & filij & sancti spiritus deitas: patitur autem proprium animatum corpus, quòd ipsum substantiale Dei verbum ex ipsa sanctæ & intemeratæ Virginis vulua sibi coniungens, ex muliere processit, de qua sancto spiritu afflati prophetæ
Psal.79. cecinerunt: Deus virtutum conuertere, respice de cælo, & vide, & visita vitem istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi: vitem, & filium hominis quem confirmauit

uit verbum, vt inferni clauſtra contereret, & viuificaret eos qui à ſeculo mortui ſunt, ſalutarem verbi incarnationem vocans: Idcirco & dominus dicebat diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola eſt, & tradetur filius hominis in manibus peccatorum. Patris enim intimum ſubſtantiale verbum, ac Deus per ſanctæ Virginis aures illapſum, conceptionem ineffabiliter operatum eſt. Qua igitur parte vnigenitus filius eſt conſubſtantialis patri, & vnius indiuiduæ Trinitatis, increatus atque inuiſibilis, impaſſibilis & immortalis permanſit. Quod ergo increatum atque immortale eſt, creaturæ ne applices, neq; Deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens vnum ſanctæ Trinitatis mortuum eſſe. Rurſus qua parte ex muliere natum eſt, & ſubſtātiæ noſtræ ac generationis eſt particeps abſque peccato, ſubſtinuit paſſionem. Porrò quòd non modo conſubſtantialis, verum etiam cognatus ſecundum carnem ſit nobis filius Dei, docet ipſe dominus, nunc quidem in Euangelio his qui in ſe crediderant, dicens: Ego ſum vitis, vos palmites, nunc autem in Pſalmis: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Vnde autem tibi tam peſſima ſuperbia ſubrepere potuit, vt te ipſis quoque ſanctis Angelis intelligentiorem ſapientiorémque putares? Super his

Ioan. 15. *Matth. 26.*

Ioan. 15. *Pſal. 21.*

ingemisco, in his plango inimicos crucis
Philip.3. Christi, quorum finis perditio, & quorū Deꝰ venter est, & gloria in confusione ipsorum.
Matth. 19. Non cogitasti, quod scandalizare vel vnum solum ex his qui credunt in dominum nostrum Iesum Christum, quàm graui cruciatui
Gen.3. facit obnoxium? Sed incautè, vt serpens Euę, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti, traditámq; ab Angelis sanctissimam laudationis formā corrupisti, inferens illi, Qui crucifixus est p nobis. Ergo ne non aduertisti, quòd Paulum Samosatenum, Photinúmque, & Artemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, vnum quidem ante secula, alterum verò nouiter natum, cum ipse quoque trinitati innexeris pluralitatem, duos Dei filios dicens, vnum fortem, alterum crucifixū? Ad hæc fidelissimum Christi gregem in Manichæi opinionem præcipitare contendis, qui spiritum sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud sanctus immortalis, quod est spiritus sanctus, tunc infers, Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis, quaterni tantēque non trinitatē populo insinuare videris. Nēpe si ex humana traditione manasset hæc laus, non ita incautè crucem insereres laudi, in qua filij appellatio fortis, s. ponitur. Qm̄ verò ab Angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucē dicebāt, Sanctus, Sanctus, Sanctus

sicut

sicut respicere Esaias meruit, post crucem ve- *Esa. 6.*
ro cum laude clamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. Denique cũ terræ motu cõstantinopolis quateretur, populúsque in campo oraret, infantulus toto populo spectãte cũ Proclo ciuitatis episcopo in cælum per vnam horam raptus est, ibíque huiusmod didicit hymnum. Rursumque descendens, nunciauit quæ in æthere audierat, dicens, de cælo quasi de multitudine psallentium huiusmodi laudes insonuisse auribus suis, dictumq; sibi, vt eam laudationem populo indicaret. Quam vbi populi inceperãt, ciuitatem receperunt, Deóque per huiusmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati sunt. At tu, quam temerè, vt scripturas diuinas reliquas, ita & Angelorum laudẽ peruertere præsumpsisti. Quis igitur in huiusmodi non ingemiscat? quis nõ lamentetur? quis dolos similis inuenietur, sicut dolor ecclesiæ domini, & saluatoris nostri Christi? Conspice te constitutũ vt sis lumẽ his qui in tenebris sunt, & eruditor insipientiũ. Immo insipiẽtiæ præceptor es, lucẽ in tenebras trãsferens, vide à te populos semel illumina- *Heb. 6.*
tos q bona gustauerũt Dei verba, Dei mãdata Dei ꝓphetias, prædicationes Dei apostolicas, euãgelicásq; doctrinas, abs te peruerti magis, ac doceri non solum crucifigere filiũ Dei & ostentui habere, verùm & contra-

ria sentire scripturis diuinis , & pacta abnegare, quæ accedētes ad sanctum baptisma fecerunt. Nam cum coram cælestibus virtuosis omnibus corā Apostolicis euangelicisq; ordinibus sancti baptismatis tēpore promiserint credere in vnum Deum omnipotentem: nūc illos in tres Deos credere docuisti. Rursum cum polliciti sint credere in vnum dominum Iesum Christum, filium Dei incarnatum, & hominem factum de spiritu sancto, ex Maria virgine, tu eos doces ne dicant dominum Iesum Christum, filium Dei, crucem perpessum esse, qui Deus est secundum sempiternam & impassibilem ex patre generationem, & idem homo secundū eam qua in nouissimis diebus ex matre prodiit natiuitatem, secundum quam etiam substinuit passionem, sed vnum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei verbum. Confessi sunt rursus spiritum sanctum viuificū & immortalem, dicentes credere in spiritum sanctum dominū, & viuificātē, & mortalem esse ponis spiritū sanctum, cū dicis: Sanctus immortalis, qui crucifixus est pro nobis. Fuge obsecro huiusmodi errorē. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, iam peccare noli. Expectat te sancta Dei ecclesia, cupit amplecti pœnitentem in vanis propositionibus tuis & secum de Christo diuina prædicantem, neque negantem ipsius animatam incarnationem,

nem, ſecundum quam etiam paſſus eſſe memoratur, clamátq; tibi per nos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. *Matt. 11.* Non vult Deus, frater chariſſime, morté peccatoris, ſed vt cõuertatur, & viuat. *Eze. 18. 2. Tim. 2.* Memor eſto Ieſum Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis ſecundum Euãgeliũ. Memẽto B. Matthæi ſcribentis: Liber gñatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã Recordare quid Paulus ſcribat, Segregatus in Euãgeliũ Dei, quod promiſerat ipſe De⁹ in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, quod prędeſtinatus eſt filius. *Matth. 1. Rom. 11* Memento etiam Ioannis clamantis: In principio erat verbum & verbum erat apud Deũ (ſicut etiã eſt) & Deus erat verbum, quódq; caro factũ eſt, homine aſſũpto, & quod Deũ nemo vidit vnquã. *Ioan. 1.* *Ioan. 1.* Hæc tibi ſcripſi vna cũ præſenti ſynodo, conueniens te corã Deo & ſanctis angelis, vt ea doceas, ea nobiſcum ſentias vt illibata fides noſtra permaneat in gloriã Dei.

Sequitur expoſitio fidei ſecundum reuelationem Gregorij epiſcopi Neocæſarienſis.

Vn⁹ Deus pater verbi viuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis, & potẽtiæ ac characteris ſempiterni pfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus dñs, ſolus ex ſolo, Deus ex Deo character & imago deitatis, verbum operatiuũ, ſapientia conſiſtẽtiæ omniũ cõprehẽſiua & virtus totius creaturæ factiua, filius ver⁹

veri patris, inuisibilis inuisibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis & sempiternus sempiterni. Vnus spiritus sanctus ex Deo subsistentiam habens, & per filium existēs, scilicet hominibus imago. Filij perfecti perfecta vita viuentium causa, sanctificatio, sanctificationis donatiuus? in quo apparet Deus pater qui est super omnia in omnib⁹, & Deus fili⁹, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloria & æternitate, ac regno & imperio non partita, idest distributa, nec abalienata. Non ergo creatum quid, vel seruitium in Trinitate, neque aduentitium, tanquā prius non existens, & posterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio spiritus, sed inconuertibilis & immutabilis semper ipsa Trinitas.

Actio prima.

In hac actione leguntur multi libelli episcoporum & monachorum, & aliorū presbyterorū accusantiū prædictos hæreticos, quibus auditis pronunciantur sequentes sententiæ damnationis contra Seuerū & Petrū, &c.

Extāt quoque sententiæ Epiphanij Patriarchæ, & synodi congregatæ, ac Mennæ cōtra Seuerū Petrum & Zoarā hæreticos, ad quem locū (supfluitatē vitātes) remittimus lectorē.

Accessit supra dictis sententiis constitutio Iustiniani Imperatoris contra quatuor supra dictos hæreticos: qua iubet eos de sacris se-

dibus

dibus deponendos, iuxta sententiam Agapeti papæ, & sanctorum episcoporum, habetur in exemplaribus huius synodi. *Ibidem.*

In istis actionibus vocatus & inquisitus est Anthimus Archiepiscopus Trapezuntius, & eo non comparente, nec volente respondere ad libellos accusationum, damnatus est à synodo, & eiectus à loco suo.

Extat sententia synodi præsentis contra Anthimum in actione 4. quæ incipit, Multarum transgressionum Anthimus, &c. In qua dānatur de hæresi, & deponitur de sede Trapezuntina, iuxta sententiam beatissimi Agapeti papæ. *Ibidem.*

Sequitur & alia sententia Mennæ contra Anthimum in eadem actione 4. quæ incipit, Cum saluator noster Iesus, &c. In qua damnat & deponit prædictum Anthimum. *Ibidem.*

Hæc omnia quæ in his actionibus definita sunt à sanctis patribus ibi congregatis etiam per literas Syrias subscripta fuere.

Capitula sancti Quinti Concilij Constãtinopoli celebrati sub Iustiniano Imperatore anno eius vigesimoseptimo.

Can. 1.

Si quis non confitetur patris & filij & spiritus sancti vnã naturam siue essentiã, vnam virtutem & potestatẽ, Trinitatẽ cõsubstãtialẽ, vnã deitatẽ in tribus subsistentiis siue personis adorandam, talis anathema sit. Vnus

enim Deus & pater, ex quo omnia : & vnus dominus Iesus, per quem omnia: & vnus spiritus sanctus, in quo omnia.

Can.2.

Si quis non confitetur Dei verbi esse duas natiuitates, vnam quidem ante secula & sine tempore ex patre incorporaliter, aliam verò eiusdem in vltimis diebus descendentis de cælo, & incarnati ex sancta glorioſa Dei genitrice sempérque virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

Can.3.

Si quis dicit alium esse Deum verbum qui miracula fecit, & alium Christum qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse dicit quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, vt alterum in altero, & non vnum eundémque dominum nostrum Iesum Christũ Dei verbum incarnatum, & hominem factum, atque eiusdem miracula & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit.

Can.4.

Si quis dicit, secundum gratiam vel secundum operationem, vel secundum dignitatẽ, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum authoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, vnitionem Dei verbi ad hominem factã esse, aut secundum bonã voluntatẽ, quasi quod placuit Deo verbo homini,

mini, quia bene visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secundū solā nominis similitudinem quā Greci homonymiā vocant, per quam Nestoriani Deum verbum Iesum & Christum vocantes, & hominē separatum Christum & filium nominantes, & duas personas manifestè dicentes, per solā nominationem, & honorem & dignitatem, & adorationem & vnam personam, & vnum Christum confingunt dicere, sed non confitentur sicut sancti patres docuerunt, vnitatē Dei verbi ad carnem animatā anima rationali & intellectuali secundum compositionem, id est secundum subsistētiam factam, & propterea vnam eius subsistētiam, qui est dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cum enim multis modis vnitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris & Eutychetis sequuntur, imperemptionem eorū quę conuenerunt colentes, vnitionem secundū confusionom prędicant. Theodori autē & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt. Sancta Dei verò ecclesia vtriusque perfidię impietatē eiiciens, vnitionem Dei verbi ad carnem secundum cōpositionem confitetur, quod est secūdū subsistētiam. Vnitio enim pro compositione in Christi mysterio, nō solū incōfusa ea quę cōuenere cōseruat, sed neque diuisionē suscipit.

Can.5.

Si quis vnam subsistentiam domini nostri Iesu Christi ita intelligit tanquam suscipiẽtem multarum substantiarum significationẽ, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel personas, & ab eo introductis duabus personis vnam personam dicit per dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt, & caliumnantur S. synodum Chalcedonen. tanquam secundũ hunc impiissimum intellectum vsam vnius intelligentiæ vocabulo, sed non confitetur Dei verbum carni substantialiter vniri, & propterea vnam eius substantiam vel vnam personam, & ita sanctam Chalcedonen. synodum vnam subsistentiam domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit. Neque enim adiectionem personæ vel subsistẽtiæ sancta Trinitas suscepit ex incarnato vno de eadem Trinitate Deo verbo.

Can.6.

Si quis abusiuè & non verè Dei genitricẽ dicit sanctã gloriosam semper Virginẽ Mariam aut per relationem tanquã homine puro nato. Non enim Deo verbo ex ea incarnato sed relati secũdum illos hominis natiuitate in Deũ verbũ. tanquã cohærés nascẽti homini, & criminaĩ sanctã Chalcedonẽ. synodum tanquam secũdũ eundẽ impiũ intellectum

lectum à Theodoro commentatum, Dei genitricem virginē asserentē, aut si quis hominis genitricem, vocat eam, aut Christi genitricem, vtpote Christo non existente Deo, & non specialiter & secundum veritatem Dei genitricem eandem confitetur, ob id quòd ante secula à patre genitus Deus verbum, in vltimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita piè sanctam Chalcedō. synodū Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

Can. 7.

Si quis in duabus naturis dicens, non vt in deitate & humanitate vnum dominum nostrum Iesum Christum cognosci confitetur, vt per hoc significet differētiam naturarum, ex quibus inconfusa & ineffabilis vnitas facta est, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque ad verbi naturam translatā. Manet enim vtrunque quod est secundū naturam & post factam vnitatem substantialiter, sed indiuisionem per partem huiusmodi suscipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarū confitentes in vno eodémque domino nostro Iesu Christo Deo verbo incarnato, & non tantummodo contemplatione differentiam eorum accipit, ex quibus & compositus est, non interempta proprietate propter vnitatem. (Vnus enim ex vtrisque & per vnum vtraque) sed propterea numero vtitur, tanquam diuisus & propriæ subsistētiæ

consistentes naturas, talis anathema sit.

Can. 8.

Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate confitens vnitionem factam fuisse, vel vnam naturam Dei verbi incarnati, dicens, & non sic has voces intelligit, sicut sancti Patres docuerunt, quòd ex diuina natura & humana, vnitione secundum subsistentiam facta, vnus Christus factus est, sed ex huiusmodi vocibus vnam naturam siue substantiã deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum substantiam enim dicentes carni vnigenitum verbũ vnitum esse, non confusionem quandam ad vices naturarum factam fuisse dicimus, magis autem manente vtraque, hoc quod est vnitum esse carni intelligimus verbum. Propter quod & vnus est Christus, idem Deus & homo, consubstantialis patris secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim & eos qui per partes diuidunt, vel incidunt & confundunt dispensationis mysterium Christi, auertitur, & anathematizat catholica eccle-sia.

Can. 9.

Si quis adorari in duab⁹ naturis dicit Christũ, ex quo duæ adorationes introducuntur semotim Dei verbo, & semotim hõi. Aut siquis ad peremptũ carnis, aut in cõfusionẽ deitatis

& nu-

& humanitatis vna naturam siue essentiã cõuenientiũ portentuose dicit, sic adorat Christum sed non vna adoratione Deum verbum incarnatũ cum eius carne adorat, iuxta quòd sanctæ Dei ecclesiæ ab initio traditum est, talis anath. sit.

Can. 10.

Si quis non confitetur crucifixum carne dominum nostrum Iesus Christum esse verũ & dominum gloriæ, & vnum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

Can. 11.

Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium Macedoniũ, Apollinarẽ, Nestoriũ, Eutychen, & Origenẽ, cum impiis eorũ scriptis, & omnes alios hæreticos qui cõdemnati sunt & anathematizati à sanctam Dei catholica & Apostolica ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor conciliis, sed & eos qui similia cum prędictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscũtur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

Can. 12.

Si quis defendit Theodorum impiissimũ Mopsuestenũ, qui dixit aliũ esse Deũ verbũ, & a ium Christum, & passionibus animæ, & concupiscẽtiis carnis molestatum, & à malis molestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operũ melioratũ, & ex vitæ cõuersatione incõtaminatũ cõstitutũ

tãquam puerum hominem baptizari in nomine Dei patris filij & spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti spiritus accipere, & adoptionem promereri, ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari. Post resurrectionem inconuertibilẽ secundum intellectum, & sine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiissimo Theodoro vnionem Dei verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & vxore: Erunt duo in carne vna. Et super alias innumerabiles eius blasphemias. præsumente dicere quòd post resurrectionem sufflauit dominus in discipulos suos, & dicens: Accipite spiritum sanctum, nõ dedit spiritum sanctum, sed tantum schemate sufflauit. Hic autem & cõfessionem Thomæ, per quã, dum palparet manum vel latus domini post resurrectionẽ, dixit: Deus meus, & dominus meus, asseruit non fuisse dictum de Christo à Thoma. Nec enim esse eũ Deũ dicit, sed miraculo resurrectionis obstupescentem Thomam glorificasse Deum, qui suscitauit Christum. Quod autem peius est, & in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum quasi in interpretatione comparãs idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo & Epicuro, & Marcioni dicit, quia sicut vnusquisque illorum inueniens propriã sectam, discipulos suos fecit nominari Platoni-

Ephes. 5.

Ioan. 20.

Ibidem.

tonicos, & Manichæos, & Epicureos & Marcionistas, simili modo & Christo inueniente sectã, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictũ impiissimũ Theodorum, vel impia eius scripta, in quibus tã prædictas q̃ & alias innumerabiles blasphemias euomuit aduersus magnũ Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum, & nõ anathematizat eũ, vel impia eius conscripta, & omnes qui susceperint aut defendunt eum, aut dicentes rectè eum exponere, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut p eo scribunt, vel eius impia conscripta, & eos qui similia ei sapiũt, aut sapuerunt aliquãdo & vsque ad finẽ permanserunt aut permanẽt in huiusmodi impietate, talis anathema sit.

Can. 13.

Si quis defendis impia scripta Theodoreti, quæ contra rectã fidẽ exposita sunt, & primã Ephesinam sanctam synodum, S. Cyrillũ, vel 12. eius capitula, & ea omnia quæ conscripsit pro Theodoro & Nestorio impiissimis, vel aliis qui similia p̃dictis Theodoro & Nestorio impiissimè sapuerũt, & recipit eos, vel impietatẽ eorũ, atq; propterea impios vocat ecclesiæ doctores qui substãtialiter Dei vnionẽ Dei verbi ad carnẽ confitentur, & non anathematizat p̃dicta impiissimè cõscripta, & eos qui similia his sapuerũt vel sapiũt, sed & omnes qui contra rectã fidẽ scripserũt, aut

contra beatæ memoriæ Cyrillũ, vel 12. eius capitula, & in hac impietate defuncti sunt, tales anathema sint. *Can.* 14.

Si quis defendit epistolam quã dicitur Iba scripsisse ad Marim Persã, quæ denegat quidem Dei verũ de sancta genitrice semperque virgine Maria incarnatum hominem factũ, dicit autem purum hominem ex ea natum fuisse, quem templum vocat tanquam alio existente Deo verbo, & alio homine, sed & S. Cyrillum rectam Christianorum fidem prædicantem reprehendit hæreticum, & similia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanquam sine iudicio & requisitione Nestorium deponentem, sed & 12. capitula beatæ memoriæ Cyrilli impia & aduersa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorum & Nestorium, & impia eorũ dogmata & conscripta: Siquis igitur p̃dictam epistolam defendit, & non eam anathemati submittit & eos qui defendunt eam, & dicunt rectam esse, aut partem eius, & eos qui conscripserunt vel scribũt pro ea siue pro impietatibus quæ in ipsa continẽtur, & præsumentes ea defendere, aut positas in ea impietates ex nomine sanctorum Patrum aut sanctæ Chalcedonensis synodi, & vsque ad finem in his permanserunt, talis anath. sit.

His igitur ita cõfessis à nobis quæ & accepimus

pimus de diuina scriptura à sanctorum Patrũ doctrina, & definitis de vna eadémque fide à prædictis sanctis quatuor Conciliis, facta verò & à nobis super hęreticos, vel impietatem eorũ, sed & cõtra eos qui defendere præsumpserũt aut defendũt prędicta tria capitula, aut permãserũt & permanẽt in proprio errore & condemnatione: siquis conatus fuerit cõtraria his quæ à nobis pie terminata sunt, tradere, aut docere aut scribere, siquidẽ episcopus est aut in clero cõnumeratus, talis extranea, & à sacerdotũ & ecclesiastica disciplina peragens denudabitur ab episcopatu aut clero: si autem monachus aut laicus fuerit, anathematizabitur.

Finis capitulorum quintæ synodi.

AVRELIANENSE CONCIL. secundum circa tempus Vigilij papæ: & est prouinciale. Cum ex præceptione glorioſiſſimorum Regum in Aurelianensem vrbẽ de obseruatione legis catholicæ tractaturi, Deo auxiliante, sancti Patres conuenirent, ibi quid de antiquis regulis, quid de nouis ambiguitatibus pro captu intelligentiæ (illuminante domino) senserint, expressè atque sigillatim, descriptisque constitutionibus, atque (Deo propitio) in posterum quæ sint obseruanda, ex veterum canonum authoritate sequentes canones conscripserunt.

Can. I.

Id ergo est constitutum, vt nullus episcoporum, admonente metropolitano episcopo, nisi certa tædij causa detentus ad conciliũ vel ordinationem consacerdotis venire penitus nulla excusatione detrectet.

Can.2.

Vt Metropolitani singulis annis comprouinciales suos ad concilium euocent.

Can.3.

Ne quis episcopus de quibuslibet causis, vel episcoporum ordinationibus, ęterorũmque clericorum aliquid præsumat accipere: quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

Can.4.

Si quis sacerdotium per pecuniæ nundinũ
Matt.21. execrabili ambitione quæsierit, abiiciatur vt reprobus, quia Apostolica sententia donum Dei esse præcipit pecuniæ trutina minime comparandum.

Can.5.

Nullus episcopus ad sepeliendum episcopum venire conficta occasione dissimulet, ne cuiuslibet corpusculum diutius inhumatũ negligentia interueniente soluatur. Is verò episcopus qui defunctum aduenerit sepelire, præter expensam necessariam nihil precij pro fatigatione deposcat.

Can.6.

Vt eps qui ad sepeliendũ episcopũ venerit, euocatis presbyteris in vnã domũ ecclesiæ, adeat descriptũ, qui idoneis personis custodiendam

diendam sub integra diligentia derelinquat, vt res ecclesiæ vllorum improbitatate non pereant. *Ca.7.*

In ordinandis Metropolitanis episcopis antiquam institutionis formulam renouamus, quam per incuriam omnimodis videmus amissam. Itaque Metropolitanus episcopus à comprouincialibus cleticis vel populis electus congregatis in vnum omnibus comprouincialibus episcopis ordinetur, vt talis (Deo propitio) ad gradum huius dignitatis accedat, per qnem regula ecclesiæ in melius aucta plus floreat.

Ca.8.

Si quis diaconus in captiuitatem redactus, vxori fuerit copulatus, reuersus ab officij omnino ministerio remouendus est. Cui sufficere debet, pro actus sui leuitate, impleta pœnitentia, pro satisfactione communio.

Can.9.

Nullus clericorum sine permissione episcopi sui cum secularibus habitare præsumat. Quod si fecerit, ab officij communione pellatur. *Ca.10.*

Nullus nouercæ suæ, id est, vxori patris sui nulla copulatione iungatur. Quod si præsumpserit, nouerit se anathematis supplicio feriendum. *Ca.11.*

Contraria matrimonia, accedēte infirmitate, nulla voluntatis cōtrarietate soluantur.

Quod si qui ex coniugibus fecerint, noue-rint se communione priuandos. *Can.* 12.

Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo, vel lasciuiendo exoluat, quia Deus talibus votis irritatur, potius quam placatur.

Can. 13.

Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priuentur.

Can. 14.

Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

Can. 15.

Presbyter, vel diaconus, si nec literas vel baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

Can. 16.

Fœminæ quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperint, si ad coniugium probãtur iterũ deuolutæ, à communione pellantur. Quod si huiusmodi conturbernium, admonitæ ab episcopo, cognito errore dissoluerint, in cõmunionis gratiã, acta pœnitentia, reuertantur.

Can. 17.

Placuit etiam vt nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur. *Can.* 18.

Pla-

Placuit, vt nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat vxorem, quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti à consortio hoc se separare distulerint, à communionis gratia sunt sine dubio submouendi.

Can. 19.

Catholici qui ab, idolorũ cultu se nõ custodiunt, nec ad integrã accepti baptismi gratiã reuertuntur, vel qui cibi idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis vtuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur.

Can. 20.

Similiter & hi qui bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo, aut casu suffocato vescuntur. *Can.* 21.

Abbates qui episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepta deponant. *Can.* 22.

Sanè si qui post hanc diligẽtissimã sanctionẽ non obseruauerint quæ sunt superius cõprehensa, reos se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futuros esse cognoscant.

Explicit II. Concilium Aurelianen.

CANONES AVRELIANEN.

Concilij tertij, tempore Childeberti regis: Estque prouinciale. Cũ in Dei noĩe Aurelianẽsem vrbem ad synodale cõciliũ Patres ve-

nissent, de his per longum tempus, obseruatione cessante, fuerint intermissa priorum canonum tenore seruato, præsentibus regulis vetera statuta seruanda, & noua pro causarum vel temporum conditione addenda crediderunt.

Ca. 1. Ne à subdiacono & supra, quis se proprij vxoribus misceat.

Vt nullus clericorũ à subdiacono & supra, quos vxores in proposito suo accipere inhibetur propriæ, si fortè iam habeat, misceatur vxori. Quod si fecerit, laica communione contentus, iuxta priorum canonũ statuta ab officio deponatur. Quem si sciens episcopus suus in hac vilitate permistionis viuentem, ad officium postea admiserit, & ipse episcopus ad agendam pœnitentiam tribus mensibus sit à suo officio sequestratus.

Ca. 2. De electione Metropolitanorum.

De metropolitanorũ verò ordinationibus id placuit, vt Metropolitani à Metropolitanis omnibus (si fieri potest) præsentibus cõprouincialibus ordinentur, ita vt ipsi Metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirat. Ipse tamẽ Metropolitanus à cõprouincialibus epis(ficut decreta sedis Apostol continet) cũ cõsensu cleri vel ciuium eligatur. De cõprouincialibus verò ordinãdis, cũ cõsensu Metropolitani, cleri vel ciuium, iuxta priorum

cano-

canonũ ſtatuta electio & volũtas requiratur.

Can. 3. De oblatis & collatis baſilicis.

Si quæ oblationes in quibuſlibet rebus atque corporibus collatæ fuerint baſilicis in ciuitatibus conſtitutis, ad poteſtatẽ epiſcopi redigãtur. Et in eius ſit arbitrio, quid in reparatione baſilicæ, aut obſeruantiũ ibi ſubſtantiæ deputetur. De facultatib⁹ verò parochiarum vel baſilicarũ in pagis ciuitatum cõſtitutis, ſingulorũ locorũ conſuetudo ſeruetur.

Can. 4. De ordinatis clericis, ne nubant: & ne quis inuitus ordinetur.

Clerici verò, qui cum vxores non habuerint, benedictione ſuſcepta coniugia crediderint eligenda, qui volentes abſque vlla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipſis mulieribus quas acceperunt, excommunicatione percellantur. Quòd ſi inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non à communione pellatur. Epiſcopus autem qui inuitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus, Miſſas facere non præſumat. De adulteris autem honoratorum clericorum, id obſeruandum eſt vt ſi qs adulteraſſe aut cõfeſſus vel cõuictus fuerit, depoſitus ab officio cõione cõceſſa in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

D. 54. Epiſcopus qui inuitum.

D. 81. Si quis cleri. inuitum.

Can. 5. De clerico conuicto de furto, aut falſitate, & de periurio.

Si quis clericus furtum aut falsitatem commiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur. De periurio verò id censuimus obseruandum, vt si quis clericus in causis, quę sub iureiurando finiendæ sunt, præbuerit iuramenta, & post rebus euidentibus detegitur peieraſſe, biennij tempore à communione pellatur.

Can. 6. De his qui vxoribus defunctis, concubinas crediderint sociandas.

De his qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas post habuerint, aut defunctis vxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id obseruandum esse censuimus, vt sicut eos qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita statuimus ne vlterius ordinentur.

Can. 7. De incæstis coniunctionibus, vel quibus personis coniugalis copula sit obseruanda.

De incæstis coniunctionibus ita quæ sunt, statuta seruentur, vt hi qui aut modo ad baptismum veniunt, aut quibus patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro nouitate conuersionis ac fidei suæ credidimus consulendum, vt cõtracta hucusque huiusmodi coniugia nõ soluantur, sed in futurum, quod de incæstis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictũ est obseruetur. i. ne quis sibi sub cõiugij

iugij nomine sociare præsumat relictam patris, filiam vxoris, relictam fratris, sororem vxoris, consobrinam aut sobrinam, & relictam auunculi, vel patrui. Quòd si qui in hoc incæsti adulterio potius quam coniugio fuerint sociatíque diu non sequestrauerint, à cõmunione ecclesiastica repellantur. Illud etiã adiiciendum esse credidimus, vt in episcopi discussione consistat. De his qui in ciuitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, vtrum ignoranter ad illicita cõiugia venerint, aut per contumaciã q̃ sunt interdicta, p̃sũpserint, qa sicut his q̃ p̃ ignorãtiã lapsi sunt subuenitur, ita illis quibus prius Patrũ statuta in notitiã venerũt quíq; etiã cõtra sacerdotũ interdicta in tali permistione versantur, priorũ canonũ in omnibus statuta seruentur, vt nõ prius ad cõionẽ recipiãtur, q̃ incæsti adulteriũ, sicut scriptũ est, separatione sanauerint, quia in lege dñi manifestè legit, Maledict⁹ q̃ dormit cũ vxore patris sui, cum priuigna, vel vxoris suæ sorore, & reliqua his similia. Quò fit, vt quos Deus maledixit nos nisi emendatos benedicere non possimus. *Deut. 27.*

Can. 8. De clericis propter patrocinia secularium, officium suum minus implentibus.

Si clerici ministeria suscepta quacunq; occasione agere sicut & reliqui detrectant, & excusationẽ de patrociniis quorũcumque ne officiũ impleãt, p̃tendunt, ac sacerdotes suos

sub huiusmodi causa æstimēt per inobedientiā contemnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne ea licentia alij vitientur, nullatenus habeantur, nec ex rebus ecclesiasticis eū canonicis stipēdia aut munera vlla percipiāt.

Can. 9. De agris ecclesiæ ab episcopo inutiliter distractis.

De agellis verò cæterisque facultatibus ecclesiasticis à sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum canonum statuta seruentur, vt nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendium ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante iustitia per publicum aut clericorum iudicium reuocentur. Quòd si is qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus iudicium declinarit, quousque aut ad discussionem veniat aut rem ecclesiasticam restituat, communione priuetur.

Can. 10. De mancipiis Christianis, quæ in Iudæorum seruitio detinentur.

De mancipiis Christianis quæ in Iudæorum seruitio detinentur, si eis quod Christiana religio vetat, à dominis imponitur, aut si eos de ecclesia excusatos tollant pro culpa quæ remissa est, & affligere aut cædere fortasse

tasse præsumpserint, & ad ecclesiam iterato confugerint, nullatenus à sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur ac detur, quòd mancipia ipsa valere pronunciauerit iuxta taxationem. Christianis quoq; omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugiis misceãtur. Qui si fecerint, vsque ad sequestrationẽ, quisquis ille est, cõmunione pellat. Itẽ. Christianis conuiuia interdicimus Iudæorum, interdicimus Iudæorum, in quibus si fortè fuisse probantur, annuali excõmunicationi pro huiusmodi contumacio subiacebunt.

Can. 11. Vt missarum celebritas hora tertia inchoetur.

De Missarum celebritate in præcipuis dũtaxat solemnitatibus, id obseruare debemus, vt hora tertia Missarũ celebratio in Dei nomine inchoetur, quò facilius intra horas cõpetẽtes ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore conuenire: quia sacerdoté vespertinis officiis ad ecclesiam talibus præcipue diebus, nec decet deesse, nec conuenit.

Ca. 12. Quòd id quod clerici beneficio ecclesiæ perceperint à successore non auferatur.

De munificentiis verò sacerdotũ id obseruandũ, ꝙ sicut si quid præsenti tẽpore à clericis decentibus munificentiis habetur vel possidetur, deinceps à successoribus nullate-

nus auferatur: ita qui deceſſorum largitatibus gaudent, officia, & eccleſiæ obedientiũ, & affectum ſacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentiis quæ præſenti tempore ab his, ſicut dictum eſt, poſſidentur, ſi pro opportunitate epiſcopo placuerit, quod voluerit commutare ſine accedente diſpendio, in locis aliis commutetur. De munificẽtiis verò præſentibus, quaſquiſque clericus pro ſua gratia eorũ obſequiis exiſtimat conferenda, ſicut in arbitrio dantis eſt, vt tribuere quibus voluerit debeat, ita ſi inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio ſit præſentis, vtrum vel qualiter debeat reuocare.

Can.13. De clericis qui in oratorijs ordinationem acceperint.

De his verò clericorũ perſonis q̃ de Ciuitatẽſis eccleſiæ officio monaſterij vel diœceſis, vel Baſilicis in quibuſcũq; locis poſitis, id eſt, ſiue in territoriis ſiue in ipſis ciuitatibus ſuſcipiuntur ordinandæ, in poteſtate ſit epiſcopi, ſi de eo q̃ antè de eccleſia habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit: q̃ vnicuiq; facultas ſuſcepti monaſterij, diœceſis vel baſilicæ debet plena ratione ſufficere.

Can.14. De clericis contumacibus.

Si quis ſuperbia elatus officiũ ſuũ indignatione quacũq; implere noluerit, iuxta ſtatuta priora, à cõmunione retentus, & ab ordine depoſi-

depositus tandiu habeatur, quãdiu, sicut scriptum est, pœnitentiæ suppletione satisfecerit præsente Pontifice. Tamen illis regulariter, iuxta charitatem integram, & quæcunque illis stipendiorum iuxta consuetudinem debentur. pro qualitate temporis sunt ministranda. De quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

Can. 15. De clericis iniustè oppressis à suis pontificibus.

Si quis clericorum circa se districtionem episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.

Can. 16. De clericorum conspiratione per rebellionem in scripturis aut aliàs factam.

Si qui clericorum, vt nuper in multis locis per superbiam diabolo instigante actũ fuisse perpatuit, rebelli authoritate se in vnum, cõiuratione intercedente, collegerint, aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus præsumptio elebatur, sed res detecta, cũ in synodum vetum fuerit, in præsumptores iuxta personarum & ordinum qualitatẽ Pontificibus qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis diuinis corde nõ chartulæ conscriptione, vel coniuratione est exhibenda, ita quæ supra saeras admittunt scripturas, authoritate & districtione Pontificali sunt reprimenda. *11. q. 1. Si qui clericorum.*

Can.17. De sacerdotibus ecclesiæ res debitas occupantibus.

Si quis sacerdos res ecclesiæ debitas vel proprias horrēda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à potestate ex cōpetitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur. Sed & si agnito iure ecclesiastico nō statim ecclesiæ vel sacerdoti reformauerit, vt ipsum ius agnoscere possit, & in iudicium electorum venire distulerit, tandiu à communione ecclesiastica suspendatur, quandiu restitutis rebus, tam ecclesiam quam sacerdotē reddat indemnem. Similis etiam de his qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare tardauerint, vel detinere præsumpserint, districtionis ecclesiasticæ iuxta priores canones forma seruetur. Cui etiam sententiæ subiacebit, quisquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione sua ecclesiis dedit, reuocare præsumpserit.

Can.18. Quod ministri ecclesiarum non liceat ecclesiæ res sine episcopi consensu alienare.

12.q.2. Abbatibus presbyteris.

Abbatibus presbyteris, aliisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio deditis alienare & obligare absque permissu & subscriptione episcopi nihil liceat. Quod si præsumpserint, degradentur, communione concessa. Et quod alienatum vel temerè ordinatū est, ordinatione episcopi reuocetur.

Can.

Can. 19. Quòd pœnitentia non sit iuuenibus temere credenda.

De pœnitentium conuersione, vt ne quis benedictionem pœnitentiæ iuuenibus personis credere præsumat. Certè coniugatis, nisi ex consensu pari, ætate iam plena eam dare non audeat. At si quis pœnitentiæ benedictione susceptа ad secularem habitum militiámq; reuerti præsumpserit, excõmunicatione plectatur, viatico concesso ad exitũ.

Ca. 20. Ne seruus vel colonus ad honorem promoueatur ante acceptam ingenuitatem.

Vt nullus seruilibus colonariísque conditionibus obligatus, iuxta statuta sedis Apostolicæ, ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut testamẽto, aut per tabulas eum legitimè constiterit absolutum. Quod si quis episcoporum eius qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem indebitam fortasse voluerit, anni spatio. Missas facere non præsumat.

Can. 21. Quòd die dominico operari non permittatur.

Quia persuasum est populis die dñico cum caballis & bobus & vehiculis itinerare non debere, neque villã rẽ ad victũ præparare, vel ad nitorẽ domus vel hominis pertinẽtẽ, nullatenus exercere (quæ res quia ad ludæã magis, quàm ad obseruantiã Christianam pertinere probatur) id statuimus, die dominico,

quod antè fieri licuit, licere. De opere tamen rurali, i. agricultura vel vinea, vel sectione. vel messione, excussione vel exacto sæpe cē-suimus abstinendū, quò facilius ad ecclesiam venientes, orationis gratia vacēt. Quod si inuentus fuerit, quis in operibus suprascriptis, quæ interdicta sunt, se exercere, qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

Can. 22. Vt ante dominicam orationem expletam de ecclesia nullus discedat.

De Missis nullus laicorum ante discedat quam dominica dicatur oratio. Et si episcopus præsens fuerit, eis benedictio expectetur. Sacrificia verò matutina Missarum siue vespertinarum nequis cum armis pertinentibus ad bellorum vsum expetat. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter eius districtione debeat castigari.

Can. 23. Quando Iudæis inter Christianos procedere non liceat.

Quia Deo propitio, sub catholicorum Regum dñatione viuimus, Iudæi si die cœnę domini vsque in secundam sabbati in Pascha, hoc est ipso quatriduo procedere inter Christianos neq; catholicis populis se vllo loco, vel quacunque occasione miscere præsumāt.

Can. 24. De hæreticis vel Bonosiacis.

Iudex ciuitatis, vel loci, si hæreticum aut Bonosiacum, vel cuiuslibet alterius hæresis

facer

sacerdotem, vel quamcunque personam de catholicis rebaptizasse cognouerit, quia reges non constat habere catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxit, & ad reges fidem propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

Can. 25. Vt non liceat laicis clericos accusare.

Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad secularem iudicem attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accusare. *11. q. 1. Clericum cuiuslibet.*

Can. 26. Quid de episcopis qui supra scripta obseruare distulerint.

Quocirca hæc quæ inspirante Deo communi consensu placuerũt, si quis Antistitum, vel eorum quos spiritus Dei esse voluerit successores, relicta obseruationis integritate custodire & implere neglexerit, reum se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurũ esse cognoscat, quia & canones suos nec ignorare quemquam nec dissimulare. i. præterire permittit.

Expliciunt canones Aurelianen. synodi.

SANCTI QVINTIANI EPIscopi Esculani ad Petrum Antiochenum fides. Omnis qui dicit vnã naturã Dei verbi & carnis, & nõ duas vnitas indiuisáſq; dãnetur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, secundum Apostolum damnetur.

Si quis impassibilem, immortalem Deum verbum dicit cõuersum in passione ac morte, & non hæc reddit eius carni, damnetur.

Si quis vocẽ trisagiã, i. ter sanctã dicit propter nos crucifixã, & nõ dominũ nostrũ Iesum Christum filium Dei vnigenitum, damnetur.

Si quis post vocem ter sanctam dicit Deum crucifixum propter nos, & non potius vnum filium, cui in medio ter sanctæ vocis hymnus dicitur, damnetur.

Si quis hominem dicit qui p nobis crucifixus est, siue Deũ diuidendos naturas, & non eas copulando in crucifixione eius, dãnetur.

Si quis dicit duas personas seu subsistentias, & non potius duas naturas in vnam personam: & vnam subsistentiam in vnum concurrentes, damnetur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit, damnetur.

Si quis dicit creatum patris Verbum, & non magis eius carnem damnetur.

Si quis dicit cõsubstantialẽ carnẽ dñi Deo patri, & non potius Deum verbum, dãnetur.

Si quis dicit sine mẽte & sine anima dominũ nostrum Iesus Christũ, & pro ea habuisse diuinitatem, & quia ex hoc dicẽdum passum carne Deum verbum, & non magis mente cum anima rationali inhumanatũ Deũ verbum & impassibilem dicendo eundẽ diuinitate, humanitate verò passibilem, damnetur.

Si

Si quis quaternitatem introducit in trisagio, apponens post Trinitatem Christum crucifixum anathema sit.

Si quis vnum filium secat in dualitatem filiotum, anathema sit.

Si quis Dei verbū & carnē dicit vnā naturā ignorans naturarum differentiā, anathe. sit.

Si quis confundit Trinitatē, eūdē dicēs esse patrem & filium & spiritum sanctū, anat. sit.

Si quis distinguit vnam essentiam Trinitatis in duas, anathema sit.

Si quis diuinam naturam filij confundit passionibus carnis eius, non confitetur eum spiritu impassibilem, carne verò passum, anathema sit.

Si quis dicit Deum passibilitatē aut mortē gustasse, tanquā ad hæc eū bona volūtate veniſſe, cum conuersus esset, & nō cōfitetur eū tanquā Deū nō fuisse sub dānatione mortis, mortē verò mortificasse per carnem suam mortalem, quam assumpsit, anathema sit.

Credimus enim, quia vita est, & non recedit in mortem. Tu autem cognosce, & abscinde in quibus iniquè locutus es. Tamen sit & est Dei gratia cum his qui rectè prædicant verbum Veritatis.

CONCILIVM AVERNENSE circa tpa Vigilij pap. Apud ecclesiam Auernā cum in Dei nomine cōgregāte S. spiritu cōsentiente domino glorioſiſſimo, pio que

rege Theodeberto, in Auernã vrbem ſancta ſynodus cõueniſſet, ibíque in eccleſia x more) Patres cõſediſſent, inſpectíſque canonibus id eis rationabile viſum eſt, vt quamuis eccleſiaſticæ regulę penè ómnia comprehendant, quædam tamen vel adderentur noua, vel repeterentur antiqua. *Ca.1.*

In decret. Iuonis libro.4.

In primis placuit, vt quoties ſecundũ ſtatuta Patrũ, ſancta ſynodus congregaretur, nullus eps aliquã prius cauſam ſuggerere audeat quã ea quæ ad emendationem vitæ, ad ſerenitatẽ regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur. *Ca.2.*

Placuit etiam vt ſacrum quis pontificij honorẽ non votis quærat, ſed meritis, nec diuinum videatur munus comparare rebus, ſed moribus, atq; eminẽtiſſimæ dignitatis apicẽ oĩm cõſcendat electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis ſacerdotibus cura præcipua, quia irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis.

Can 3.

De opertorio dominici corporis, ſeu palla altaris nunquam ſacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur obtegatur, quia ſacro velamine vſibus ſuis reddito, dum honorantur corpora altaria polluuntur.

Can.4.

Ne ad nuptiarum ornatum miniſteria diuina præſtentur, &c. *Ca. 5.*

Ne

Ne Iudæi Christianis populis iudices præponantur. *Can.6.*

Episcopus, presbyter atque diacon⁹ tã sancta conscientia resplędeant, vt effugiant probitate actuum maledicorum oblaquia, & testimonium in se diuinũ implere contendant, quo dñs ait: Sic luceat lux vestra, &c. *Ca.7.* *Matth.5.*

Vt presbyteri plebes suas admoneant qp hospitales sint. *Can.8.*

Quod licitum episcopum cum concilio cleri de thesauro eccleſię pauperib. eiusdẽ eccle. secundum cano. institut. iuxta quod indiguerint erogare. *Decreta pelagij papæ.*

Pelagius, Ro. sedit ann. 11. mens. 10. dies 28. Hic cano. p̃ces eccleſiast. quotidie per oradas instituit, & defunctorũ suffragia approbauit. Hæret. seculari potestate coercẽdos indulsit. *an.d.552. Pelagius. pont.60.*

AVRELIANENSE CONCIL. 4. circa tẽpora Pelag. pap. 1. & est prouinciale tempore child. reg. Cum in Aurel. vrbem vnanimiter in Christi nomine adfuissent sacerdotes, & de his qui ad sacrum propositum pertinent, vel qui secundum eccle. ordinat. regulari conueniunt disciplinę (Deo medio) tractanda recepissent, placuit vt definita secundum antiquam consuetudo. inuiolata mõstrentur. Ex quò firmius statuta seruẽtur, cum cõsensu oĩm docet adnotata subscriptio.

Ca.1. De festiuitate Paschali celebranda.

Placuit vt sanctũ Pascha secundũ laterculũ

Victori, ab omnibus sacerd. vno tẽpore celebretur. Quæ festi. annis singulis ab episcopo Epiphaniarũ die in ecclesiis denuncietur. De qua solenn. quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per metropolitanos à sede Apost. sacra constitutio teneatur.

Ca. 2 Vt quadragesima æqualiter teneatur.

Hoc etiã decernimus obseruandũ, vt 40. ab omnib⁹ ecclesiis æqualiter teneatur. Neque 50. aut 60. ante Pascha quilibet sacerdos præsumat indicere. Sed neque per sabbata absq; infirmitate quisquã soluat quadrag. iei. nisi tãtum die domi. prãdeat. Quod fieri spiritualiter patrum statuta sanxerũt. Si quis hãc reg. irruperit, tãquã trãgressor disciplinæ à sacer. censeatur.

Ca. 3. Vt primates ciuitatis Pascha in ciuitate celebrent.

Quisquis de prioribus ciuibus Pascha extra ciuitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta synodo esse prohibitum. Sed principales festiuitates sub præsentia episcopi teneant, vbi sanctum decet tenere conuentum. Tamen si aliquis certa necessitate astringatur, vt hoc implere non possit, ab episcopo postulet cõmeatum. Quod si postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate præsentibus tenere voluerit, suspendatur.

Ca. 4. de ordinatione episcopi.

Id ẽt regulare esse pspeximus decernẽdum, vt eps in ciuitate in qua decreto eligitur ordi-

ordinandus, in sua ecclesia, cui profuturus est, constituatur, &c.

Ca. 5. Quod clerici canonum statuta ab episcopis percipiant.

Parochiani clerici à pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiãt, ne ipsi vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.

Ca. 6. De oratorijs & clericis in illis seruire debentibus.

Vt in oratoriis dñi clericorum nemo contra votũ ep̃i, ad quẽ territorij ipsius priuilegium noscitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, nisi forsitã quos probatos ibidẽ districtio pontificis obseruare præcipit.

Can. 7. De alienatis à sacerdote cuiuslibet ecclesiæ.

Vt epis. qui de facultate propria ecclesiæ nihil relinquit, de ecclesiæ facultate i. si aliter quam canones eloquuntur, obligauerit vendiderit aut distraxerit, ad eccle. reuocetur, &c.

Ca. 8. De indignis ad sacerdotium promotis.

Si quis ep̃orum sciens, aut bigamũ, aut internuptæ maritum, ad offi. Leuit. digni. siue presbyteri cõtra ius cano. promouere p̃sumpserit, sciat se vnius anni spatio ab omni officio sacerdotij esse suspẽsum. Qui si forte sententiæ subiacere contempserit, à cõmunione eius vsque in aliã synodũ se fraternitatis vni-

uersa suspendat, illi verò qui illicitè promoti sunt, degradentur.

Can. 9. De non distrahendis quæ ecclesiis sunt collata.

Si quid abbatibus, aut sacris monasteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc abbates aut presbyteri minimè reuocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet quacunque occasione. Quibus si fuerit necessariũ vt statuta conuellant, non aliter valeant, nisi fuerit sui episcopi subscriptione firmatum.

Ca. 10. De his quæ episcopus ecclesiæ dederit.

Quæcunque ecclesiis à Pontificibus sub competenti ac iusto documento fuerint derelicta, ab hęredibus legitimis dignum est vt pro Dei contemplatione seruentur.

Ca. 11. De his qui post baptismum dæmonibus oblata sumunt.

Si quis post acceptum baptismi sacramentum ab immolata dæmonibus sumenda, tanquam ad vomitum, reuertitur, si commonitus à sacerdote se corrigere ex hac præuaritione noluerit, à communione catholica pro emendatione sacrilegij suspendatur.

Can. 12. Quod Christianus in pecudes non iuret.

Si qs Christianus, vt est Gẽtiliũ cõsuetudo, apud cuiuscũq; ferè vel pecudis extra ĩuocatis insuper nominib⁹ Paganorũ fortasse iurauerit,

uerit, si se ab hac superstitione cõmonit⁹ noluerit cohibere, donec reatũ emẽdet à consortio fidelium, vel ecclesiæ cõmu.pellatur.

Ca.13. Quod ecclesiæ præiudicium non patiatur ex alienatione bonorum per clericos.

Vt quicunq; clericus aliquid de iure ecclesiastico, seu verbo seu per scripturã acceperit ad vtendũ, & postmodum alienare quacunq; occasione voluerit, non valebit, quia secundũ canonũ instituta proprietatẽ ecclesię nõ violat in alios quælibet lõga possessio. sed in põtificis potestate consistat, qualiter pro cõseruando iure ecclesiastico rem possessam inter clericos debeat communicare.

Ca.14. Quod ecclesiæ collatum est, nec à collatore nec ab illius hæredibus repeti debet.

Quicunque pro deuotione sua oblationis studio aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam absque scriptura probatur ecclesiæ cõtulisse, si postmodum ipse vel hæredes eius quacunque occasione auferre à iure hoc ecclesiæ, vel alienare voluerint, quoadusque à tali intẽtione discedant, aut peruasa restituãt, à communione ecclesiastica suspendantur.

Ca.15. De mancipiis propter spem coniugij ad ecclesiam confugientibus.

Quæcũque mãcipia sub spe cõiugij ad ecclesiæ cõfugerint septa, vt p hoc credãt posse fieri cõiugia, minimè eis licẽtia tribuatur, nec talis cõiunctio à clericis defensetur, quia

probatum est, vt sine legitima traditione cõiuncti pro religionis ordine statuto tempore ab ecclesię communione suspendantur, ne in sanctis locis talis coitus misceatur. De quare decernimus, vt parentibus aut propriis dominis (prout ratio poscit) personarum accepta fide restituti, sub separatione promissioni reddantur. Postmodum tamen à parentibus atque dominis concessa libertate, si voluerint eos, propria voluntate coniungant.

Can. 16. De homicidio voluntario.

Quisquis homicidium voluntate cõmiserit, ita vt occidere audeat innocẽtẽ, si à principibus aut à parentibus quacũque re se rediderit absolutum, modus pœnitentiæ distringendæ in sacerdotis potestate consistat.

Ca. 17. De mulieribus in adulterio cum clericis deprehensis.

Si quæ mulieres fuerint prolapsæ in adulterium cũ clericis, districtione adhibita, mulieres ipsæ, prout sacerdoti visum fuerit, districtioni subiaceant, & à ciuitatibus, vt sacerdos præceperit propellantur.

Can. 18. De mancipiis Christianis seruientibus Iudæis.

Cum prioribus canonibus fuerit definitũ vt de mancipiis Christianis quæ apud Iudæos sunt, si ad ecclesiam confugerint, & redimi se postulauerint, ẽt si ad quoscũque Christianos refugerint, & seruire Iudæis noluerint, taxato & oblato

& oblato à fidelibus iusto pretio ab eorum dominio liberentur. Itidem statuimus, vt tã iusta constitutio ab omnibus catholicis obseruetur.

Can.19. De Iudæis qui aduenam vel Christianum ad Iudaicam superstitionem seduxerint.

Hoc etiam decernimus obseruandum, vt si quicunque Iudæus proselytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicã superstitionem adducere, vel si Iudæus Christianam ancillam suam, sibi crediderit sociandam, vel de parentibus Christianis natũ, Iudęũ sub promissione fecerit libertatis, mancipiorum amissione mulctetur. Ille verò qui de Christianis natus Iudæus factus est, si sub conditione fuerit manumissus, vt in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis cõditio nõ valebit: quia iniustum est, vt ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens, Iudaicis vult cultibus adhærere.

Can.20. De existentibus genere seruilibus personis.

De genere seruili id decreuimus obseruãdum, vt descendens inde posteritas vbicũque quanuis post lõga spatia temporum reperiat in loco, cui authores eius constat fuisse depositos studio sacerdotis, in ea q̃ constituta est à deuotis conditione permaneat. Cui p̃cepto si quis secularių humanæ cupiditatis in pulsu

crediderit obuiandum, quousque se corrigat ab ecclesia suspendatur.

Ca.21. De facientibus in agro suo oratorium.

Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere diœcesim, primum & terras ei disponat sufficienter, & clericos qui ibidē sua officia impleant, vt sacratis locis reuerentia cōdigna tribuatur.

Can.22. De agellis sacerdotum.

Quisquis agellum ecclesiæ in dies vitæ suę à quocunque sacerdote cui potestas est, acceperit possidendū, quæcūque ibi profecerint, alienādi nullam habeat ptātē, nec ibi parētes sui ex ea re aliquid existiment vindicandum.

Can.23. De substituendo Antistite.

De substituendo Antistite, si fortassis mora extiterit, & voluntate decessoris ante fuerit res subarrata, quā successor accedit ecclesiæ, non impediat successorē. Si quispiā clericorū aliquid de facultate illa præsumpserit, in potestate sit aduenientis epi, vtrū sua debeat voluntate adire, an reiicere decessori, nec ecclesiæ in obiecto veniāt tēpora legibus cōstituta, dum non extitit persona quæ de vtilitate ecclesiæ cogitaret. *Ca.24.*

Si qs epūs alterius ecclesiæ clerico de facultatibus suę ecclesię aliquid sub titulo quocūque donauerit, post eius obitū qui acceperit ad ecclesiæ ius de cuius facultate discesserat, reuertatur: quia iniquū est vt sub hac specie dam-

dānū eccleſia quæ multis ſubuenit, patiatur.

Can. 25. Vt quæ ſtatuta ſunt obſeruentur.

Quapropter (auxiliāte domino) quæ ſynodus ſancta cōſtituit, decernimus vt à cunctis fratribus hæc definitio ſancta conſeruetur.

Expliciunt canones ſynodi Aurelian. 4.

TVRONICA SECVNDA SYnodus circa tempora Pelagij papæ primi: eſt prouincialis.

Eccleſiaſticæ diſciplinæ debet eſſe ſuffragium congregatio ſacerdotum, nec aliud erit ſuæ ſolicitudinis, tam peculiare conſcribere, quam quod ad fundamētum religionis proficere recognouerit, operari non ceſſet, vt cum paſtoralis cautela propagatur in ouilis cuſtodia, paucorum veneranda decreta ſint ſalutis publicę documenta. Et quoniam quid omitti non decet, oportet implere, prę ſertim cum cuius animarum intellectualiū, de quibus Deo cura eſt, forma proceſſit, eius traditionis lex ad pontifices manauit, neceſſe eſt vigilantiſſime prouidere, repulſo torpore, vt quicquid ab antiquis patribus ſtatutū de tramite canonico, quarundam perſonarū temeritate cernitur imminutū, reuocandū inſtatū priſtinū, vt poſſint male admiſſa corrigi, & nō admittenda damnari. Magna eſt enim in ipſa ſeueritate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam vbi in ſana libertas generat vulnera, ſacerdotalis diſtrictio dat medelam.

Nota. Quapropter Christo auspice, in Turonica ciuitate concilio concordante, iuxta conniuẽtiam glorioſiſſimi domini Arithberti regis annuentis coadunati pro pace & inſtructione eccleſiæ opportunum credidimus ſubter annexa decreta conficere, & ſubſcriptionibus propriis roborare, vt retundãtur noxia, propagentur optata, ne taciturnitate ſilentij vitioſorum criminum nutriri videretur licẽtia, non abſcindi, & quæ opportuna erãt pro qualitate temporis adiici, non paterẽtur negligi, ſed procurentur impleri.

Can. 1.

Ioan. 14. Ideo placuit propter cæleſtè illud mandatum: Pacem meam do vobis, &c. vt Põtificalis affectus inter conſacerdotes inuiolabiliter conſeruetur. Verũ ſi pro peccatis (vt aſſoleat) ex cauſa liuor emerſerit, vt pẽdente certamine ſibi inuicem reconciliari non poſſint, electis ab vtraque parte fratribus. i. preſbyteris, præponderante dulcedine litis iacula finiãt, & vota pace acquirant. *Can.* 2.

Vt corpus domini in altari, non in armario, ſed ſub crucis titulo componatur.

Ca. 3. Ne laici in eccleſia clericis miſceantur.

Vt laici ſecus altare in quo ſancta myſteria celebrantur. inter clericos tã ad vigilias quã ad miſſas ſtare penitus nõ p̃ſumãt, ſed pars illa quæ à cãcellis verſus altare diuidit, choris tantũ pſallentiũ pateat clericorũ. Ad orandũ

&

& communicandum laicis, & fœminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

Can. 4.

Vt vnaquæque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secũdum vires, vt tam vicini presbyteri quam ciues omnes suum pauperem pascãt, quo fiet vt ipsi pauperes per ciuitates alienas non fatigentur.

Can. 5.

Vt nullus clericorum vel laicorum præter episcopum epistolia facere præsumat.

Can. 6.

Vt episcopus nec abbatẽ, nec archipresbyterum, sine omnium suorũ compresbyterorum & abbatũ consilio de loco suo pręsumat eiicere, neque per præmiũ alium ordinare, nisi facto cõsilio tã abbatũ quã presbyterorũ suorum. Cũ autem negligẽtia eiicitur, cum omnium presbyterorum consilio refutetur.

Can. 7. Ne clericus familiaritate extranearum mulierum vtatur.

De familiaritatibus mulierũ licet crebrius sit in canonibus replicatũ attamen necesse vt sicut secta virgulta quę malè pullularũt, rursus fidei falce succidãtur, atque etiã radicitus eruãtur, nullus deinceps clericorũ pro occasione necessitatis faciẽdæ vestis, aut causa ordinãdæ domꝰ extraneã mulierẽ in domo sua habere præsumat. Et cũ iubeamur victũ aut

vestitū artificiolo quærere, & manibus propriis laborare, quid opus est in domo serpentem includere pro veste, quæ multiformem vestem nō propterea deponit vt nudetur, sed vt se gratiorem dum remouetur, ostendat?

Can. 8.

* Episcopus coniugem vt sororē habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem tam ecclesiasticam quā propriam, vt nulla de eo suspicio quaqua ratione consurgat. Et licet (Deo propitio) clericorum suorū testimonio viuat, qui cum illo tam in cella quam vbicunque fuerit, secū habitent, eúmque sequantur & presbyteri & diaconi, vel deinceps clericorum turba iuniorū (Deo adiutore) conuersentur, sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longè absint, mansionis propinquitate diuisi, vt nec hi qui ad spem recuperādam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

* *Intelligi hunc Canonem iuxta vsum Orientalis ecclesiæ, in qua coniugatus promouebatur ad sacerdotium.*

Ca. 9.

Episcopum episcopam non habentē, nulla sequatur turba mulierum, licet saluetur vir p mulierē fidelē, sicut & mulier per virū fidelem, vt apostolus ait. Nam vbi talis custodia necessaria non est, quid est necesse vt miseria prosequat vnde fama cōsurgat? Habeāt ministri

nist i eccleſiæ, vtiq; clerici qui epiſcopo ſeruiunt,&eum cuſtodire debent,licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere. *Can.*10.

Et ne occaſio famã laceret honeſtatis,quia aliqui laici, dum diuerſa perpetrant adulteria,hoc quod de ſe ſciunt,in aliis ſuſpicantur, ſicut ait Seneca, peſſimum in eo vitium eſſe qui in id quo inſanit,cæteros putat ruere. Vt ergo ipſis putandi,aut certe æſtimandi locus amputetur, nullus ſacerdotũ aut monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat. Neque liceat monachis cellas habere communes, vbi aut bini maneant, aut ſingulares reponi poſſint, ſed ſchola labore communi conſtruatur vbi omnes iaceant, aut Abbate aut præpoſito imminente, vt dum duo vel tres viciſſim & legunt & excubant, alij conſolentur, vt non ſolùm ſit cuſtodia corporũ, ſed & furgat pro lectione aſſidua profectus animarum.

*Can.*11.

Si qui in monaſterio conuerſi ſunt,aut cõuerti voluerint, nullatenus exinde habeãt licẽtiã euagandi, nec(quod abſit)vllus eorum coniugem ducere,aut extranearũ mulierum familiaritatẽ habere. Nã ſicut ſuprà dictũ eſt ſi vxorem duxerit,excõmunicetur,&de vxoris malè ſocietatis conſortio, etiã iudicis auxilio ſeparetur. Quòd ſi iudex ad hoc ſolatiũ

dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachus tali coniunctione fœdatus, si per cuiuscunque patrocinium se conatus fuerit defensare, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & ille qui eum exceperit ad defensandum, ab ecclesia segregetur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indictam ab abbate, quã diu perceptum ei fuerit, agat pœnitentiam. *Can.* 12.

Mulier intra septa monasterij nullatenus introire permittatur. Si abbas in hac parte, aut præpositus negligens apparuerit: qui eã viderit, & non statim eiecerit, excommunicetur. *Can.* 13.

De ieiuniis verò antiqua à monachis instituta seruẽtur, vt de Pascha vsque ad quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandiũ præparetur. Post quinquagesimã tota hebdomada exactè ieiunent. Postea vsque ad Cal. Augusti ter in septimana ieiunent secunda & quarta & sexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate cõstricti sunt. In Augusto quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandiũ habeãt. In Septẽbri toto, & Nouẽbri (sicut prius dictũ est,) ter in septimana. De Decẽbri vsq; ad Nata. dñi omni die ieiunẽt. Et quia inter Natalẽ dñi & epiphaniam omni die festiuitates sunt, itémq; prãdebunt. Excipitur triduũ illud quo ad calcandã Gentilium consuetudinẽ Patres nostri statuerunt priua-

priuatas in Cal. Ianuarij fieri litanias, vt in ecclesia psallatur, & hora octaua in ipsis Calendis circumcisionis Missa (Deo propitio) celebretur. Post Epiphaniam verò vsque ad quadragesimam ter in septimana ieiunent.

Can. 14.

Itémq; pro reuerentia domini Martini, vel cultu ac virtute, id statuimus obseruandum, vt tam in ipsa basilica sancta, quam in ecclesiis nostris, iste psallendi ordo seruetur, Vt in diebus æstiuis ad matutinum sex Antiphonæ binis psalmis explicentur. Toto Augustino manicationes fiant, quia festiuitates sunt, & Missæ Septembri septem Antiphonæ explicétur binis psalmis. Octobri octo ternis psalmis. Nouembri, nouem ternis psalmis. Decébri, decem ternis psalmis. Ianuario & Febr. itidem vsque ad Pascha. Sed vt possibilitas habet, qui facit amplius pro se, & quam min⁹ (vt potuerit) supereſt, vt vel duodecim psalmi expediantur ad matutinũ, quia Patrũ statuta pręceperunt, vt ad sextam sex psalmi dicãtur cum Alleluia, & ad duodecimam duodecim, itémq; cũ Alleluia, quod etiã (Angelo ostendente) didicerũt. Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinũ nõ itémque vel duodecim explicentur? Quicunque minus quã duodecim psalmos ad matutinũ dixerit, ieiunet vsque ad vesperã, pané cum aqua manducet, & non illisit altera in illa die

vlla refectio. Et qui hos facere contempserit, vna hebdomada panẽ cum aqua manducet, & ieiunet omni die vsque ad vesperum.

Can. 15.

Archipresbyteri verò vicani, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur à populo quòd cum coniugibus suis maneãt. Pro qua re hoc placuit obseruari, vt quotiescunque archipresbyter, seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulauerit, vnus lectorum canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella vbi ille iacet, lectum habeat pro testimonio.

Can. 16.

Enimuero quoniã cognouimus nõnullos inueniri sequipedas erroris antiqui, qui Gal. Ianuarij colũt, cũ Ianus homo Gentilis fuerit rex q̃dem, sed Deus esse nõ potuit. Quisquis ergo vnum Deum patrẽ regnantẽ cũ filio & spiritu sancto credit, certè hic nõ potest integer Christianus dici, quia aliqua de gẽtilitate custodit. Sunt etiam qui in festiuitate cathedræ dñi Petri apost. cibos mortuis offerunt, & post Missas redeuntes ad domos proprias, ad Gentilium reuertuntur errores, & post corpus dñi sacratas dæmoni escas accipiunt. Contestamur illam solicitudinẽ tã pastores q̃ presbyteros gerere, vt quẽcũque in hac fatuitate psistere viderint, vel (nescio) ad petras, aut arbo-

arbores, aut ad fontes designata loca Gentilium perpetrare quæ ad ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab ecclesia sancta authoritate repellant, nec participare sancto altari permittant, qui Gentilium obseruationes custodiunt. Quid enim dæmonibus cũ Christo commune magis sumendo cibum delicta videatur addere, quàm purgare?

Can.17.

Et licet Ambrosianos habeamus hymnos in canone, tamen quoniam reliquorum sunt aliqui qui digni sunt foma, cantare volumus libenter, & amplecti eos, præter ea quorum auctorum nomina nõ fuerint in limine prænotata, quoniam quæ fidem constituunt, dicendi rationi non obstant.

Can.18. De peruasoribus rerum ecclesiasticorum.

Placet itaque, ac omnibus nobis conuenit obseruari vt quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis ecclesiis contulisse probantur, quod à diuersis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem iudicij, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicunque ergo immemor interitus sui, res eccles. delegatas iniustè possidẽs præsumpserit retinere, & veritate comperta, res

Iste canon habetur in Parisiensi synodo prima in prio. ca.

Dei seruis suis dissimulauerit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus, à sancta cõione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedũ, nisi culpam propriam rerũ emẽdatione purgauerit. Indignè enim ad alta ræ domine properare permittitur, qui res ecclesiasticas & audet rapere, & iniustè possidere, ac iniqua defensione perducat. Necatores eñ pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta substraxerunt. Sacerdotalis tamen deber esse prouisio, vt vindictam admonitio manifestam præcedat, vt res vsurpatas si iniustè quis tulerit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat: neque quisquã per interregna res Dei defensore nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.

Ca. 19. De *iudicibus qui pauperes opprimunt.*

Vt iudices aut potentes qui pauperes opprimunt, si commoniti à pontifice suo, se nõ emendauerint, excõmunicentur. *Can.* 20.

Cauta enim est in salute prouisio ad effugiendam culpam delicti aditum delicti repellere. Nullus episcoporũ de ordinationib. clericorũ præmia præsumat exigere, quia nõ sacrilegiũ sed hereticum est (sicut in dogmatib⁹ ecclesiasticis habeẽ insertũ) ad ordinãdũ cleri-

clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis Magi, pecuniam offerre sacerdoti, quia dicitur, Gratis accepistis, gratis dare. Et cum talis sit q gratiã Dei à sacerdote æstimat pretio comparari, qualis ille qui vendit, vterque vsque ad synodum ab ecclesia segregetur. *Act. 8. Matt. 10.*

Explicium canones 2. synodi Turonen.

PARISIENSE CONCILIVM primum circa tẽpora Pelegij papæ primi, estq; prouinciale. Coniuncti in vnũ (Christo opitulante) Parisius pro vtilitatibus ecclesiarum, vnde non leuiter rationẽ sumus quãdoq; reddituri, in quantũ diuina pietas virtutẽ dare dignata est, tentauimus salubri consideratione prospicere, ne dũ periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur. *a.d. 552.*

Can. 1.

Itaq; placet, ab omnibus nobis cõuenit obseruare, vt quia nonnulli memores sui, &c.

In isto ca. agitur contra raptores & iniustos possessores rerum ecclesiasticarum, est idem quod habetur in secũda synodo Turon. ca. 18.

Can. 2.

Et quia episcoporũ res propriæ ecclesiarũ res esse noscũtur, si in eorũ facultatibus simili fuerit facultate grassatũ, peruersores rerũ memoratarum, canonum districtione feriãtur, vt dũ vindicta corrigit, q moribus pro-

priis, ac nulla conscientiæ castigatione corripitur, saltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res confiscare aut corrumpere, aut peruadere periculosa infestatione præsumpserit.

Can.3.

Et quia exempla boni operis à pontificibus debent primum, Christo opitulante, procedere: nullus episcopus, res competat alienas, aut si competitas aut à se aut ab antecessore suo fortè quis possedit, domino proprietatis possessionem propriã absq; præiudicio liberalitatis regiæ, integra reformidatione restituat, vt quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum ecclesiæ res exteras derelinquat. *Can.4.*

Sacrarũ etiam virginũ, neq; per raptũ neq; per cõpetitiones aliquas quisquam coniugia sortiatur. Similiter de earum coniunctionibus abstinendũ, & hi qui eas rapere aut cõpetere voluerint, à cõmunione sunt remouẽdi, quæ vestium commutatione, tã viduæ quàm puellæ religionem pœnitentiũ, aut virginitatẽ publica declaratione fuerint professæ. Quòd si contra dicta quis venerit, & sacerdotem suum audire neglexerit, & in præsentia à communione catholicæ ecclesiæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

Can.5.

Et quia vniuersis sacerdotibus ita cõuenit

vt

vt si quis de eis pro contemptu canonum, aut peruersione legum ecclesiasticarum à communione ecclesiæ aliquem fortasse suspenderit, à nullo penitus episcopo recipi præsumatur. Quod si factum fuerit, is qui eum cõtra indicta receperit, & à fratrum suorũ erit concordia separatus, & æterni iudices in futurum, vt confidimus, iracundiam sustinebit.

Can. 6.

Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta canonũ violantur: placuit, vt iuxta antiquam consuetudinẽ canonũ decreta seruentur. Nullus ciuibus inuitis ordinetur epũs, nisi quẽ populi & clericorũ electio pleniſſima quæsierit voluntate, non principis imperio, neq; per quamlibet cõditionẽ Metropolis voluntatẽ episcoporũ cõprouincialium ingeratur. Quòd si per ordinationem regiam honoris sui culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à comprouincialibus loci ipsius episcopi recipi nullatenus mereatur, quẽ indebitè assumptũ agnoscũt. Si quis de cõprouincialibus recipere eum contra indicta pręsumpserit, sit à fratribus omnib⁹ segregatus, & ab ipsorũ omniũ charitate remotus. Nã de actis ordinationib⁹ põtificũ ita cõuenit, vt cõiuncti metropolitan⁹ cũ suis cõprouincialib⁹ episcopis, vel quos vicinos episcopos eligere voluerint, in loco vbi conuenerit, iuxta antiqua statuta

canonum, omnia communi consilio & sententia decernantur. *Can.7.*

De degenerib⁹ seruis qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerij deputantur, hoc placuit obseruari, vt sub qua ab actoribus fuerint conditione dimissi, & siue hæredibus, siue ecclesiæ pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conseruari. Quòd si ecclesia eos de fisci defunctionibus in omni parte defenderit, tam illi quam posteri eorum ecclesiæ defensione in omnibus potiantur, & occursum impendant. Et quia huic definitioni coniuncti fratrum interesse minimè potuerunt, hoc omnis congregatio sacerdotum (Christo propitiante) decreuit, vt constitutio præsens à quantis oblata fuerit, subscriptionibus tamen eorum debeat probari, quatenus in hoc quod ab vniuersis obseruãdum est, vniuersitas debeat consentire.

Explicium canones Parisiensis synodi 1.

CONCILIVM AVRELIANENSE quintum circa tempora Pelagij primi papæ celebratum est.

Ad diuinam gratiam referendũ est, cũ vota principum concordant animis sacerdotũ, vt dum fit pontificale cõcilium, normam viuendi teneat recapitulatio antiqua canonũ, vt locus & tempus, quia est in quibuscunque titulis veteribus adhærens noua constitutio

san-

sanctionum. Igitur clementissimus princeps triumphorum titulorum inuectissimus dominus Childebertus, cum pro amore sacræ fidei studio religionis in Aurelianensium vrbem congregasset in vnum dominos sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacrum est, & quod pro ecclesiastico ordine auctoritate promoueretur pastorali, & quod aduenientibus sit norma, & præsentibus sit disciplina, atque conueniens à præsenti tempore in posterum custodiri (præstante Deo) signanter est titulis prænotatum.

Can.1.

Primum itaque nefarias sectas Eutychetis & Nestorij, quas sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis authoribus & sectatoribus execrantes, præsentis constitutionis, vigore anathematizamus atque damnamus, Apostolicum fidei ordinẽ in Christi nomine prædicantes. *Ca.2.*

Nullus sacerdotũ, quenquã rectæ fidei hominẽ pro paruis & leuibus causis à communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui patres ab ecclesia arceri iusserunt committentes. *Can.3.*

Vt nullum episcopatũ per præmia, aut cõparatione liceat adipisci, sed voluntate Regis iuxta electionẽ cleri ac plebis (sicut in antiqs canonibus cõtinetur scriptũ) consensu cleri ac plebis, à metropolitano, vel quem vice sua

permiserit, cum comprouincialibus Pontifex consecretur. *Can.4.*

Item, iuxta quod antiqui canones decreuerunt, nullus inuitus detur episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum ciues aut clerici quod dici nefas est, inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse episcopus qui magis per violentiam quàm per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Can.5.*

Nulli viuenti epō alius superponatur aut superordinetur epūs, nisi forsitan in eius loco quem culpa capitalis deiecerit. *Can.6.*

Quæcunque puellæ seu propria voluntate monasterium expetunt, seu à parentibus offerunt, annum in ipsa veste qua intrauerint permaneant. In his verò monasteriis vbi nō perpetuo tenentur incluſæ, triennium in ea quæ intrauerint veste permaneant, & postmodum secundum statuta monasterij ipsius in loco quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra relinquentes loca propositū sanctum seculi ambitione transcenderint, illę quæ in domibus propriis tam puellæ quam viduæ commutatis vestibus, conuersantur, cum his quibus coniugio copulantur, ecclesiæ communione priuentur. *Can.7.*

Id etiā miseratione certè cōdiximus custo-

diri

diri, vt qui pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur ab archidiacono, seu à præposito ecclesiæ diebus singulis dominicis requirantur, vt necessitas vinctorũ secundum præceptum diuinũ misericorditer subleuetur, atq; à Pontifice instituta fideli & diligẽti persona, quę necessaria prouideat, cõpetẽs victus de domo ecclesiæ tribuatur. *Can.* 8.

Et licet (propitio Deo) omnium domini sacerdotũ, vel quorũcunq; fideliũ hæc cura posset esse, vt egẽtibus necessaria debeant ministrari: specialiter tamen debilibus id pietatis causa conuenit, vt vnusquisque episcoporum incolis quos infirmitatem incurrisse tam territorij sui quã ciuitatis agnouerint, de domo ecclesiæ iuxta possibilitatem victui & vestitui necessaria subministret, vt non eis desit misericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

Can 9.

Nullus ex laicis absq; annua conuersatione præmissa episcopus ordinetur, ita vt intra anni ipsius spatiũ à doctis & probatis viris disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisquã episcoporum transcendere quacunq; conditione præsumpserit, anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus. *Can.* 10.

Ne cui liceat res vel facultates ecclesiæ aut monasteriis vel Xenodochiis pro quacunq;

eleemosyna cum iustitia delegata retentare alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum antiquorum canonum sententiis constrictus, ab ecclesiæ liminibus excludatur, quandiu ab ipso ea quæ sunt ablata vel retenta, reddantur.

Can. 11.

Quisquis etiam aut maiorum aut mediocrium personarum, quodcunq; muneris vel facultatis sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet sanctorum studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa quæ à parentibus donata noscuntur, postmodum quis auferre præsumpserit: superiori sententia vt necator pauperum cõmunione priuetur.

Can. 12.

His quoque (Deo propitio) constitutis, quod præcipuè in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum, congrua definitione sancimus, vt intra anni circulum vnusquisque Metropolitanus episcopus, iunctis in vnum locum comprouincialibus, suis intra prouinciam suam studeat habere concilium, vt aut si qua accesserint, charitatis emendentur studio, aut si pax religalis, vel disciplina in cunctis permanserit, gratias Deo referant. Hæc ergo vnanimiter definita seruantes, etiam præteritorum statuta canonum his decernimus vt inconuulsa vniuersa seruentur.

¶Finis

¶Finis Aurelianen. concilij 5.,

Decreta Ioannis 3. papæ.

Ioannes tertius, natione Romanus, de patre Anastasio illustri, sedit annos 12. menses 11. dies 26. Fuit temporibus Iustini iunioris Imperatoris. Hic Pont. ædē Apostolorū Philippi & Iacobi à Vigilio inchoatā absoluit, & Narseti eunucho amicissimus fuit, eíq; cōsulatū impetrauit. Prodigiosam tempestatē perturbationibus & annis plenus superauit. *an. d. 536. Ioan. 3. pontifex. 61. Tempore huius Apmeni Christum recessere.*

Extat eiusdem epistola decretalis ad vniuersos episcopos per Germaniæ & Galliæ prouincias constitutos, in qua,

Primo damnat Chorepiscopos, quomodo damnati sunt à Damaso & Leone, & à Concilio Neocæsariensi.

Secundo tradit quòd Clemens post Petrū sedem Apostolicam & potestatem pontificalem tenuit, & id factum est tradente sibi beato Petro apostolo. *Cap. 13. 8. q 1. Si Petrus.*

Tertiò demonstrat quanto labore, quantísque vigiliis intendere debet qui pascit oues Christi, quod fusius habetur in epistola Leonis, & Damasi 4.

Decreta Benedicti papæ.

Benedictus natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos 4. menses 1. dies 28. Huius temporibus gens Longobardorū totā Italiam inuasit, simúlque & fames nimia, vt etiam multitudo castrorū se tradiderit Lō- *an. d. 575. Benedict. 1. pontif. 62. fuit tempore Mauricij imper.*

vgobardis, vt temperare posset inopiam famis. In istis laboribus & afflictionibus positus Benedictus Papa mortuus est.

Hæc epi. plena est mysteriis.

Extat epistola decretalis ad episcopum Dauid, qui per literas significauerat Apostolicæ cedi, esse quosdam intra prouinciam Beticam, qui dicerent neminem veraciter posse probare Trinitatem vnitatem fieri, cum neque tres vnum, neque vnum in tribus posse quenquam proprie approbari. Hos longa disputatione confundit testimoniis veteris

Esaiæ.6.

& noui testamēti. Quę omnia habentur in epistola prima decretali Alexādri papę primi.

Primum est Esa. Vidi dominum Sabaoth, &c. & Seraphim stabant in circuitu eius dicentes Sanctus, Sanctus, Sāctus dominus, deus

Exod.34.

Sabaoth. Quia trinitas est ternio, Sanctus dixerunt. Quia vnitas est, sub trini repetitione vnum Deum ac dominum intimarunt.

Gen.18.

Secundum Exod. Domine, domine, domine miserator misericors. &c.

Esa.37.

Tertium Gene. Abraham sedens ad ilicem Mambræ, tribúsque occurrens, vni dixit, Domine, &c.

1. Reg.1.

Quartum Esa. Dominus Deus Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim, &c.

Matth.28.

Item illud Reg. Domine Deus omnipotēs Deus Israel, sermones tui fideles sunt, &c.

Item Matth. Dominus discipulos suos in nomine patris & filij & spiritussancti vniuersas

sas gentes misit baptizare.

Decreta Pelagij 2. Papæ.

Pelagius natione Romanus, sedit annos 10. menses 2. dies 10. tempore Mauricij Imperatoris. Hic absque Ro. Principis authoritate (contra consuetudinem) creatus est. Nihil enim tunc à clero in eligẽdo Pontifice actum erat, nisi Imp. approbasset. Sed Longobardis tũ Romam obsidentibus, facultas mittendi Constantinopolim nulla fuit. Postea verò offensã, misso illuc Gregorio deprecatus est. *an. d. 580. Pelagius 2. pontif. 63. Hic basilicam Laurentij mar extruxit.*

Extat decretalis epistola Pelagij, in qua primo definit generales synodos non posse conuocari nisi authoritate Apostolicæ sedis, quoniam sedi beati Petri singulari priuilegio hæc authoritas est tradita, & quia nulla vnquam synodus rata legitur, quæ apostolica authoritate non fuerit fulta. Hoc definit contra Ioannem Constantinopolitanum episcopum, qui intentarat concilium quoddam generale conuocari.

In eadem epistola adiecit, Orate fratres, vt honor ecclesiasticus nostris diebus non euacuetur, neq; vnquã Romana sedes, quæ instituente domino, caput est omniũ ecclesiarũ, priuilegiis suis vsquã careat, aut spolietur. *Distin. 17. multis deest.*

In eadem sic: Maiores verò & difficiles quæstiones, vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur, &c.

Extat secunda epistola decretalis eiusdem de mutatione episcoporum, in qua Benig. archiepiscopo respondet, sic dicens: Exigit ergo dilectio tua consulta sedis Apostolicæ, si licitum foret episcopum transire aut mutari de ciuitate in ciuitatē, cum quidam canones (vt tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiam literis tuis, quendam fratrum nomine & actu Dei seruum, causa vtilitatis te velle mutare in locum & ciuitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis habuisses. Qua propter scias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & vtilitatis, & aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mētem, id est, qui non auaritiæ causa, aut dominationis, aut propriæ voluntatis aut delectationis suæ migrat de ciuitate in ciuitatem, sed causa necessitatis & vtilitatis mutatur. Ná plurimorum vtilitas vnius vtilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Quod enim in canonibus legitur non debere episcopum de ciuitate in ciuitatem transire, non de his dicitur qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, authoritate maiorū hoc agūt, sed de his qui auaritiæ ardore inflāmati sponte sua prosiliūt, & potius ambitioni quā vtilitati ecclesiæ seruire, & vt dominationem agant insistere cupiunt.

7. q. 1. Sciat frater.

Qua-

Quapropter, chariſſimè, muta ẽpm cauſa neceſſitatis aut vtilitatis, ſuper quo conſulere nos voluiſti: & alios fratres noſtros, quibus hoc faciendum neceſſitas aut vtilitas cõpulerit, agere doce, quia hoc quod tibi ſoli ſcribimus, generaliter omnibus tenere mãdamus. Quia ſic poteſtatem habemus epiſcopos & ſacerdotes regulariter titulare & ordinare. ita vt prædictum eſt, cauſa neceſſitatis aut vtilitatis: habes & mutare, ac de titulo ad titulum transferri, licet de minori ad maiorem vrbem mutandus ſit. Hoc tamen ſum mopere prouidendum eſt, ne cauſa arrogantiæ aut auaritiæ vnquã fiat, quia hi à prædictis canonibus dãnatus. nõ illi qui neceſſitate aut vtilitate maiorum conſilio, & ſana ac pura & Deo placita intentione hoc faciunt.

Extat epiſtola decretalis tertia eiuſdem ad vniuerſos epiſcopos Italiæ, in qua eos adhortatur ad ſolicitudinem eccleſiarum.

Extat quarta ad epiſcopos Germaniæ, & Galiæ, in qua ordinem præfationum quem eccleſia Romana habet, requirentibus epiſcopis tradit. Inuenimus has nouẽ prefationes in ſacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana eccleſia hactenus ſeruauit. Vna in albis Paſcalibus, aliam de Aſcenſione domini, terriam de Pentecoſtes quartam de Natali domini, quinta de apparitione domini ſextã de Apo-

De conſe. diſt. 1. inuenimus.

ſtolis, ſeptimam de ſancta Trinitate, octauã de Cruce, nonã de Ieiunio in quadrageſima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & cuſtodit ſancta Romana eccleſia, has tenendas vobis mandamus.

HISPALENSE CONCILIVM

primũ ſub Pelagio ſecundo papa. Eſt prouinciale, ſed robur habet à ſede Romana, vt patet ex præfatione Concilij, Præſidente Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi.

Domino ſancto, & reuerenter à nobis honorando, chariſſimo fratri Pelagio epõ, Leãder, Agapius &c. epi qui vnà in vrbe Hiſpalenſi adfuimus, ſanctitatem tuam charitatis ſtudio ſalutantes, precamur dominum qui nos de ſalute mutua vel viſione lætificare dignetur, te lætum multo conſeruet in tẽpore.

Can. 1. De diſponendu eccleſiæ rebus poſt epiſcopi excoſſum.

Comperimus autem in canone, conſulentes vetera ſtatuta, vt epiſcopus qui res proprias alteri & non eccleſiæ ſuæ dimiſerit, quicquid de eccleſiæ rebus aut donauit aut vendidit, aut quomodo ab eccleſia tranſtulit, irritum habeatur.

* *Hic Canon erat renouãdus in Concilio: vt hæres defuncti epiſcopi eſſet eccleſia, non tamen Papa. Secundo: Alienum eſt à ſententia horum patrum licere epiſcopo inſtituere primogenituras, vel locupletare conſanguineos.*

Can.2.

Ea verò mancipia quæ memoratus de iure ecclesiæ sublata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesiæ ipsi nō cōpēsauit ecclesia absq; aliqua oppositiōe accipiat.

Can.3. De clericis cum quibus mulieres cohabitent.

Inter cætera verò hoc definitum à nobis est pro abolendis maculis clericorum, secundum edictum concilij Toletani, vt si presbyteri, diaconi vel clerici consortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem, per sacerdotis sui admonitionem à se minus remouerint seculi iudices easdē mulieres cum voluntate & permissu episcopi comprehēsas in suis lucris vsurpent, vt vitiū hoc dum sacerdos instibere nō præualet potestas iudicialis cōērceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento episcopo, vt eas clericis nulla ante restituant. Quòd si restituerint, ipsi iudices sententia excommunicationis feriantur. Mulieribus verò illis, iuxta priores canones à sacerdote distracti pretium earum indigentibus dispensetur. *Ca.3. secūdi concilij Toletani.*

Quæ statuta manu nostra subscripsimus Data ad sanctitatē vestrā die 2. Nonarū Nouēbris anno 5. glorioſi domini nostri Reccaredi regis Era. 628. Leander ecclesiæ sanctæ hispalensis ep̄s hāc cōstitutionem confirmaui & subscripsi. Ioannes ep̄us Agragensis, &c.

CONCILIVM TOLETANVM

tertium sub Pelagio secundo Papa, in quo Arrij hæresis in Hispania condemnatur, Mansona Emeritano episcopo.

¶ In nomine domini nostri Iesu Christi anno quarto, regnante glorioſiſſimo atque piiſſimo, & Deo fideliſſimo Reccaredo rege, die octauo Iduum Maiarum, Era 627. hæc ſancta ſynodus habita eſt in ſancta ciuitate regia Toletana ab eis totius Hiſpaniæ & Galiciæ qui infra ſcripti ſunt. *Can.* 1.

Cum pro fidei ſuæ ſynceritate idē glorioſiſſimus Princeps omnes regiminis ſui Pontifices in vnum conuenire mandaſſet, vt tam de eius conuerſione, quam de gentis Gothorum innouatione in domino exultarent, & diuinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, memoratus ſanctiſſimus Princeps ſic venerandum concilium alloquitur. Non incognitum reor eſſe vobis Reuerendiſſimi ſacerdotes, q̄ propter inſtaurandam diſciplinæ eccleſiaſticæ formam, ad noſtræ vos ſerenitatis præſentia euocauerim, & quia decurſis retro temporibus hæreſis imminens in tota eccleſia catholica agere ſynodica negotia denegabat, Deus cui placuit per nos eiuſdem hæreſis obice depellere, admonuit inſtituta de more eccleſiaſtico reparare. Ergo ſit vobis iocunditatis, ſit gaudij quod mos canonicus ꝓſpectu Dei per noſtram gloriā adpa-

ternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo, pariter & exhortor, ieiuniis vos & vigiliis atque orationibus operam dare, vt ordo canonicus, quem à sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diuturna obliuio, quam ætas nostra se nescire fatetur, diuino dono vobis rursum patefiat.

Ad hæc autem gratias Deo agentes & religiosissimo Principi vniuerso concilio in laudibus acclamante, triduanum est exinde prædicatum ieiunium. Sed cum die octaua Iduũ Maiarum in vnum cœtũ Dei sacerdotes adessent, & oratione præmissa vnusquisque sacerdum competenti loco resedisset, ecce in medio eorum adfuit serenissimus Princeps, séque cum Dei sacerdotibus orationi communicans diuino deinceps flumine plenus, sic ad loquendum exorsus est, dicens.

Non credimus vestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arrianorum laborasset Hispania, & non multos post decessum genitoris nostri dies quibus nos vestra beatitudo fidei sanctæ catholicę cognouit esse sociatos, credimus generaliter magnum & æternum gaudium habuisse: & ideo venerandi Patres, ad hanc vos peragendam congregari decreuimus synodum, vt de omnibus nuper aduenientibus ad Christum, ipsi æternas Deo gratias referatis. Quicquid verò verbis apud sacerdotium vestrum nobis agẽ-

dum erat de fide atque spe vestra, quam gerimus, in hoc Tomo conscripta atque allegata, nota facimus. Relegantur ergo in medio vestri, & in iudicio synodali examinata, per omne succedentium tempus gloria nostra eiusdem fidei testimonio declarata clarescat.

Susceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus, offerente rege, sacro sanctę fidei Tomus, & pronunciante notario clara voce recensitus est, in quo confessus est fidem catholicam iuxta canones quatuor conciliorũ generaliũ, cui subscripsit Rex, his verbis. Huic verò confessioni meæ, sanctarum scripturarũ & conciliorum constitutionibus consentiẽs, testimonio diuino tota cordis simplicitate subscripsi.

Tunc acclamatũ est in laudibus Dei & in fauore principis ab vniuerso concilio, Gloria patri & filio & spiritui sancto, cui cura est pacem & vnitatem eccle. catholicæ prouidere, &c. Deinde vniuerso consilio iubente, vnus episcoporum catholicorum ad eṗos & religiosos clericos vel maiores natu ab hæresi Arriana conuersos, sic est allocutus: Officij nostri cura compellimur, à vestra charitate perquirere, quid damnetis in hæresi, aut quid intra sanctam catho. credatis ecclesiam. Tũc episcopi omnes vnà cum clericis suis primoréque gentis Gotthicæ pari consensione dixerunt, Licet hoc quod tua paternitas atque fraterni-

fraternitas vestra à nobis cupit audire, iã olim conuersionis nostræ tempore ẽgerimus, quãdo secuti glorioſiſſimum Reccaredum regẽ noſtrum ad eccleſiam tranſiuimus, & perfidiam Arrianam cum omnibus ſuperſtitionibus ſuis anathematizauimus, nunc tamẽ propter charitatem & deuotionẽ quã Deo & eccleſiæ catholicæ debemus, quæ petitis promptiſſimè agere properam⁹, ſed & ſi qua adhuc congrua fidei eſſe perſpicitis, ac nobis charitate perſuadetis, faciemus.

Omnis ergo qui fidem & communionem ab Arrio venientem, & vſque ad nos retentã adhuc tenere deſiderat, & de tota cordis intentione non damnat anathema ſit.

Quicunque filium Dei, dominum Ieſum negauerit à paterna ſubſtantia ſine initio genitum, & æqualem patri eſſe, vel conſubſtantialem, anathema ſit.

Quicunque ſpiritum ſanctum non credit, aut non crediderit à patre & filio procedere, eúmque non dixerit coæternum eſſe Patri & filio & coeſſentialem, anathema ſit.

Quicunque in patre & filio & ſpiritu ſancto, & perſonas non diſtinguit, & vnius diuinitatis ſubſtantiam non agnoſcit, anathe. ſit.

Quicunque filium Dei, dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum & ſpiritũ ſanctũ iuxta deitatẽ eſſe patre minorem aſſeruerit, & gradibus ſeparauerit, creaturámque eſſe dixerit, anathe. ſit.

Quicunque nescire filium Dei, quod Deus pater sciat dixerit, anathema sit.

Quicũque initium filio Dei & spiritui sancto deputauerit, anathema sit.

Quicunque filium Dei secundum diuinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit.

Quicunque spiritum sanctum, sicut patrem & filium verum Deum & omnipotentem esse non credit, anathema sit.

Quicunque alibi fidem & communionem catholicam, præterquam in ecclesia vniuersali, quam Nicæni & Constantinopolitani, & primi Ephesini & Chalcedonensis concilij decreta tenent, pariter & honorant, anathe. sit.

Quicunque patrem & filium & spiritum sanctum honore & gloria & diuinitate separat aut disiungit, anathema sit.

Quicunque non dixerit, gloria patri, & filio & spiritui sancto, anathema sit.

Quicunque rebaptizandi sacrilegium opus esse bonum credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

Quicũque Ariminen. conciliũ ex toto corde non respuerit & dãnauerit, anathema sit.

Sint ergo damnata in cœlo & in terra quæcunque per hanc catholicã fidẽ damnãtur: & sint accepta in cælo & in terra, quæcunque p hanc fidem accipiuntur regnante domino

nostro

noſtro Ieſu Chriſto cui cum patre & ſpiritu ſancto eſt gloria in ſecula ſeculorũ. Subſcripſerunt epiſcopi, preſbyteri, & diaconi ex hæreſi Arriana conuerſi, & Gothorum viri illuſtres, & omnes ſeniores ſubſcripſerunt.

Decreta concilij. Can. 1.

Poſt damnationem hæreſis Arrianæ, & fidei ſanctæ catholicæ expoſitionem, hoc ſanctum præcipit concilium, vt quia à nonnullis vel hęreſis vel gẽtilitatis neceſſitate ꝑ Hiſpaniarũ eccleſias canonicus prætermiſſus eſt ordo, dum & licẽtia abũdaret tranſgrediẽdi, & diſciplinæ optio negaretur, dũ omnis exceſſus hæreſis foueretur patrocinio, & abundantia mali tẽporis ꝓcul eſſet diſtrictio diſciplinæ. At nunc pace eccleſiæ Chriſti miſericordia reparata, quod priſcorũ canonũ authoritas prohibet, ſit reſurgẽte diſciplina inhibitũ, & agatur omne quod præcepit fieri: Permaneãt in ſuo vigore conciliorũ omniũ conſtituta, ſimul & ſynodicę ſanctorũ præſulum Romanorũ epiſtolę. Nullus deinceps ad promerẽdos honores eccleſiaſticos cõtra canonum ſtatuta aſpiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt debere non fieri. Et qui preſumpſerit, ſeueritate priorum canonum diſtinguatur.

Can. 2.

Petitione Reccaredi regis cõſtituit ſynod⁹ vt per omnes eccleſias Hiſpaniæ & Galiciæ

secundum formam Orientalium ecclesiarũ concilij Constantinopolitani, hoc est centũ quinquaginta episcoporum, symbolũ fidei recitetur:& priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara prædicetur, quo fides vera manifesta sit & testimomonium habeat,&ad Christi corpus & sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant.

Ca.3.Vt nequis extra necessitatem rem ecclesiæ alienet.

Hæc sancta synodus nulli episcoporum licentiam tribuit res alienare ecclesiæ, quia & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid verò quod vtilitatem non grauet ecclesiæ,pro suffragio monachorum vel ecclesiarum ad suam parochiam pertinentium dediderint, firmum maneat Peregrinorum vel clericorum, & egenorum necessitati, saluo iure ecclesiæ, præstare permittunt pro tempore quæ potuerint.

Can.4.Quòd licet religionis intuitu res ecclesiæ alienare.

12.q.2.Si episcopus.

Si eps vnã de parochianis ecclesiis monasterium dedicare voluerit,vt in ea monachorũ regulariter congregatio viuat,hoc de cõsensu cõsilij sui habeat licentiam faciẽdi. Qui etiam si de rebus ecclesiæ pro eorũ substãtia aliquid,quod detrimentũ ecclesiæ non exhibeat eidẽ loco donauerit, sit stabile. Rei cũ bene statuẽdę sanctũ conciliũ dat cõsensum.

Can.

Can.5.

Compertum est à sancto concilio episcopos presbyteros& diaconos venientes ex hęresi carnali adhuc desiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat,præcipitur, quod & canonibus prioribus continetur , vt non liceat eis viuere in libidinosa societate, sed manente inter eos coniugali lege, communem vtilitatem habeant , & non sub vno conclaui maneant. Vel certè si suffragatur virtus, in alia domo suam vxorem faciat habitare,vt castitas apud Deum & apud homines habeat testimonium bonũ. Si quis verò post hanc conuentionem obscœne cũ vxore elegerit viuere,vt neglector habeat. Qui verò semper sub canone ecclesiastico iacuerint, si cõtraũ veter⁹ imperata in suis cellulis mulierũ,q̃ infamiæ suspicionẽ possunt generare, consortiũ habuerint, illi canonicè quidã distingantur,mulieres verò ab epis venundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur.

Can.6.Vt liberti ab episcopo defendantur.

De libertis autẽ hoc præcepit sancta synodus, vt si q̃ presbyteri vel diaconi ab epis facti sunt,secundũ modũ quo canones antiqui dãt licentiã, sint liberi,& tñ à patrocinio ecclesię tam ipsi quã ab eis progeniti non recedãt. Ab annis quoq; libertati traditi,& ecclesiis cõmẽdati,patrocinio episcopi colligatur & ne cuiquam donentur hoc à principe episcopus postulet.

Ca.7.Quod sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus conuiuiis misceatur.

distin.44. Pro reuerentia.

Pro reuerentia Dei & sacerdotũ id vniuersa constituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali cõuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animę ędificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur. *Can.8.*

Iubente autem atque consentiente domino Reccaredo rege id præcipit sacerdotale cõciliũ, vt clericos ex familia fisci, nullus audeat à principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo, ecclesiæ Dei cui sunt alligati vsque dum viuunt regulariter administrent. *Can.9.*

Decreto huius cõcilij hoc statuit, vt ecclesiæ quæ fuerunt in hæresi Arriana, nũc autẽ sunt catholicæ, ad eos episcopos cũ suis rebꝰ pertineant ad quos parochiæ ipsæ in quibus ipsæ ecclesiæ fundatę sũt, pertinere videntur.

Ca.10.Vt mulier inuita viro non nubat.

32 q 2. hoc sanctum cõ firmat.

Viduæ quibus placuerit teneãt, castitatem, non tamen ad nuptias vi venire cogantur. Similis conditio & de virginibus habeatur. Siquis verò propositum castitatis viduæ vel virgini impedierit à sancta communione & à liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

Can.11.

Quoniã comperimus per quasdã Hispa-

niar

niarum ecclesias non secundum canones, sed fœdissimè pro suis peccatis homines agere pœnitentiam, vt quoties peccare libuerit, toties à presbyteris se reconciliari expostulent, ideo pro coercenda tam execrabili præsumptione, id à sancto concilio iubetur, vt secundum formam canonum antiquorũ detur pœnitentia, hoc est vt prius eum quem sui pœnitet facti, à communione suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni restituat. Hi verò qui ad propria vitia vel intra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationẽ labuntur, secundum priorum canonum seuetitatem damnentur.

Can. 12.

Quicũq; ab episcopo vel presbytero sanus vel infirmus pœnitẽtiã postulat, id ante omnia episcopus seruet & presbyter, vt si vir est, siue sanus siue infirmus, primus eum tõdeat, aut in cinere & cilicio habitũ mutare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi prius aut velata fuerit, aut mutauerit habitum. Sæpius enim laicis cum fœminis tribuendo desidiosè pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam pœnitentiam relabuntur.

Ca. 13.

11.q.1.Inolita præsumptio.

Inolita præsumptio vsq; adeo illicitis ausibus aditum patefecit, vt clerici clericos suos relicto suo Pontifice ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus vt hoc de cætero non præsumatur. Si quis hoc præsumpserit facere, conuentus & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

Can.14.

Conuentus noster hoc canonibus inserendum præcepit, vt Iudæis non liceat Christianas habere vxores vel concubinas, neq; mancipium Christianum in vsus proprios comparare: sed & filios qui ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismũ. Nulla officia publicis iniungantur, per quæ eis occasio tribuatur Christianis pœnam inferre. Si verò Christiani ab eis in Iudaismo ritu sunt maculati, vel etiam circuncisi, non reddito pretio ad libertatem & religionem redeant Christianam.

distin.54. Nullus officia publica.

Can.15.

Si qui ex seruis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, eásque de sua paupertate dotauerint, has procuret episcopus prece sua authoritate regia confirmari.

Can.16.

Quoniã penè per omnẽ Hispaniã siue Galiciã, idololatrię sacrilegiũ inoleuit, hoc cum consensu glorioſissimi principis sancta synodus ordinauit, vt omnis sacerdos in loco suo

vnà

vnà cum iudice territorij ſacrilegiũ memoratum ſtudioſe perquirat,& exterminare inuentum non differat. Omnes verò qui ad talem errorem concurrũt, ſine diſcrimine qua poterunt animaduerſione coerceant. Quod ſi neglexerint, ſciant ſe vtrique excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui verò domini extirpare hoc malum de poſſeſſione ſua neglexerint & familiæ prohibere noluerint, ab epiſcopo & ipſi à communione pellantur. *Can.* 17.

Cum multæ querelæ ad aures ſancti cõcilij deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus eſt nunciatum, quantum conſidentium aures ſacerdotum nõ poſſent ſuſtinere, vt in quibuſdã Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimant fornicationis auidi, pietatis alieni, quibus ſi tædium eſt filios numeroſos alere, prius ſeipſos debent caſtigare à fornicatione. Nam dum cauſa propagandæ prolis ſortiuntur coniugia, parricidio & fornicationi tenentur obnoxij, qui filios necando proprios, docent ſe non pro filiis, ſed pro libidine vxores duxiſſe. Proinde tantum nefas ad cognitionem glorioſiſſimi domini noſtri Reccaredi regis perlatũ eſt, cuius gloria digna eſt iudicibus earundem partiũ imperare, vt amouendũ tantũ facinus diligẽter cũ ſacerdote procurent, & adhibita ſeueritate prohibeant. Ergo & ſacerdotes locorũ eorũ-

dem in quibus scelericis huius immanitas peragitur sancta synodus præcipiendo conuenit, vt idē scelus cum iudice curosius quærant & sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

Ca.18. Vt ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant.

10.q.1.Sic quidā contre Et in decre Iuo. lib.2.

Sic quidā cōtra canonum authoritatē eccle sias quas ædificauerunt, postulant consecrari vt dotem quam idem ecclesiæ contulerint, cēseant ad episcopi ordinationē nō ꝑtinere. Quod factum taliter in ꝑterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat ꝓhibeatur, & omnia secūdū cōstitutionem antiquam ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

Can.19.

10.q.3. Quia cognouimus 1.Pet.5.

Quia cognouimus episcopos ꝑ parochias suas non sacerdotaliter agere se crudeliter desęquire, & dū scriptū sit forma estote gregi, nō vt dominātes in clerū, qui exactiōes diœcesi suæ, vel damna infligunt, ideo censemus (excepto q̄ veterū cōstitutiones à parochiis habere iubent episcopos) vt alia quæ illis hucusque p̄sumpta sunt, denegentur, hoc ē neque angariis presbyteri, aut diaconi, neque aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in ecclesia dei exactores potius q̄ pontifices nominari. Hi verò clerici tam locales q̄ diœcesani q se ab episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre

ferre non differāt,& metropolitanus nō moretur huiusmodi præsumptiones auertere.

Can.20.

Ecclesiarum seruos & eporū,vel presbyterorum, vel omniū clericorū à iudicibus vel exactoribus publicis in diuersis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne conciliū à pietate glorioſiſſimi domini nostri posceit, vt tales vsus deinceps inhibeat, sed serui supradictorum officiorum in eorū vsibus vel ecclesiæ laborent. Si quis verò iudicum aut actorum clericū, aut seruū clerici, vel ecclesiæ in publicis ac priuatis negotiis occupare voluerit, à communione ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

Ca.21.Quod qui spem futuræ resurrectionis habent, de mortuis tristari non debent.

Qui diuina vocatione ab hac vita recedūt cum psalmis tantummodo & psallentium vocibus debent ad sepulchrum deferri.Nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantati solet,vel in pectoribus se,aut proximos, aut familias cædere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis Christianorum, corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum.Prohibet enim nos Apostolus sanctus lugere defunctos, dicens:De dormientibus autem nolo vos cōtristari, sicut & cæteri qui spem non habent. Dominus non fleuit Lazarum mortuum,sed

13.q.2 *Qui diuina vocatione.*

1. *Thes.4.*

Ioan.11.

adhuius vitæ ærumnas plorauit ſuſcitandũ. Si autem poteſt hoc eps omnibus Chriſtianis prohibere, nõ moretur agere: religioſis autẽ omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundũ humari oportet corpora defunctorum.

Ca. 22. Quod in ſanctorum natalitiis ballimathiæ prohibeantur.

De conſ. d. 3. Irreligioſa conſuetudo.

Irreligioſa conſuetudo eſt, quam vulgus per ſanctorum ſolennitates & feſtiuitates agere conſueuit. Populi qui debent officia diuina attendere ſaltationibus turpibus inuigilant, cantica nõ ſolùm mala cantantes, ſed etiam religioſorum officiis perſtrepunt. Hoc enim vt ab omnibus prouinciis depellatur, ſacerdotum & iudicum à concilio ſancto curæ committitur.

Poſt confeſſionem ergo & ſubſcriptionem omnium epiſcoporum, & totius gentis Gothicæ ſeniorum, Reccaredus rex Dei ſacerdotes piè & benignè affatus eſt, & poſt alia verba hoc ſubiecit decretum.

Hoc adhuc neceſſario ꝑ firmitate catholicæ fidei noſtræ Deo ſupplex inſtituere decreuit authoritas, vt propter roborãdã gẽtis noſtræ nouellam conuerſionem, omnes Hiſpaniarum & Gallicæ eccleſię hanc regulam ſeruẽt, vt omni ſacrificij tempore ante communicationẽ corporis Chriſti & ſanguinis, iuxta Orientaliũ patrũ morẽ vnanimiter clara voce

ra voce sacratissimũ fidei recẽseant symbolum, vt primum populi quam credulitatem teneant fateantur, & sic corda fide purificata, ad Christi corpus & sanguinem percipiendũ exhibeant. Publico edicto regis confirmatũ est concilium, & singula eius capitula in vnã summam redacta, cõfirmauit dicens: Flauius Reccaredus rex hanc deliberationem, quam sancta definimus synodo, confirmans, subscripsi: Subscripserũtque episcopi præsentes.

Explicit concilium Toletanum tertium.

MATICONEN. CONCIL.

primum circa tempora Pelagij secundi, papæ, & est prouinciale. *Can.* 1.

Vt nullꝰ episcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicunque secularis in monasteriis puellarum, nisi probatæ vitæ & ætatis prouectæ præter vtilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterij in quacunque earum necessitate habitare, aut secretas collocutiones habere præsumant, neque intra salutatorium aut oratorium ingredi permittantur, præcipu Iudæi, nõ pro quorũcúnq; negotiorum occasione puellis intra monasteriũ Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem vel moras ibidem habere præsumãt.

Can. 2.

Vt nulla mulier in cubiculo episcopi absque duobus presbyteris aut certè diaconis ingredi permittatur.

Ca.3.

Vt nullus clericus sagum, aut vestimenta, aut calceamenta secularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumet. Quòd si post hanc definitionem clericus aut cum indecẽti veste aut cum armis inuentus fuerit, à seniore ita coerceatur, vt 30. dierũ inclusione detentus aqua tantùm & modico pane diebus singulari sustentetur.

Can.4.

Vt archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

Can.5.

Vt nullus clericus ad iudicem secularem quemcunque alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendaam trahere quocunque loco præsumat: sed omne negotium clericorum, aut in epi sui, aut in presbyteri aut archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quicunque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit vno minus de quadraginta ictus accipiat: si certè honoratior, 30. dierum inclusione mulctetur.

Can.6.

Vt à feria sancti martini vsque ad Natalem domini, secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunetur, & sacrificium quadragesimale debitè, quemadmodum ordino celebretur. In quibus diebus canones legendos esse speciali definitione sancimus, vt nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.

Can.7.

Vt

Vt presbyteri, diaconi, vel de quolibet ordine clerici ita episcopo suo obedientiæ deuotione subiaceant, vt nõ alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius liceat tenere aut celebrare. Quod si quis per quancunq; contumaciam, aut per cuiuscunque petrocinium hoc facere distulerit, ab officio segregatur.

Can. 8.

Nec Iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis Christiani videantur esse subiectis.

Can. 9.

Vt Iudæis à cœna domini vsque ad primã diem post Pascha, secundũ edictum bonæ recordationis domini Childeberti regis per plateas aut forum, quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur, & vt reuerentiam cunctis sacerdotibus domini vel clericis impendant, nec ante sacerdotes consensum, nisi ordinati, habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumpserit, à iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringatur.

Can. 10.

Præsenti cõcilio Deo authore sancimus q̃ qui Iudæo deinceps debeat deseruire, datis pro quolibet bono mancipio 12. solidis ipsũ mancipiũ quicunq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, q̃a nefas est, vt quos Christus domin⁹ sanguinis sui effusione redemit p̃secu-

torum vinculis permaneant irretiti. Quòd ſi acquieſcere his quæ ſtatuimus, quicunq; Iudæus noluerit, quandiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit, liceat mancipium ipſum cum Chriſtianis vbicunq; voluerit habitare. *Can.* II.

Id etiã pari conniuentia placuit, vt ſi quis conuictus fuerit alios ad falſum teſtimoniũ vel periurium attraxiſſe, aut quacunq; corruptione ſolicitaſſe: ipſi quidem vſq; ad exitum non communicent. Hi verò qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur. *Can.* 12.

De his verò qui innocentes aut coram principe, aut iudicibus accuſare conuicti fuerint, ſi clericus honoratior fuerit, ab officij ſui ordine degradetur: ſi verò ſecularis, communione priuetur.

Explicit Matiſconen. concilium primum.

MATISCONEN. CONCIL. SEcundum, & eſt prouinciale.

Can. I.

Cuſtodire debemus diem dominicam, quæ nos denuo peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrum litium fomitibus vacet, nullus cauſarum actiones exerceat, nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quę iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Eſtote omnes hymnis & laudibus Dei

animo corporéque intenti. Si quis vestrum proximam habeat ecclesiã properet ad eandẽ,& ibi dominico die semetipsum precibus lachrymísq; afficiat. Sint oculi manúsq; vestræ toto illo die ad Deum expansæ, ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei vmbram insinuatus noscitur in lege & prophetis. Iustum igitur est vt hanc diẽ vnanimiter celebremus, per quam facti sumus quod non fuimus. Fuimus enim ante serui peccati,sed per eã facti sumus filiæ iustitiæ. Exhibeamus domino liberã seruitutẽ,cuius nos nouimus pietate de ergastulis liberatos erroris: nõ quia hoc dominus noster à nobis expetit,vt corporali abstinẽti adiem dominicã celebremus:sed quęrit obedientiã, per quã nos calcatis terrenis actibus ad cælũ vsque misericorditer proueat. Si quis igitur vestrũ hanc salubrẽ exhortationẽ parui penderit,aut cõtẽptui tradiderit,sciat se pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deinceps sacerdotali quoq; iræ implacabiliter subiicere. Si causidicus fuerit, irreparabiliter causam amittet, si rusticus aut seruus, grauioribus fustium ictibus verberabitur, si clericus aut monachus, mensibus sex à consortio suspendetur fratrum. *Can.2.*

Pascha nostrũ in quo summus sacerdos & Pontifex pro nostris delictis immolatus est, omnes debemus festiuissimè colere,& in illis

sanctissimis ex diebus nullus seruile opus audeat facere. *Can.3.*

Decernimus vt extra tempora decreta baptismi, nullus filios suos baptizet, nisi infirmitas nimia, vel dies extremus compulerit filios suos baptismum suscipere. *Can.4.*

Itē statuimus vt omnibus dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quàm vini, vt per has immolationes & peccatorum suorū fastibus careant, & cum Abel vel cæteris iustè offerētibus promereantur esse consortes.

Can 5.

Omnes reliquas fidei sanctæ catholicæ causas, quas temporis longitudine cognouimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum reuocare, ne nobis simus aduersarij, dum ea quæ cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut quod nefas est, silentio prætermus. Leges námque diuinæ consulentes sacerdotibus ac ministris ecclesiarum, pro hæreditaria portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare, vt nullo labore impediti per res illegitimas spiritualibus possint vacare ministeriis: quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiuit intemeratas. Vnde statuimus, vt decimas ecclesiasticas omnis populus inferat, quibus sacerdotes aut

in pau-

in pauperũ vſum, aut captiuorũ redẽptionẽ, prorogatis ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis fuerit, à membris eccleſiæ omni tempore ſeparetur.

Canon 6. eſt Ca. 29. concilij Carthaginenſis tertij, qui etiam corrigitur per Ca. 29. ſextæ ſynodi.

Can.7.

Statuimus inſuper vt liberti eccleſiæ per ſolos epiſcopos iudicentur.

Can.8.

Item decernimus vt quicunq; culpa compellente aut potentum importun non ſuſtinens, ſuæ gremium matris eccleſiæ petierit, in eodem loco inconcuſsè permaneat nulli: permittentes quolibet gradu dignitatis functo, fugitiuo in locis ſacris violentiã inferre.

Can.9.

Statuimus etiã, vt epiſcopus per ſecularem poteſtatẽ non iudicetur. Nefas eſt enim vt illius manibus epiſcopus aut iuſſione de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui inuocato nomine domini, ad ſaluationem corporis animæq; euchariſtiam ſæpe porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum qui fuerit audacter tranſgreſſus, tam ipſe quam omnes qui ei conſenſerint, vſq; ad generale concilium anathemate de eccleſia ſeparentur.

Can.10.

Clerici à laicis iniuriam pati non debent.

Quod de episcopis censuimus, vim obtineãt & in clero, vt neq; presbyter, nec diacon⁹, neque subdiaconus de ecclesiis trahãtur, aut iniuriã aliquã inscio episcopo eorũ patiantur, sed quicquid quis aduersus eos habuerit, in notitiam episcopus proprij perducat, & ipsam causam iustitia præeunte discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat.

Can. 11.

Matth. 25.

Paulus in multis locis.

Sectatores hospitalitatis nos esse non solum dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospitem receptum fuisse: sed etiam Apostolus in omnibus penè præceptis. Propterea beatissimi fratres vnumquenq; nostrũ oportet non solum semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium mentes, vt possint apud Deum misericordiæ operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatẽ reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplũ exhortationis suæ ipse prius comprobauerit opere, indignationem diuinæ procul dubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum. Can. 12.

Qui autem scriptura diuina de viduis & pupillis præcipiat, nobis clã non est, ideóque quia prouisioni nostræ (Deo authore) causæ principaliter viduarum & pupillorũ sunt cõmissæ, decernimus vt iudices nõ prius viduas

&

& pupillos conueniant, nisi episcopo nunciarint, cuius sub velamine degũt. Quod si episcopus præsens non fuerit, archidiaconus & presbyter pariter sedentes, communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita iustè & rectè, vt deinceps de talibus antedictę personæ non conquassentur. Quòd si quis iudex aut impeditor eis iniuriam aliquam ingesserit, aut hanc definitionem transgressus fuerit, à communione suspendatur.

Can. 13.

Volumus igitur quòd episcopalis domus, quæ ad hoc instituta est, vt sine personarũ acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne fortè hi qui in ea miseriarum suarũ leuamẽ habere cõfidunt, dũ infestorum canum morsibus laniantur, detrimẽtum versa vice suorũ sustineãt corporũ. Custodienda est igitur episcopalis habitatio, hymnis, non latratibus: operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

Can. 14.

Ex interpellatione quorundã cognouimus, ꝙ calcatis canonib⁹, & legibus, hi ꝙ lateri regis adhærent, vel aliqui qui potentia seculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut cõiunctionib⁹ ꝓgatis, nõ solũ miseros de agris, sed etiam de do-

mibus propriis exultare. Idcirco in remediũ consulentes decernimus, vt deinceps hui' mali licentiã quispiã nõ habeat, sed secundũ canonũ atq; legũ tenorẽ causarũ suarũ actionẽ proponat, vt nullus miserorum rebus suis per vim aut assentationẽ quãlibet defraudetur. Illi autẽ qui contrafecerint, procelloſi anathematis vltione plectantur. *Can.* 15.

Statuimus, vt ſi quis quempiam clericorum honorarorum in itinere obuium habuerit, vſque ad inferiorem gradum honoris, veneranter illi colla ſubdat, prout is officia & obſequia fidelisſimæ Chriſtianitatis iure promeruit. Et ſi quidem ille ſecularis equo vehitur, clericúſque ſimiliter, ſecularis galerum de capite auferat, & clerico ſyncerę ſalutationis manus adhibeat. Si verò clericus pedes graditur, & ſecularis vehitur equo, illicò ad terram defluat, & debitum honorem illi ſyncerę charitatis exhibeat. Qui verò horum, quæ ſpiritu ſancto dictãte ſancita ſunt, tranſgreſſor fuerit, ab eccleſia, quandiu epiſcopus illius eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur.

Can. 16.

Illud quoq; rectũ nobis viſum eſt diſponere, vt quæ vxor ſubdiaconi vel exorciſtæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, ſecundo ſe non audeat ſociare matrimonio. Quod ſi fecerit, ſeparetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur, & ibidem vſque ad exitũ permaneat.

Com-

Can. 17.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulchra reserare & mortuos suos super imponere, & aliorum (quod nefas est) pro mortuis suis religiosa loca vsurpare sine volũtate domini sepulchorũ: ideóq; statuimus vt nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secũdum legem superimposita corpora de eisdẽ tumulis reiacteatur. Can. 18.

Incestam copulationẽ, in qua nec coniuges nec nuptias rectè appellari leges sanxerunt, catholica detestatur ecclesia, & grauioribus pœnis eos afficere permittunt, qui natiuitatis suæ gradus libidinoso ardore contemnentes, in stercore vt suos teterrimi conuoluuntur. Can. 19.

Item statuimus vt ad locum vbi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est, nullus clericorum accedat. Can. 20.

Decernimus etiam vt ad synodum post triennij tempus omnes conueniant, & hoc adimplere solicitudinis sit metropolitani Lugdunensis episcopi vnà cum dispositione magnifici principis nostri definientis locum ad quem omnes congregentur. Si aliquis eorum contumax fuerit, aut excusationem falsę necessitatis inuenerit volumus vt vsque ad concilium generale à communione maneat alienus.

Acceſſit ad hæc edictum regis Guntaniti inſigniter pium, de obſeruãdo die dominico & aliis ſtatutis ſecundæ ſynodi Matiſconẽſis.

Expliciunt canones concil. Matiſconen. 2.

Gregorius 1. ſexageſimus quartus papa.

An. do. 603. Gregorius natione Romanus, ex patre Gordiano, ſedit annos 13. menſes 6. dies 10. Hic expoſuit homilias euangeliorum 40. in Iob ſcripſit libros 35. in Ezechielem homilias 22. paſtorale quoque & Dialogorum libros quatuor, edidit & alia multa, quæ vulgò ſuo nomine circumferũtur. Sub Gregorio celebrata ſunt duo concilia Romæ; habẽtur in Regiſtro lib. 4. cap. 88. Celebratũ eſt ſub eodẽ concilium Lateranenſe, dẽquiete & libertate atque exemptione nigrorum monachorum.

An. do. 603. Sabinianus papa. Sabinianus 65. Papa ſub Petro, ſedit annũ vnum, menſ. 5. dies 11. nihil fecit memoria dignum. Eius patria ignorantur, ſucceſſit Gregorio cuius res bẽne geſtas perpetuo aneſatus eſt.

Ann. do. 605. Bonifacius papa. Bonifacius 3. natione Romanus, papa 66. ſub Petro obtinuit à Phoca Imperatore vt ſedes B. Petri, quę caput eſt omniũ eccleſiarũ, ita & diceretur & haberetur ad omnibus, quẽ locum eccleſia Conſtantinopolitana ſibi vẽdicare conabatur fauẽrib' malis principibus, & affirmãtibus eo loco primã ſedẽ eſſe debere vbi imperij caput eſſet. Quãũ tẽporis ſederit Põtifex iſte diuerſitas eſt inter ſcriptores:

res: nam ex Platina colligitur quòd sederit menses nouem, nonnulli quòd octauo cum dimidio sederit, annum vnum, dies 25. Alij verò annum vnum, menses quinque, dies 28. Alij quod menses octauo, & die 22. sui Pontificatus obierit.

Bonifacius 4. Papa 67. sub Petro, natione Mansus, sedit annos 6. menses 7. dies 13. hic templum quod veteres Pantheon appellabãt, (quia omnibus diis commune esset) à Phoca Imperatore obtinuit, & consecrauit in honorem beatæ mariæ virginis & omnium Martyrum, eiectis prius gentium simulachris vnde postea virgo ad martyres appellata est. *a.d.613. Deusdedit pap.*

Deusdedit papa 68. sub Petro, natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, hic sedit annos 3. dies 23. sub hoc floruit in Hispania Isidorus Hispalensis epṡ Leandri successor: iste Deusdedit fuit vir sanctitatis eximiæ. Sub hoc celebratum est cõciliũ Antisiodorense, cuius canones sunt sequẽtes. hoc concilium fuit prouinciale. *Ca.1.*

Non licet calen. Ianuarij vecolo aũt ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus. *An.do. 606. Bonifatij papæ.* *Can.2.*

Vt omnes presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigãt, qui eis de principio quadragesimæ nuncient. & in ipsa Epiphania ad populum indicent. *Can.3.*

Non licet compensas in domibus propriis nec vigilias in festiuitates sanctorum facere, nec inter sentes aut arbores sacriuos, vel ad fontes vota exsoluere, sed quicunque votum habuerit, in ecclesia vigilet, & matriculæ ipsum votū aut pauperibus reddat, nec subtilia, , aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præsumat. *Can.4.*

Non licet ad sacrilegos vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes quas sanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciunt, aspicere, sed quæcunque homo facere vult omnia in nomine domini faciat. *Can.5.*

Omnino & inter supradictas ordinationes, vigilias quas in honore domini obseruant, omnibus prohibemus. *Can.6.*

Vt à media quadragesimę presbyteri Chrisma petant, & si quis infirmitate detentus venire non potuerit, archidiaconum suum, vel archisubdiaconum transmittat, & Crismatio & linteo imponant, sicut reliquiæ sanctorum deportari solent.

Can.9.

Vt omes presbyteri ad synodum in ciuitatem veniant, & Cal. Nouemb. omnes abbates ad concilium veniant. *Can.8.*

Nō licet in altario in sacrificio diuino mel litū) quod mulsum appellatur) nec vllū aliud poculū extra vinum cum aqua mistū offerre

quia

quia ad grandē reatum & peccatum pertinet presbytero illi quicūque aliud poculum extra vinum in consecratione sanguinis Christi offerre præsumpserit.

Can.9.

Non licet in ecclesiis choros secularium, vel puellarum cantica exercere, nec conuiuia in ecclesia præparare, quia scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur. *Matth.*

Can.10.

Non licet super vno altario in vna die duas Missas dicere, nec in altario, vbi episcopus Missas dixerit, presbyter in illa die Missas dicat.

Can.11.

Non licet in vigilia Paschæ ante horam secundam noctis vigiliam expedire, quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali domini, nec in reliquis solennitatibus.

Can.12.

Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo neque palliis corpora eorum inuolui.

Can.13.

Non licet diacono velo vel palla scapulas suas inuolui.

Can.14.

Non licet in baptisterio corpora sepelire.

Can.15.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

Can.16.

Non licet die dominico boues iungere, vel alia opera exercere.

Can.17.

Quicunq; se propria voluntate in aquã iactauerit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntate se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.

Can.18.

Non licet absque Paschæ solennitate vllo tempore baptizare, nisi illos quibus mors vicina est, quos Grabarios dicũt: quod si quis in alio pago contumacia faciente post interdictum hoc infantes suos ad baptismum detulerit, in ecclesias nostras non recipiantur: & quicunque presbyter ipsos extra nostrũ præceptum recipere præsumpserit, tribus mensibus à communione ecclesiæ sequestratus sit.

Can.19.

Nõ licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono, post acceptum cibum vel poculum Missas tractare, aut in ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare. *Can.20.*

Quòd si presbyter (quod nefas est dicere) aut diaconus, aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium cõmiserit, & archipresbyter hoc epo aut archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet. *Can.21.*

Non licet presbytero in vno lecto post acceptam benedictionẽ cum presbytera dormire, nec in peccato miscere, nec diacono nec subdiacono. *Can.22.*

Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ diaconi, nec subdiaconi, post eius mortē maritum accipere. *Can.23.*

Si monachus in monasterio adulteriū cōmiserit, aut peculiare hærere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendauerit, aut episcopo, aut archidiacono non intimauerit, ad pœnitentiam agendam in alio monasterio detrudatur.

Can.24.

Non licet Abbati vel monacho ad nuptias ambulare. *Can.25.*

Non licet Abbati filios de baptismo habere, nec monachis commatres habere.

Can.26. Abbas non permittat mulieres monasterium ingredi.

Quòd si quis Abbas mulierē in monasteriū ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibi spectare perceperit, trib⁹ mēsibus in monasterio trudatur, pane & aqua contentus.

A canone 27. vsque ad 32. tātum agitur de personis inter quas prohibitum est nuptias celebrare: quod quidem omnibus notum est.

Can.33.

Non licet presbytero, nec diacono ad trepalium vbi rei torquentur stare.

Can.34.

Non licet presbytero in iudicio illo sedere, vnde homo ad mortem tradatur.

Can.35.

Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum de qualibet causa concclericum suum ad iudicem secularem trahere.

Can.36.

Non licet mulieri nuda manu Eucharistiã sumere, nec manum suam ad pallas dominicas mittere.

Ca.37. Nullus cum excommunicatis communicet.

Si quis presbyter, aut quilibet de clero aut de populo excommunicatum absq; voluntate ipsius qui eum excommunicauit, sciẽs receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquiũ habere decreuerit, simili sententiæ subiaceat. *Ca.38.*

Non licet presbytero inter epulas cantare, nec saltare.

Can.39.

Vnaquęque mulier quãdo cõmunicat, Dominicalem suũ habeat. Quòd si nõ habuerit, vsq; in aliũ diẽ dominicum nõ communicet.

Can.40. Iudex secularis inconsulto episcopo nulli clericorum iniuriam inferat.

Quicũque iudex, aut secularis presbyterũ aut diaconũ aut quẽlibet de clero, aut de iumoribus absque audientia episcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri iniuriã inferre, prẽsumpserit animo, ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus.

Can.4. Parendum est præceptis archipresbyteri.

Si quis ex secularibus institutionẽ, aut cõmo-

monitionem archipresbyteri sui cõtumacia faciente audire distulerit, tamdiu à limitibus sanctæ ecclesiæ habeatur extraneus, quãdiu tam salubrem institutionem adimplere studuerit. Insuper & mulctam quam glorioſissimus Rex dominus instituit, sustineat.

Expliciunt canones concilij Antisiodoren. *a.d.617.*
Bonifacius quintus Papa, natione Campanus *Bonifa. 5.*
Heraclio Imp. sedit ann. 5. dies 10. Hic ponti- *pont. 69.*
fex Campanos sacrilegos ab ecclesiis exclusit: sed ad ecclesias confugientes immunitate donauit.

Sub hoc pontifice Mahometus Arabs natus est ex patre Pagano & ex matre Hebręa Hismaelitici generis: Qui magnum in Christianum populum excitauit incendium. Qui cũ magnum se Dei prophetam assereret, magicis artibus Asianos & Aphricanos deludens, ita populos quosdam cõcitauit noua à se religione imbutos vt paulũ abfuerit quin omnino Imperij nomẽ deleret, capta Alexãdria, multisque aliis Syriæ & Ciliciæ vrbibus. Sarracenos sectatores suos habuit. Qui annos natus penè 40. postquã tam terra peste animos hominum infecisset extinctus est. Visitur in Arabiæ vrbe Modina eius sepulchrum vti sanctorum apud nos.

Honorius primus Papa 70. natione Cãpan⁹ ex patre Petronio viro consulari sedit annos 12. mens. 11. dies 17. Hic pon. ecclesias restau-

rans Heraclij permiſſu æreas Romuli ædis tegulas S. Petro ſupertexit. Quo mortuo vacauit ſedes menſibus 19.

CONCILIVM HISPALENSE

ſecundum, ſub die Iduum Nouembrium circa tempora Honorij Papæ tempore Siſebuti regis. Eſtque prouinciale.

Can. 1. Non eſt obijcienda præſcriptio, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.

Prima actione Theodolphi Malacitanæ antiſtitis eccleſiæ ad nos oblata precatio eſt: aſſerentis antiquam eiuſdem vrbis parochiã militari quodam diſcrimine fuiſſe deciſam, & ab aliis eccleſiis eſſe remotam. Pro qua re placuit, vt omnis parochia quæ ab antiqua ditione ante militarem hoſtilitatẽ retinuiſſe eccleſiam ſuam quiſquis cõprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legẽ mundialem his quo Barbarica ſeueritas captiua neceſſitate tranſuexit, poſtliminio reuertentibus redditur antiqua poſſeſſio: ſic eccleſia receptura eſt parochiam, quam antea tenuit cum rebus ſuis. Nõ enim erit obiicienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.

C. de capti. & poſt. l. ſi quos.

Can. 2. Legitimus ſi deficiat limes, præſcriptio longi temporis ſilentium repetenti imponit.

Placuit, vt ſi in diœceſi epi poſſidentis ſitã baſilicã veteribus ſignis limes præuiſus mõſtrauerit, eccleſiæ cuius eſt ius retentionis ſit

æternum

æternum dominium. Quòd & si limes legitimus eandem basilicam non recludit: & tamẽ longi temporis probatur obiecta præscriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi triẽnalis obiectio silentiũ imponit. Sin verò infrà metas triẽnalis temporis extra alienos terminos basilicę iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

Ca. 3. De de desertoribus clericis, vt episcopis suis restituantur.

Placuit, vt si quis clericus monasteriis ecclesiæ propriæ destitutus ad aliã trãsitũ fecerit, compellente ad quẽ fugerit sacerdote, ad ecclesiã quã prius incoluerat remittatur. Qui verò eum susceperit, nec statim sine vllo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittẽdum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se priuatum agnoscat. Desertorem autem clericũ cingulo honoris, atq; ordinationis suæ exutum, aliquo tempore monasterio relegari conuenit: sicque postea in ministerio ecclesiastici ordinis reuocari.

Ca. 4. Bigami ad presbyterium vel diaconatum non sunt promouendi.

Nunciatũ est nobis apud Astigitanã ecclesiã quasdã nuper ordinationes illic tas extitisse, ita vt quidã viduarũ mariti Leuitarũ ministerio sacrarẽtur. Quos qdẽ cõuenit gradu suscepto in irritũ reuocari, nec vltra prouehi

ad diaconi ministerium qui contra diuina atque ecclesiastica iura instituit reperiuntur.

Can.5.Presbyteri non præsumant ordinare.

D.23. Quorũdam clericorum.

Relatum est nobis de quibusdam clericis, quorum dum vnus ad presbyterium,duo ad Leuitarum ministerium sacrarentur, episcopus oculorum dolore detentus fertur manũ suam super eos tãtum imposuisse,& presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Qui licet propter tantam audaciam poterat accusatus dãnari,si adhuc viueret:tamẽ quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt,gradum sacerdotij vel Leuitici ordinis,quem peruersè adepti sunt,amittant.

Ca.6.Presbyteri vel Diaconi ab vno episcopo non sunt deponendi.

Cõperimus quendã presbyterũ à põtifice suo iniustè olim deiectum,& innocentẽ exilio condemnatũ.Ideo decreuimus(iuxta priscorum patrum decretũ)synodali sentẽtia,vt nullus nostrum sine cõcilij examine, deiicere quẽlibet presbyterum vel diaconum audeat. Eps enim sacerdotibus & ministris solus honore dare potest : auferre solus nõ põt. Tales enim neque ab vno dãnari,nec vno iudicante poterũt honoris sui priuilegiis exui: sed præsentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit,definiri.

Can.

Can.7. Prohibita chorepiſcopis & presbyteris.

Relatum eſt nobis Agapium Cordubẽſem epiſcopũ frequenter chorepiſcopos vel preſbyteros deſtinaſſe, qui tamen iuxta canones vnum ſunt, qui abſente Pontifice altaria erigerent, baſilicas conſecrarent. Quod quidem non eſt mirum id p̃cepiſſe virum eccleſiaſticæ diſciplinæ ignarum. Ergo ne vltrà talis à nobis licentia vſurpetur, communi ſententia ſtatuendum oportuit, ſciẽtes. quia ſicut presbytero vel chorepiſcopo illicita conſecratio eſt altaris, ita & conſtitutio. In diuinis enim litteris, præcipiente domino, ſolus Aaron in tabernaculo erexit altare, ſolus ipſe vnxit: quia ſummus Dei ſacerdos erat ſicut ſcriptũ eſt de eo. Moſes & Aarõ in ſacerdotibus eius, ideóq; id quod tm̃ facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt, quorum typum Moſes & Aaron tenuerint, presbyteri, qui filiorũ Aarõ geſtant figuram, arripere non præſumãt. Nã quãuis cum eis plurima illis myſteriorum communis ſit diſpenſatio, quædã tamen authoritate veteris legis, quædã nouellis & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint: ſicut presbyterorum & diaconorũ, ac virginũ conſecratio. Conſtitutio alta. benedictio, vel vnctio, ſiquidẽ nec liceat eis benedicere eccleſiã, vel altaria conſecrare, nec per impoſitiones manꝰ fidelibꝰ baptizandis, vel cõuerſis ex hæreſi ſpiritũ ſanctũ tradere, nec chriſma

conficere nec chriſmate baptizatorũ fontem ſignare, ſed nec publicè quidẽ in Miſſa quẽquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc omnia illicita eſſe presbyteris, quam põtificeatus apicẽ non habẽt quẽ ſolis deberi epiſcopis authoritate canonũ prẽcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Pontificis demonſtretur. Sed nec coram epiſcopo licere eis in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare, nec pœnitentẽ ſine præcepto epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo coram poſito populũ docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari. Quæ omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur.

Can. 8. Ob ingratitudinem liberti libertate priuentur.

Hic canon diſcuſſus eſt propter Heliſeum Agabrenſis eccleſiæ.

Statuimus, vt qui ab epiſcopo ſuo libertati traditi ſunt, ſi immemores beneficij accepti, ei ingrati ob ſuperbiam ſuam extiterint, in ſeruitutem reuocentur, vt quorum libertas pernicoſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus.

Ca. 9. eſt ca. 25. Concilij Chalcedonenſis.

Ca. 10. Anathemate feriuntur monaſteriorum expoliatores.

Si quis noſtrũ, vel nobis ſuccedentium ſacerdotum quodlibet monaſterium aut vi cupidita-

piditatis expoliãdum aut simulatione aliqua fraudis conuellẽdum aut dissoluendũ tentauerit, anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei, vel operis ad salutem qui tantæ & salutaris vitæ destruxerit tramitem. Super hos etiam vniuersi illius prouinciæ episcopi congregati, eundem sacrilegum, cœtúsque sui euersorem à communione suspendant. quod impiè vnus subuerterit; omnes restaurent.

Ca. II. Vt virginum monasteria monachorum curæ committantur.

Decreuimus, vt monasteria virginum monachorum administratione gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus prouidemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint. Et tum circa monachos * cautela seruatur, remoti ab earum familiaritate maneant. Sed nec Abbati vel ei qui præficitur extra uã quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid quod ad institutionem morum nõ pertineat licebit, nec cum ea sola, qui præest, frequenter eis loqui oportet: sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita vt rara sit accessio, & breuis omnis locutio. Absit enim vt monachos (quod dictũ etiã nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus, sed eos tantum earundem gubernaculis deputa- *Nota.*

mus constituentes, vt vnus monachorũ probatissimus eligatur, cuius curæ sit prędiis earum rusticis vel vrbanis intendere, fabricas extruere, &c. vt Christi famulæ solis diuinis cultibus, operibúsque sanctis inseruiant. Sanè is qui ab Abbate præponitur, iudicio sui epi comprobetur. Vestes autem illæ iisdem cœnobiis faciant à quibus tuitionem expectant ab eisdem denuo laborum fructus, & procurationis suffragium recepturæ. Si qui monachorum contrafecerint, sciant quòd eorum temeritates excommunicationis sit plectenda çensura.

Can. 12.

Iste episcopus natione erat Syrus.

In isto canone hæresis cuiusdam episcopi Acephalorum abnegãtis proprietatem duarum naturarum in Christo, & asserentis deitatem passibilem, damnatur, & eiusdem episcopi conuersio ad fidem describitur.

Can. 13.

Tertiadecima ꝓsecutione breuiter narrãdum putauimus, ad refutationem eorundem hæreticorũ q̃ duas naturas Christi post vniõnẽ delirantes confundũt, & passibilẽ in eo diuinitatis substantiã asserũt. Cõtra quorũ blasphemias oportet nos in vna persona Christi geminæ naturæ proprietatẽ ostẽdere: passionẽq; ei⁹ in sola humanitatis susceptione manifestare, vt si forte aliqui stultorũ huius sentẽtiæ errore decepti sunt, dũ ista legerint, re-

sipis-

sipiscant, rectæque fidei veritatẽ firmiter teneant. Ergo (sicut immaculata fides & sancta Dei ecclesia docet) cõfitemur dominum nostrum Iesum Christum æternaliter ex patre Deum natum temporaliter ex vtero gloriosæ virginis Mariæ hominẽ editũ, & ab hoc in vna persona duas naturas habentem, deitatis, quia ante secula genitus est, & humanitatis, qua in tempore editus est. Cuius geminæ naturæ distinctio primũ ex litteris legis, deinde ex Prophetis, & Euangelicis atque Apostolicis depromenda est paginis, vt ea quæ asserimus, non argumentis, sed exemplis scripturarum firmemus. Primo ex illo: Ecce mitte angelum meũ, qui præcedat te. Obserua eum, &c. quia est nomen meum in illo. Hic diuina demõstratur natura. Et illud: In semine tuo benedicentur omnes gentes. i. in carne Christi, quæ de Abrahæ stirpe descendit. Hic humana demonstratur natura. Secundo in Psal. Dauid sub vna Christi persona sic ostendit vtranque naturam: diuinam secundum illud: Ex vtero ante luciferum genuite. Humanam ibi: Homo natus est in ea. Rursus diuinã ibi: Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Humanã ibi: Speciosus forma præ filiis hominũ. Tertio Esaias sub vna eadẽque Christi persona vtranque ostẽdit naturã Deitatis, ibi: Nunquid qui alios parere facio, ipse non pariam? Humanitatis, verò, secundu illud: Ecce virgo.

Exod. 23.
Gen. 22.
Psal. 109.
Psal. 86.
Psal. 44.
Ibidem.
Esa. 66.
Esa. 7.

in vtero concipiet, & pariet filium. Rurſus
Eſa. 45. Deitatis, Rorate cæli deſuper, & nubes pluãt
iuſtũ. Humanitatis ibi: Aperiatur terra & ger-
minet Saluatorem. Et iterũ humanitatis ibi:
Eſa. 6. Paruulus natus eſt nobis. In euangelio quoq;
Ioan. 10. *Ioan. 14.* in vno eodémque Chriſto diuinæ naturæ ſi-
Ibidem. gnificatio: Ego & pater vnum ſumus. Huma-
Matt. 26. næ naturæ inſinuatio ibi, Pater maior me eſt.
Item diuinæ naturæ ibi: Ego ſum via, veritas
& vita Humanæ naturæ, Triſtis eſt anima
Coloſ. 1. mea vſq; ad mortem. Paulus quoq; apoſtolus
Ibidem. in vno eodemque Chriſto naturam diuinita-
tis exprimit ibi: Primogenitus hominis crea-
turæ, ipſe eſt ante omnes. Humanitatis cum
dicit: Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. De paſ-
ſione verò quam in ſola humanitate, non in
deitate ſuſtinuit, legis & prophetarum au-
thoritas, Euangeliorum & Apoſtolorum prę-
Gen. 49. dicatio adhibenda eſt. Ex prophetis illud: La-
uauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine
vuæ pallium ſuum. Quid hic pallium, quid
ſtola niſi caro Chriſti, paſſionis ſanguine de-
corata? Et alia multa quæ ſuperuacaneum eſt
referre. Probatur ergo veteris ac noui teſta-
mẽti teſtimoniis in quibus duæ naturę Chri-
ſti patefactæ ſunt in vna ſubſiſtentes perſo-
na, in quibus & paſſio eius apparuit in homi-
ne ſolo expleta, deinde oportuit ſententiis
ſubnecti ſanctorũ patrũ, q in ſacris litteris in
gẽti gloria refurſerunt, vt etiã eorũ traditio-

ne

ne perpateat, quia dñs noster Iesus Christus ex duabus naturis & vna persona subsistit, & quia mortē & passionē in sola carne suscepit.

Recensentur ad hoc Hilarius, Ambrosius, Gregorius Naziāzenus, Basilius, Cyrillus, Athanasius, Augustinus, Leo papa, Fulgentius: quorū etiā testimoniis concluditur quæstio.

Hæc quidem quæ tam diuinæ scripturæ quam etiam sanctorum patrum eloquia docuerūt, decretis nostris breuiter inserta protulimus, demonstrantes geminam carnis & deitatis naturam in vna Domini & saluatoris nostri persona, passum quoque eundem in ea natura quæ corporis est: non tamen passum in ea natura quæ deitatis est. His ergo concordi sententia in tribus secretariis definitis pro cōfirmatione sui propriam subscriptionem subiecimus. Isidorus in Christi nomine ecclesiæ Hispalen. episcopus subscripsi. Malacitanus episcopus, Corduben. episcopus, & cæteri omnes fecerunt similiter.

Expliciunt canones secundi
concilij Hispalensis,

CONCILI. TOLETANVM quartū sub Honorio i Papa & anno tertio regnante Siscenādo rege, celebratū est ab omnibus episcopis Hispaniæ & Galicię. Era. 681.

Cū cōuenissemus sacerdotes dñi apud vrbē Toletanum, vt regiis imperiis atq; iussis commoniti à nobis agitaretur de quibusdā

ecclesiæ disciplinis tractatus, primũ gratias saluatori nostro Deo omnipotenti egimus. Post hæc antefato ministro excellentissimo, & glorioso regi, cuius tanta erga Deum deuotio extat, vt non solum in rebus humanis, sed etiam in causis diuinis solicitus maneat. Hic quippe dũ in basilica beatissimæ & sanctæ martyris Leocadiæ omnium nostrũ pariter iam cœtus adesset, pro merito fidei suæ cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus, primum corã sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lachrymis & gemitibus pro se interueniendum domino postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodũ exhortatus est, vt paternorum decretorum memores, ad conseruãda in nobis iura ecclesiastica studium præberemus, & illa corrigere: quæ dum per negligẽtiam in vsum venerunt, contra ecclesiasticos mores licentiã sibi de vsurpatione fecerunt. Talibus eius monitis congaudentes, necessarium extitit (iuxta eius nostriumque votum) quæ conuenit tractare. Et quoniam generale concilium agimus: oportet primum nostræ vocis sermonẽ de cælo esse, vt post professionem fidei sequẽtia operis nostri notam quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

Can. 1. De *oratione & fidei confessione.*

In isto primo canone pronũciatur publicè generalis professio omnium pertinẽtium ad fidem

fidē per formam ſymboli. Specialitérq; explicatur illud ſymboli, Deſcendit ad inferos, vt ſanctos qui ibi tenebātur erueret: per quē & nos ſumus in nouiſſimo die reſuſcitandi in ea qua nunc viuimus carne, & in qua reſurrexit idem dominus forma, præcepturi ab ipſo, alij p̄ inſtitiæ meritis vitā æternā, alij pro peccatis ſupplicium æternum. Quæ oīa in aliis ſymbolis explicitè tradita non ſunt.

Can.2. Diuerſitas in his quæ ad religionem pertinent prohibetur.

Placuit vt vnus ordo orandi atque pſallēdi à nobis per omnē Hiſpaniā atq; Galiciā conſeruetur. Vnus modus in Miſſarum ſolēnitatibus, vnus in veſpertinis officiis, nec diuerſa ſit vltra in nobis eccleſiaſtica conſuetudo, quia in vna fide continemur & regno.

Can.3. Statuitur formula pro conciliis celebrandis.

Statuimus, vt ſaltem ſemel in anno à nobis cōciliū celebrēt, ita tamen vt ſi fidei cauſa eſt, aut quælibet alia eccleſiæ cōis, generalis Hiſpaniæ & Galiciæ ſynodus celebretur. Si verò talis non extiterit cauſa, ſpeciale erit concilium, oēs autem qui cauſas aduerſus quoſcūq; habere noſcūtur, ad idē cōciliū cōcurrant, & pro cōpellendis quibuſcunq; perſonis quidā executor à principe poſtuletur, &c. Deinde annotatur modus obſeruandus in cōcilio celebrando, & in tractandis rebus ſynodalibus.

Can. 4. De solennitate Paschali.

Sup. in cõ. Aure. 4. Placuit vt ante tres menses Epiphaniarũ, metropolitani sacerdotes litteris se inuicem inquirant, vt diem resurrectionis Christi cõprouincialibus suis insinuent, & vno tempore celebrandum annuncient.

Ca. 5. De baptismi sacramento.

Lib. 1. Regist. epi. 41. In isto canone docetur quòd in vsu baptismi teneatur modus ille, quem Gregorius primus consultus à Leandro episcopo Hispano definiuit, s. vt siue trina, siue simpla mersione fuerit infans baptizatus, censeatur baptizatus, quia in illa trina mersione triduanæ sepulturæ sacramenta significamus, vt dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimitur, etiam & trinitas designatur. In simpla verò mersione vnitas substantiæ in trinitate datur intelligi. Ne tamen hæreticis videamur consentire (qui tertio mergunt, dum eorum morem seruamus, cautum est, ne in Hispania fiat baptismus, nisi in vna mersione. In residuo capit declarat pulchrè mysterium, quare in vna mersione debeat fieri baptismus.

De cons. d. 4. c. Papa vitandum.

De consec. d. 4. De trina mersione.

Can. 6. Vt passio Christi populis prædicetur.

Statuimus in sexta feria passionis Domini mysteriũ crucis quod ipse Dominus cũctis annunciandũ voluit, prædicari, atque indulgẽtiã criminũ clara voce omnẽ populũ præstolati vt pœnitẽtię cõpũctione mundati, venera-

nerabile festum dominicæ resurrectionis, remissis iniquitatibus susciperе mereamur, corporísque eius & sanguinis sacramentum mundi à peccato sumamus.

Can.7. In die passionis Christo ieiunium solui non debet.

Quicunque in die passionis domini ieiunium, præter paruulos senes & languidos, ante peractas indulgentiæ preces soluerit, à paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit. *Can.8.*

Lucerna & cereus in vigilia sacræ resurrectionis propter gloriosum noctis ipsius sacramentum solemniter benedicatur, vt sacræ resurrectionis Christi mysterium, quod tempore huius noctis votiue aduenit, benedictionem sanctificati luminis suscipiamus.

Can.9. De efficacia orationis Dominicæ.

Nonnulli sacerdotũ in Hispania reperiuntur qui dominicã orationẽ, quã saluator noster docuit & præcepit, non quotidie, sed tãtũ die dñica dicũt. Attamen, quia quotidiana oratio, est quotidie quoq; videtur dici oportere. Delet eñ hæc quotidiana oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus vita fideliũ (etiam sceleratè gesta) pœnitendo in melio discedit mutata. Quisqs ergo *Matth. 6.*

ſacerdotũ, vel ſubiacentiũ clericorũ hãc oratione quotidie, aut in publico aut in priuato officio ꝑterierit, ordinis ſui honore priuetur.

Pro cõfirmatione huius canonis adducitur Cyprianus in ſermone de oratione dominica, Hilarius & Auguſtinus in libro Enchiridij vltra medium.

Ca. 10. *In quo tempore Alleluia decãtari debeat.*

Statuimus, vt in omnibus. diebus quadrageſimæ Alleluia non cantetur, quia tempus mœroris eſt. In temporibus verò reliquis, i. Calend. Ianuarij, quæ propter errorem gẽtilium aguntur, omnino Alleluia non decantabitur. In quibus etiam, præter piſcem & olus, ſicut & in illis quadraginta diebus cæteris carnibus abſtinetur, & à quibus etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus contrafecerit, ordinis ſui officio carere cogatur, & communione eiuſdẽ Paſchæ priuetur.

Can. 11. Vt poſt Euangelium decantentur laudes.

Item decreuimus vt in Miſſa laudes poſt epiſtolã non decantentur, donec prædicetur euangeliũ. Nã laudes ideo euãgeliũ ſequuntur propter gloriã Chriſti, quæ per idẽ euãgeliũ prædicatur. Qui verò hũc ordinẽ perturbauerint, excõmunicationis pœnã ſuſcipiãt.

De. con. di. 3. De hymnis.

Can. 12. De Hymnis canendis.

Matt. 16.

De hymnis & pſalmis etiã canẽdis publicè in eccleſia, & Saluatoris & Apoſtolorum habe-

habemus exẽplũ, Et hymno dicto,&c. Paulus hoc etiam docet: Implemini ſpiritu ſancto, loquẽtes vobiſmetipſis ĩ pſalmis & hymnis, &c. Et quia nõnulli hymni humano ſtudio in laudem Dei cõpoſiti eſſe noſcũtur, ſicut hi quos Hilarius & Ambroſe ediderunt, quos tamen quidam ſpecialiter reprobãt, pro eo quòd de ſcripturis ſanctorum canonum, vel apoſtolica traditione nõ exiſtũt. Reſpuãt ergo illum hymnum ab omnibus compoſitũ, quẽ in fine omnium pſalmorum dicimus, Gloria & honor patri, filio, & ſpiritui ſancto,&c. Similiter & totum illud quod ſequitur poſt Angelicum hymnũ, Gloria in excelſis Deo,&c. quod tamẽ eccleſiaſtici doctores cõpoſuerũt. Ergo nec ipſi in eccleſiis canendi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarũ libris nõ inuenĩũtur? Cõponũtur Miſſæ, ſiue preces vel orationes, ſiue cõmẽdationes ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantentur in eccleſia, vacãt ĩa officia eccleſiaſtica. Admonet enim hæc fieri, atque hortatur Apoſtolus Timoth. dicẽs: Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones. Excõmunicatione ergo plectẽdi ſunt q hymnos reiicere ſuerint auſi. *Ephes.5.* *Timoth.2.*

Can.13. De *hymno trium puerorum.*

Hymnum quoque triũm puerorũ, in quo vniuerſa cæli & terræ creatura Deum collaudat, & quẽ eccleſia tota catholica per totam

orbem diffusa celebrat, publicè sanctũ concilium decantari instituitur.

Ca. 14. Quid in fine psalmorum dicendum.

Statuimus, vt in fine psalmorum, nõ gloria patri, sed gloria & honor patri dicatur, Dauid dicente, Afferte domino gloriam & honorẽ. Et Io. Euang. audiuit vocẽ dicẽtẽ, Honor & gloria Deo nostro, &c. Qui verò hoc præterierit, excommunicetur. *Can.* 15.

Psal. 28. Apoc. 5.

Statuimus, vt gloria in fine responsoriorũ in lætis sequatur, in tristioribus verò repetatur principium.

Can. 16. De libro Apocalypseos.

Apocalypsim librum multorum conciliorum authoritas, & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Ioannis Euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiẽdum constituerũt. Et quia plurimi sunt, qui eius authoritatẽ non recipiunt, eúmque in ecclesia Dei prædicare contemnunt, si quis eum deinceps aut non receperit, aut à Pascha vsque ad Pentecosten Missarum tẽpore in ecclesia nõ prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

Can. 17. Quo loco & tempore communicandum.

Nonnulli sacerdotes post dictam orationẽ Dominicam statim cõicãt, quod deinceps interdicimus, sed data benedictione ad populũ tũc corporis & sanguinis Dñi sacramẽtũ sumãt, eo videlicet ordine, vt sacerdotes &

Leui-

Leuitæ ante altare communicent in choro clericus, extra chorum populus.

Can. 18. A quibus debeat esse immunis qui in episcopum ordinatur.

In isto canone notantur qui sunt indigni ad honorem sacerdotij, quos ius nunc vocat irregulares. Inter quos etiam recensentur & isti, qui muneribus * honorem obtinere moliũtur, Qui à decessoribus in sacerdotiũ eliguntur, Qui inscij litterarum sunt. Qui nondum ad 30. annos peruenerunt. Qui nec à clero nec à populo propriæ ciuitatis electi sunt. Qui verò probatus inuẽtus fuerit, ab vniuersis cõprouincialib⁹ episcopis, aut certè à tribus in sacerdotẽ die dominica cõsecrabitur. Episcopus verò comprouincialis ibi consecrãdus est, vt metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate Metropoli, cõprouincialibus ibi conuenientibus. Si quis autem ad gradũ sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honori periculo subiacebit.

d. 51. qui in aliquo crimine.

* *Nota.*

Can. 19. Quo tempore in veteri lege Leuitæ ordinabantur.

Decreuimus, vt 25. ann. ætatis Leuitæ cõsecrentur, & 30. presbyteri ordinentur, ita vt secundũ præceptũ Apostolicũ probẽtur primum, & sic ministrent, nullum crimẽ habẽtes, quoniam & in veteri lege ab anno 25. Leuitæ in tabernaculo seruire mandantur.

D. 77. In veteri lege. Nu. 7. 1. Timot. 1.

Ca.20.De sacerdotibus, quales esse debeant.

Quicunq; in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante: Oportet enim irreprehensibilem esse. Inoffensos ergo & immaculatos decet Dei existere sacerdotes: nec vllius eos fornicationis cõtagio pollui. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, vt mundi corpore, purgari mẽte, possimus ad sacrificiũ Christi digni accedere, & Deum pro delictis omniũ deprecari.

Ca.21.De eisdem.

Ro.12.d.& 2. Co.1.d. Quamuis conscientiam purã apud Deum nos habere oporteat tamen & apud homines famam optimam custodire oportet. Ideo cõuenit episcopus testimonium probabilium personarum conuersationis & vitæ in cõclaui suo habere: vt & Deo placeant per conuersationem bonam, & ecclesiæ per optimam famam.

Can.22.De presbyteris & Leuitis.

Item placuit, vt quemadmodum Antistites, ita presbyteri atque Leuitæ, quos fortè infirmitas, atque ætatis grauitas in conclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cellulis suis testes vitæ habeant vitámque suam sicut nomine, ita meritis teneant.

Ca.23.Quod adolescentes probatissimo seniori deputentur.

22 q.1.Omnis ætas. Oĩs ętas ab adolescentiã prona est in malũ. Nihil enim incertius q̃ vita adolescentium.

Ob

Ob hoc constituere oportuit, vt si qui in clero impuberes aut adolescentes existunt omnes in vno conclaui commaneant, vt sub ircæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & magistrum doctrinæ, & testem vitæ habeant. *Gen. 9. d. Pro. 30.*

Can. 24. Quod sacerdotibus maximè ignorantia vitanda est.

Ignorãtia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. *Dist. 38. Ignorantia.*

Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus, dicens ad Timotheum, Attende lectioni & exhortationi, &c. *1. Tim. 4.*

Sciant ergo sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur, omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia quàm operum disciplina.

Can. 25. Quod officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri cum ordinantur.

Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellũ officialem à suo sacerdote accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiã etiam in ipsis diuinis sacramentis Christum offendant: ita vt quando vel ad litanias vel ad concilium venerint rationem episcopo suo reddant qualiter susceptũ officiũ celebrent, vel baptizent. *Dist. 38. Quando presbyteri.*

Can.26. De castitate seruanda: tempore suæ ordinationis presbyteri & diaconi votum emittant.

In decre. Iuo. lib.3. Quando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primũ professionem suo episcopo facere, vt castè & purè viuãt sub Dei timore, vt dum eo talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

Can.27. Presbyteri iniustè depositi quomodo in pristinum restituantur statum.

Episcopus presbyter aut diaconus, à gradu suo iniustè deiectus, si in sancta synodo innocens inueniatur, gradus amissos recipiat coram altari de manibus episcoporũ. Si eps est, orariũ, annulũ & baculum. Si presbyter, orarium & planetam. Si diaconus, orarium & albam. Si subdiaconus, patenã, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparatione sua recipiant, quæ cum ordinarentur perceperunt.

Can.28. Priuetur honore quicunque ex ordine clericorum magos consuluerit.

26. q.5. Si quis episcopus. Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet, de ordinib⁹ clericorũ, magos aut aruspices, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitẽtur artẽ magicã, aut aliquos eorũ similia exercentes, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterij cẽsuram excipiat: ibíq; perpetuæ pœnitentiæ deditus scelus admissum sacrilegij soluat. *Can.29.*

Con-

Confinitimi hostium sacerdotes nullum mandatum ad gentem extraneam occultè accipere vel dirigere præsumant.

Can. 30. Nullus sacerdos sit iudex, vbi sanguinis sententia præparatur.

Si quis sacerdotum, vbi sanguinis sententia præparatur, iudex extiterit, reus effusi sanguinis sit apud Christum: & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Can. 31. Ne pauperes à potentibus opprimantur episcopis cura committitur.

Nota.

Episcopi (quibus hæc cura à Deo imposita est) dū conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguāt: & si contempserint emendari, corū insolentiam regis auribus intiment: vt quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis episcoporum id neglexerit concilio erit reus.

Can. 32. Episcopi nihil de iure suæ diœcesis præsumant auferre.

Auaritia radix est cunctorum malorum: cuius sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Ideo constitutum est à præsenti concilio, episcopos diœceses suas ita regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre: sed iuxta priorum authoritatem conciliorum, tam de oblationibus quàm decimis, tributis, ac frugibus tertiam consequantur,

1. Ti. 6.

16. q. 1. Constitutum est.

vt concessa à fidelibus in Christi & martyrũ honorem, ipsorum episcoporũ parochiis intacta maneant. Nouerint tamen conditores basilicarum in rebus quas eisdẽ ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed iuxta canonum instituta sicut ecclesia, ita & dos eius ad ordinationem episcopi pertineat.

10. q. 1. Nouerint.

Can. 33. Quod tricennalis possessio intra eandem prouinciam seruari debeat.

Quicũque episcopus alterius episcopi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, admittẽda non est cõtra eum actio reposcẽdi. Sed hoc intra vnam prouinciam. Extra verò nullo modo ne dum diocœsis defenditur prouinciarum termini confundantur.

16. q. 3. Quicunque episcopus.

Can. 34.

Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorij possessio conuentum non adimit.

10. q. 3. Sicut diœcesim.

Can. 35. Inualetitudine grauatus episcopus, visitationis officium alijs committat.

Episcopũ per cunctas diœceses parochiásque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat quo vnaquæq; basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut languore aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & reditus basilicarũ & reparationes & ministrantium vitam inquirãt.

10. q. 1. episcopum per.

Can.

Can. 36. Exoluat prælatus quod in remunerationem obsequij ecclesiæ impensi alicui promisit.

Quicunq; suffragio cuiuslibet aliqd ecclesiasticæ vtilitatis ꝓuiderint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit. 12. q. 2. *Quicunque suffragio.*

Can. 37. Fundatores ecclesiarū si ad inopiam deuenerint, ab eisdem alimenta accipiant.

Quicūq; fideliū de facultatib⁹ suis ecclesię aliquid deuotione propria cōtulerint, si fortè ipsi aut filij eorū redacti fuerint ad inopiā, ab eadē ecclesia suffragiū vitæ pro tēporis vsu ꝓcipiāt. Si enim omnib⁹ aliis necessitatē sustinentib⁹, ꝓ solo religionis intuitu, in vsum res ecclesiæ largiuntur, quantò magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur?

Can. 38 est ca. 7. sextæ synodi.

Can. 39. Vt Leuita vnum tantum humerorum ambiat orario.

Vnum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, i. prędicat. Dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expirius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caueant ergo leuitæ gemino vti orario, sed vno tantum & puro, nec vllis coloribus aut auro ornato. *dist. 25. Vnum orarium.*

Can. 40. Vt clerici tonsuram deferañt.

Omnes clerici vel lectores, sicut leuitæ & sacerdotes detōso superius capite toto, infe-

rius solam circuli coronam relinquant. Non sicut hucusq; in Galiciæ partib⁹ facere lectores videntur, q̃ prolixis (vt laici) comis in solo capitis apice modicũ circulũ tondũt. Ritus em̃ iste in Hispaniis hucusq; hæreticorũ fuit. Vnde oportet, vt p̃ amputãdo ab ecclesiis scãdalo hoc signum dedecoris auferatur. Qui secus fecerit, fidei catholicæ reus erit.

Canon 41. & 42. idem continent quod & ca. 5. sextæ synodi. *Can.* 43.

D. 81. Quidam clerici.

Clerici qui sine consultu episcopi sui vxores duxerint, separari eos à proprio episcopo oportebit.

Can. 44. *De clericis qui voluntarie arma sumunt.*

23. q. 8. Clerici.

Clerici qui in quacunque factione arma volentes sumpserunt: amissor ordinis sui gradu in monasterio pœnitentiæ tradantur.

Can. 45. *Ne à clericis sepulchra demoliantur.*

Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, à clericatus ordine submoueatur, & pœnitentiæ triẽnio deputetur.

Can. 46 *De libertate clericorum.*

Præcipiente domino nostro Sisebuta rege, id constituit sanctum concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant.

Canon 47. est ca. 25. concil. Chalced.

Can. 48. *Quod paterna deuotio monachum faciat sicut propria professio.*

Mona-

Monachum, aut paterna deuotio aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum: & omnes ad seculum interdicimus regressus. *20.q.1. Monachum. De hoc vide infra in conci. Vormaciē. c. 5.*

Can.49. *Quod liberum sit clericis monasticam profitenti vitam.*

Clerici qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupiūt) liberos eis ab episcopo in mónasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

Can.50. *Quale ius episcopi in monasteriis habere debeant.*

Nunciatum est præsenti cōcilio ꝙ monachi episcopali imperio serui opere mācipentur, & iura monasteriorū illicita pręsumptione vsurpētur: ita vt penè ex cœnobio possessio fiat, atq; illustris portio Christi ad ignominiā seruitutémq; perueniat. Quapropter monemus eos qui ecclesiis præsunt, vt vltrà talia nō pręsumāt. Sed hoc tātū sibi in monasteriis vindicēt sacerdotes, abbates aliáq; officia instituere, atq; extra regulā facta corrigere. Qui contra fecerit, excommunicetur. *19. q.2. Hoc tantum sibi.*

Can.51. *De monachis à monasterio egredientibus.*

Nonnulli monachorū egrediētes à monasterio non solū ad seculū reuertūtur, sed etiā vxores accipiūt. Igit reuocati in eodē mona-

sterio à quo exierant, pœnitentiæ deputẽtur.

Can. 52. Qui seipsos infamia notant, ad clerum peruenire non possunt.

Hi qui in discrimine constituti pœnitentiã accipiũt, nulla manifesta crimina cõfitẽtes, sed tantũ se peccatores esse prędicãtes, huiusmodi si reuelauerint, possunt etiã p morũ probitatem ad gradus ecclesiasticos peruenire. Qui verò ita pœnitentiam accipiunt vt aliquod mortale peccatum se perpetrasse publicè fateantur ad clerum vel honores ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt: quia se confessione propria notauerunt.

Can. 53. Pœnitentiæ statum qui semel acceperint mutare non possunt.

Quicunq; ex secularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, & rursus præuaricantes laici effecti sunt ab episcopo suo ad pœnitentiam reuocentur. Quod si aliqui admoniti ad pœnitentiam reuerti noluerint, vt verè apostatæ coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Hoc etiam totum seruetur in religiosis: etiam in viduis: virginibúsque sacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ habitum religionis mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

In canone 54. idem habetur quod de viduis in præcedenti dictum est.

Can. 55. Sicut Iudæi ad fidem non sunt, cogendi ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur.

De

De Iudæis præcepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat. Nõ enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate ſerpẽti obediens periit: ſic (vocante ſe gratia Dei) propriæ mentis conuerſione quiſque credendo ſaluatur. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis domini & ſanguinis extitiſſe participes, oportet vt fidem etiam quam vi vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen domini blaſphemetur: & fides quam ſuſceperunt, contemptibilis habeatur. D. 45. De Iudæis. Rom. 9. Gen. 3.

Can. 56. Iudæis contra fidem Chriſtianam dare ſuffragium prohibetur.

Quicunque Iudæis contra fidem Chriſtianam ſuffragium qualecunque præſtiterit, verè vt prophanus & ſacrilegus anathemate effectus ab eccleſia catholica & regno Dei habeatur extraneus.

Can. 57. De præuaricatione eorum qui ad fidem Chriſtianam promoti fuerant.

Iudæi qui ad fidẽ Chriſtianã ꝓmoti abominandas circunciſiones & alios Iudaicos vſus- De conſec. d. 4. Plexi- que.

exercuerint, pōtificali authoritate corrigant̄, & ad cultū Christiani dogmatis reuocentur. Eos autem quos circuncíderunt, si filij eorū sint, à parētum consortio seperentur. Si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur.

Can. 58. Iudæorum filij post baptismum à parentibus seperentur.

28. q. 1. Iudæorum filios. Iudæorū filios vel filias baptizatos, ne parentū inuoluantur erroribus, ab eorū cōsortio separari decernimus. Deputādos autē monasteriis, aut Christianis viris aut mulieribus Deū timētibus vt in moribus & fide ꝓficiāt.

Can. 59. Perfidia parentum filiis, obesse nō debet.

2. q. 4 Iudæi baptizati. Ezech. 18. Iudæi baptizati si postea præuaricantes in Christum qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia scriptum est. Filius non portabit iniquitatem patris.

Hoc desideramus obseruari.

Can. 60. Iudæi ad fidem conuersi cum remanentibus in veteri ritu non communicent.

28. q. 1. Sæpe malorum. Nulla cōmunio sit Hebræis ad fidē Christianā translatis cū his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne eorū participatione subuertantur. Quicūq; hoc nō seruauerit, & hi Christianis donētur: & illi cū quibus prohibitū est eis conuersari publicis cædibus deputentur.

Can. 61. Iudæus ab vxore fideli separetur, nisi ad fidem accesserit.

28. q. 1. Iudæi qui. Iudæi qui Christianas mulieres in cōiugio habent,

habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis illius, vt si cum eis permanere cupiũt, Christiani efficiãtur. Quòd si admoniti noluerint, separentur. Filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem atque cõditionem matris sequãtur. Similiter & illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianam religionem sequantur, nõ Iudaicam superstitionem.

Can. 62. Iudæi testes esse non possunt.

Iudæi qui Christiani effecti sunt, & Christi fidem præuaricati sunt, ad testimoniũ dicendũ admitti nõ debẽt: quãuis se esse Christianos annũciet: quia sicut in fide Christi suspecti sũt, ita in testimo. humano dubij habẽtur. 2. q. 7. Non potest.

Ca. 63. Iudæi publicis officiis non præficiantur.

Constituit sanctum cõcilium, vt Iudæi aut hi qui ex Iudeis sunt, officia publica nullatenꝰ appetãt, nec illa exercere iudices prouinciarũ ꝓmittant. Si qs iudex hoc ꝓmiserit, excõicetur & is qui subrepserit, publicis cædibꝰ deputetur. 17. q. 4. Cõstituit sanctum.

Ca. 64. Quòd non liceat Iudæis Christianos seruos habere.

Iudæis nullo modo liceat Christianos seruos nec Christiana mancipia emere. Si contra fecerint, ablati ab eis à principe libertate consequantur. *Ex decret. Sesinandi regis.*

Ca. 65.

Nullus episcoporũ libertos ex familiis ecclesiæ facere ꝓsumat. Si secus fecerit, ꝓ successorẽ episcopum ad ecclesiam reuocentur. 12. q. 2. Et si illi qui.

Can. 66. Liberti ecclesiæ à patrocinio ecclesiæ non discedant.

12. q. 3. Liberti ecclesia quia. 12. q. 2. Liberti ecclesia.

Liberti ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum patrona, ne à patrocinio ecclesiæ aliquando discedant, necesse est vt tam hi liberti quam ab eis progeniti, professionem episcopo suo faciant. Qui si à patrocinio ecclesiæ præmissa admonitione nihilominus discesserint, manumissio eorum irrita sit.

Ca. 67. Quando libertatem quis integram consequitur, ad clericatum, suscipi potest.

D. 54. Quicunque.

Quicunque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti si sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinem suscipiantur.

Ca. 68. Quòd de familiis ecclesiæ liceat presbyteros constituere.

De familiis ecclesiæ constituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo commendat. Ea tamen ratione, vt antea manumissi libertatem status sui percipiant. In vltimo canone excommunicantur omnes qui contra regis regniq; Hispaniæ conseruationem aliquid tyrannicè attentauerint. Quibus omnibus subscripserũt omnes episcopi, numero septuaginta. Subscripsit etiam episcopus Carcassonensis, & vicarij etiam episcoporum.

Explicit concilium Toletanum. 4.

CON-

CONCILIVM TOLETANVM

quintum. Circa tempora Honorij papæ primi, anno primo Chintilani Regis Gothorũ præsidente Eugenio ecclesiæ Toletanæ & prouinciæ Carthaginen. episcopo Metropolitano. Affuerunt & alij viginti episcopi.

Can. 1. Quando Litaniæ dici debeant.

In cũcto regno specialis & propria hæc religiosa omni tempore teneatur obseruantia, vt à die Iduum Decembrium Litania triduo vbique annua successione peragatur. Quòd si dies Dominica intercesserit, in sequenti hebdomada celebretur.

In canone secundo nihil aliud tractatur, nisi de custodia salutis Regum, & de defensione prolis præsentium principum.

Can. 2. Sine electione omnium nullus præficiatur in regem.

Si quis ad regiæ maiestatis ambit peruenire fastigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gotthicæ gentis nobilitas ad hunc apicẽ trahit, sit consortio catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus.

In reliquis canonibus cauetur sub anathemate, nequis in principem maledicta congeratiaut illi aliquo modo insidietur.

Subscripserunt omnes episcopi, & vicarij etiam episcoporum.

Explicit concilium Toletanum quintum.

CONCILIVM TOLETANVM sextum, sub eodē Honorio papa primo anno 2. Chintiliani regis in ecclesia Leocadiæ martyris, celebratum ab episcopis Hispaniæ & Galiciæ quinquaginta duobus, præsidente Eugenio episcopo Toletano.

In primo canone pronunciatur symbolum fidei in quo explicatius habetur illud: Quòd ex tribus personis diuinis solum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiā Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contraximus, resoluenda à secreto patris arcanóque prodiisse, & humanitate sine pctō de sctā virgine assumpsisse, vt idem filius Dei patris esset filius hominis. Deus perfectus, & homo perfectus, in duabus naturis vna persona, ne quaternitatis trinitati accederet, si in Christo gemina persona esset.

Et ibidem etiam habetur: Et cū tota cooperata sit Trinitas formationē susceptī hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen filius suscepit humanitatē in singularitate personæ, non in vnitate diuinæ naturæ, i. in eo quod propriū est filij, nō quod commune est Trinitati: qm̄ cōstat naturam Trinitatis esse, non tamē personā. Hic ergo domin⁹ noster Iesus Christus mortuus est propter expiationē nostrā, resurrexit propter iustificationem nostram. Quē etiā venturum

turum in fine expectamus seculorũ cum resurrectione oĩm, æquissimo suo iudicio redditurum iustis præmia, & impiis pœnas,&c.

In can.2.agitur tantum de obseruantia Litaniarum pro successu regum.

Can.3. Vt Hispaniarum reges iuramentum præstent de expellendis à suo regno infidelibus.

Sanctum concilium simul & cum consensu Christianissimi principis, suorúmque optimatum illustriúmque virorum hanc promulgamus Deo placituram sententiam vt quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non antè conscendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionũ sacramenta pollicitus fuerit nullum non catholicum permittere in suo regno degere. Siverò postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu sempiterni dei & pabulum efficiantur æterni. Similiter & omnes qui cũ eo cõsenserint.

Horũ patrũ sententia vsus est Ferdinãdus Hispaniarum rex cognomento Catholicus, cum à totâ ditione sua expulit Iudæos & Saracenos. *Author.*

Canon 4. est ca.22.sextæ synodi,de his qui per pecunias ecclesiasticos gradus assumunt.

Can.5.Qui beneficium ab ecclesia accipit, eius professionem nomine præcariæ faciat.

Si quis clericorũ stipendiũ de rebus eccle- *12.q.2. Sæ-*
siæ cuiusquã episcopi percepit largitate, sub *pe fin.*

precariæ nomine debeat professionem scribere ne per retentionem diuturnam præiudicium afferat ecclesiæ. *Ca.6.*

Quicunque religiosum spontaneè semel indutum habitum dimiserint, excommunicentur si reuerti noluerint.

Can.7.est can.53.supra in concil. Tolet.4.

Can.8.

33.q.2.c.fi. Et habetur in epist. Leonis pa. ad Rusticũ Narbonen sem episcopũ, quæ est 90.respõ.11.

Qui ætate adolescentiæ positus dum mortis formidat casum, peruenerit ad pœnitẽtiæ remedium, si coniugatus,& forte fuerit incontinẽs,ne postea adulterij incurrat lapsum, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continẽtiæ statum. Quod nos sicut de viris,ita de fœminis æquo modo censemus: non quidẽ hoc generaliter & canonice præceptum, sed pro humana fragilitate constat à nobis indultũ: ea duntaxat ratione vt si is qui pœnitentię nõ est legibus deditus, antè ab hac vita decesserit,quam ex communi consensu ad continẽtiam vnus eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuo transire ad vxoris amplexus. Si autem illius vita superstes extiterit, qui non acceperit absolutionem pœnitentis, nubat si se continere non potest: & alterius consortio fruatur vxoris. In omnibus tamen sacerdotis expectetur ordinatio: iuxta quod ætatem aptam perspexerit,pœnitentiæ absolutionis tribuat legem.

Cum

Cum coniugatus in ægritudine vouet continentiam, si postea non potest continere, redibit ad vxorem. Ea tamen mortua non transibit ad secundas nuptias. Visum est synodo dispẽsandum cum illo in vsu primi matrimonij, & arcere eum à secundis nuptijs. Quod tamen licebit coniugi non vouenti. Atque hic est scopus huius canonis. Author.

Can.9.

Nouo aduenient Pontifice omnes ecclesię liberti, & ab eis progeniti, chartulas & professiones suas in conspectu ecclesiæ renouare debẽt. Quod si intra annum non fecerint, vacuæ remaneant & inanes.

Can.10.

Libertorum filij intra ecclesiam erudiendi nutriantur, & episcopo debitum reddant famulatum.

Can.11.

Quisquis à quolibet criminatur, non antea accusatus supplicio detur quã accusator præsentetur. 3 q.9. Dignũ est vt.

Ca.12.

Quisquis patrator culparum extiterit, & ad hostium refugium confugerit, excommunicetur.

Can.13.

Qui primatum dignitatis habent in palatio, à iunioribus modestus honor per omnia deferatur, & minores à senioribus dilectionis amplectantur affectu, & vtilitatis imbuantur auxilio.

Canon 14. est can.6. conc. Tolet. 15.

Can.15.

Res ecclesiæ à quibuslibet iustæ collatæ in earum iure firma stabilitate permaneant.

Can. 16. est can. 2. conc. Toletani 5.

Can. 17. est can. 4. in conc. Toletano 5.

Can. 18. est 18. can. in con. Toletano 5.

Ca. 19. consumitur in gratiarum actionibus Deo & de inde regi: cuius studio & instãtia collecti sunt episcopi.

Subscripserunt episcopi qui ibi conuenerunt num. 52. Ego Eugenius ecclesiæ Toleta. episcopus subscripsi.

Subscripserunt etiam vicem agentes absentium episcoporum.

Explicit concilium Toletanum 6.

CONCILIVM BRACARENSE primum sub Honorio papa primo, & anno 3. Arriamiris regis, celebratum in Hispania citeriori ab episcopis Galiciæ prouinciæ: in quo primum lectum est exemplar fidei cum capitulis, quæ episcopi Tarraconẽses, & Carthaginenses, Lusitani & Bætici contra impiã Priscillianæ hæresis sectam olim facto inter se concilio tanquam regulam fidei tradiderant. Proposita capitula sic habent.

Can. 1.

Si quis patrem, filium & spiritum sanctum non confitetur tres personas vnius substantiæ & virtutis ac potestatis, sicut catholica ecclesia docet, sed vnam tantum ac solitariam dicit esse personam, vt ipse sit pater, qui filius,

lius, &c. sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Can.2.*

Si quis extra sanctam Trinitatem alia (nescio quæ) & diuinitatis nomina introducit, dicens quòd ipsa diuinitas sit Trinitas, sicut Gnostici & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Can.3.*

Si quis dicit filium Dei dominum nostrũ, antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Fotinus, & Priscilianus dixerunt, anathema sit.

Can.4.

Si quis natale Christi secundum carnẽ non verè honorat, sed honorare simulat se ieiunans in eodẽ die, & in dominico, quia Christum in hominis vera natura esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Can.5.

Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Can.6.

Si quis animas humanas dicit prius in cælesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana interiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. *Ca.7.*

Si quis dicit diabolum nõ fuisse prius angelũ bonũ à Deo factũ, nec Dei opificiũ fuisse naturam eius: sed dicit cũ ex tenebris emer-

fisse, nec aliqué sui habere authorem, sed ipsum esse primum absque substantia mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit. Ca. 8.

Si quis credit ꝙ aliquas immundas creaturas Diabolus fecerit & tonitrua & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse Diabolus sua authoritate faeit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Ca. 9.

Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt: anathe. sit.

Can. 10.

Si quis duodecim signa, id est sydera quæ Mathematici obseruare solent, per singulas animas vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus patriarcharum asscripta dicunt, sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Can. 11.

Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorresceit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Si quis psalmationem humani corporis Diaboli dicit figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit dæmonum figurari, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 13.

Si quis

Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse Dei, sed malorum angelorum sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Can.14.

Si quis immundos putat cibos carniũ, quas Deus in vsum hominum dedit, & nõ propter afflictionem sui corporis, sed quasi in munditiam putans, ita abstineat ab eis vt nec olera cocta cum carnibus præguſtet, sicut Manichęus & Priscillianus docuerunt, anathema sit. *Ca.15.*

Si quis clericorũ vel mõnachorũm præter matrem aut germanam vel etiã, quæ proxima consanguinitate iunguntur alias aliquas quasi adoptiuas fœminas secum retinet, & cũ ipsis habitat, sicut Priscilliani secta docuit anathe. sit. *Ca.16.*

Istas olim necabant subintroductas mulieres quas synodus nõ permittit.

Si quis feria Paschali, quę vocatur cœna domini, hora legitima post nonam ieiunus in ecclesiis Missas non tenet: sed secundum sectam Priscilliani, festiuitatem ipsius ab hora tertia per Missas defunctorum soluto ieiunio colit, anathema sit. *Ca.17.*

Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suũ deprauit errorem, vel tractatus Dictinij, quos ipse Dictinius antequã cõuerterẽtur scripsit sub nomine Patriarcharũ, Prophetarum & Apostolorum & suo errori consona confinxit, legit, & impia eorum figmenta se-

quitur, aut defendit, anathema sit.

Hæc sunt dogmata Priscillianistarum.

Post hæc pronunciati sunt canones ad institutionem clericalis disciplinæ pertinētes.

Canon. 19. est Canon 2. conc. Toletani secundi, & concil. Veneti. ca. 15.

Can. 20.

D. 12. Placuit omnibus. Item placuit vt per solemnium dierum vigilias, vel Missas, omnes easdem & non diuersas lectiones in ecclesia legant.

Ca. 22. Vt sit vnus modus salutandi in Missa.

Ruth. 2. Item placuit, vt non aliter episcopi & aliter presbyteri populum, sed vno modo salutent, dicentes Dominus sit vobiscum, sicut in lib. Ruth. legitur. Et vt respondeatur à populo: Et cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis apostolis traditum omnis retinet Oriens, & non sicut Priscilliana hæresis permutauit.

Can. 22. Vt vno ordine Missæ celebrentur.

Item placuit vt eodem ordine Missæ celebrētur ab omnibus, quo Profuturus quondā huius metropolitanæ ecclesiæ episcopus, ab ipsa apostolicę sedis authoritate suscepit scriptum.

Ca. 23. Vt sit vnus ordo baptizandi.

Item placuit vt nullus eum ordinē baptizādi præter mittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarēsis ecclesia: & pro amputanda aliquorum dubietate prędictus Profuturus episcopus scriptū, & sibi directum à se-

de

de beatissimi Petri apostoli susceptit.

Ca.24. *Episcopi secundum tempus ordinationis sedeant.*

Itẽ placuit vt cõseruato Metropolitani epi primatu, cæteri episcoporum secũdũ suæ ordinationis tẽpus ali⁹ alij sedẽdi deferat locũ.

Ca.25. *Res ecclesiasticæ in quatuor partes diuidendæ.*

Item placuit vt de rebus ecclesiasticis tres fiant æquę portiones. i. vna episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione vel in luminariis ecclesiæ. De quarta parte, siue archipresbyter, siue archidiaconus illam administrans episcopo faciat rationem.

Can.26.

Item placuit vt nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat sine licentia alterius episcopi. Can.27.

Item placuit vt diacones superposito scapulæ vtantur orario. Can.28.

Placuit, vt nõ liceat cuilibet ex lectoribus, sacra altaris vasa portare, nec aliis nisi his qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati. *d.23. Non licet cuilibet.*

Can.29.

Lectores in ecclesia in habitu seculari ornato non psallant. Ca.30.

Extra psalmos veteris testamenti, nihil poëtice compositum in ecclesia psallatur.

Can.31.

Ingredi sa ariũ ad communicandum non

licet laicis, nisi tantum clericis.

Can. 32. Ne ab esu carnium abstineat clerus.

Quicunque in clero cibo carnium nō vtūtur pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quòd si cōtempserint, necesse est pro suspicione hæresis huius, vt excommunicentur, & ab officio remoueātur.

Ca. 33. Vitentur excommunicati.

Qui pro hęresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis cōmunicare præsumat. Quæ si quis spernit volūtariè, seipsum alienum à communione facit.

Can. 34.

23. q. 5. Placuit vt hi qui.

Qui sibiipsis quolibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum psalmis sepeliantur. Hoc idem obseruetur in illis qui pro suis sceleribus puniuntur.

Ca. 35. De cathecumenis sine baptismo defunctis.

Catechumenis sine redēptione baptismi defunctis simili modo nō oblatiōis sanctæ cōmemoratio, nec psallendi impēdatur officiū.

Ca. 36. est can. 17. conc. Tiburiensis.

Ca. 37. Ne presbyter altaria consecret.

Si quis presbyter post hoc interdictū ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altaria consecrare, à suo officio deponatur.

Ca. 38. Ne quis ex ordine laico assumatur ad sacerdotium.

Ex

Ex laico ad gradum sacerdotij antè nemo veniat nisi prius anno integro in officio lectorum, vel diaconatus disciplinam ecclesiasticam discat: & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniat. *Hoc idem de episcopis præcipitur in c. 5. octauæ synodi.*

Can. 39. Qualiter distribuendæ oblationes fideliũ.

Si quid ex collatione fidelium aut per festiuitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore aut semel aut bis in anno inter omnes clericos diuidatur.

Expliciunt canon. conc. Bracarensis primi.

CONCILIVM BRACARENSE

secundum anno 2. regis Ariamnen. Era. 610. sub Honorio papa 1. Est conciliũ prouinciale in quo tractantur ea tantũ quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent.

Can. 1. Qua forma visitabunt episcopi ecclesias suas.

Placuit omnibus episcopis, atque conuenit vt p̃ singulas ecclesias episcopi, & p̃ diœceses ambulãtes, primùm discutiãt clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæcunque officia in ecclesia peragãt. Et si rectè quidẽ inuenerint, Deo gratis agant: sin autem minimè docere debent ignaros: & hoc modis oĩb⁹ præcipere, sicut antiq̃ canones iubent, vt ante dies 20. *10. q. 1. Placuit omnibus episcopis.*

baptismi ad purgationem exorcismi cõcurrãt catechumeni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni symbolum, quod est Credo in Deum &c. specialiter doceantur. Postquam ergo ex his suos clericos discusserint vel docuerint epi, alia die vocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina. i. homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri, alteri non faciant, & vt credãt resurrectionem omnium hominũ, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundũ opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de illa ecclesia proficiscatur ad aliam.

Can. 2. Quid accipient episcopi visitantes.

10. q. 3. Placuit vt nullus. Nullus episcoporũ per suam dicœcesim ambulãs, præter honorẽ cathedræ suæ, in solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat, Tertia verò pars oblationum populi pro luminaribus, vel reparatione, in ecclesiis parochialibus seruetur. Similiter & parochiales clerici seruili timore in aliquibus operibus episcopis seruire non cogantur, quia scriptum est, *1. Pet. 5.* Neque vt dominantes in clero, &c.

Can. 3. Non sunt accipienda munera ab episcopo.

1. q. 1. Placuit vt d. r. De ordinatione clericorũ epi munera nulla accipiãt, sed sicut scriptum est, Gratis accepistis, &c. qa antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens:

Ana-

Anathema sit danti, & accipienti.

Can.4. Pro balsamo nihil accipiat episcopus præter solitum. *Ma. 10. a.*

Modicum balsami, quod benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur, quia à singulis tremisses pro ipso exigi solēt, nhil vlterius exigatur, ne fortè quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus consecratur, sicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes, damnabiliter venundemur. *Act. 8.*

Can.5. Pro consecratione ecclesiæ nihil accipiendū.

Placuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad cōsecrandas ecclesias episcopi inuitantur, nō quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigetur ab illo. Attamen vnusquisque Episcoporum meminerit vt non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatū accipiat. Contra verò facere temeritas magna est. *1.q. 2. Placuit vt quoties.*

Can.6. Qualiter ædificandæ basilicæ.

Si quis basilicam, non pro deuotione fidei, sed pro quæstu, cupiditatis ædificat, vt quicquid ibi de oblatione populi colligitur medium cum clericis diuidat, eò quod basilicā in terra sua condiderit, nullus episcoporū tā *De cons. d. 1. Si quis basilicam.*

abominabili voto consentiat, nec taem basilicam audeat consecrare.

Can.7.Nihil exigendum pro baptismo.

1 q. 1. Placuit vt vnusquisque.

Vnusquisque episcoporum per ecclesias præcipiat, vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiat ab eis. Si quid verò per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus violenter tollatur à clericis.

Can.8.Qualiter accusandi clerici.

2 q. 5. Placuit vt si quis aliquem.

Si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

Can.9.De ieiunio quadragesimæ indicendo.

De consec. d.3.Placuit vt postquã.

Adueniente natalis Domini die, post lectionem euãgelicam, superuenturum ipsius anni Pascha, quota Calendarũ die, vel quota luna debeat suscipi, à sacerdotibus nuncietur populo, & quadragesimę ieiuniis populo seruire præcipiant.

Can. 10.Vt nullus nisi ieiunus Missas peragat.

Cognouimus quosdã presbyteros in huius præsumptionis audacia retineri, vt Missas mortuorum etiã post acceptũ merũ vel oblationẽ ausi sint consecrare: Ideóq; hoc præfixæ euidentis sententiæ admonitione seruetur

tur, vt si quis p̃sbyter post hoc edictũ nostrũ ampli⁹ ĩ hac væsania fuerit deprehensus hoc est nõ ieiunus, sed quocũque cibo pręsumpto oblationẽ cõsecrauerit in altari, cõtinuo ab officio suo priuatus, à ꝓprio deponatur ep̃o.

Explicit concilium Bracarense secundum.

Seuerinus Papa septuagesim⁹ primus sub Petro, patria Romanus, patre Labieno, in locũ Honorij subrogatus, ab Isatio totius Italię hexarcho in pontificatu cõfirmatur. Tunc enim non habebatur rata cleri ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum hexarchi confirmassent. Seuerinus igitur pontifex vir singularis pietatis & religionis, amator pauperũ, sedit menses vndecĩ, dies verò quatuor. *a.d.634. Seuer.pa. 71.* *a.d.635. Ioã.pa. 72.*

Ioannes quartus papa septuagesimus secundus sub Petro, natione Dalmata, patre Venantio, sedit annum vnum, iuxta verò aliquos tres annos. *a.d.636. Th.pa. 73.*

Theodorus papa septuagesim⁹ tertius sub Petro, natione Græcus, ex patre Theodoro ep̃o Hierosolymis oriũdo, sedit annos sex, mẽses quinq;, dies octo. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super oẽs, & multũ misericors. Isti tres pontifices fuerunt sub Heraclio Imperatore 57. anno Christi, 612.

CONCILIVM TOLETANVM septimum. Circa tempora Theodori vel Martini primi Papę, in quo conuenerunt triginta & octo episcopi.

Can. 1. De *euentu languoris in clerico ministrante.*

7. q. 1. *Nihil contra ordinis.*

Censuimus conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tẽpore sancta mysteria consecuntur, si ægritudinis accidit quilibet euentus, quos quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo vel p̃sbytero alteri cõsecrationẽ exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplemẽtũ initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis, aut subsequentis completa benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleãtur. Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil cõtrariũ personarum diuersitas, formet vbi efficaciã prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quod etiam consultũ cuncti ordinis clerici indiuiduum sibi esse non ambigant, sed p̃cedẽtib⁹ libẽter alij ꝑ cõpleméto succedant. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in p̃sumptionis pernicié cõuertat, nullus post cibũ potũq; quẽlibet minimum sumptũ Missas facere, nullus absque patentis ꝑuẽtu molestiæ minister vel sacerdos cũ cœperit imperfecta officia præsumat oĩno relinquere. Qui cõtra fecerit, excõicet.

Can. 2. De *exequiis morientis episcopi.*

Si quis sacerdotum ad humanda decedẽtis episcopi membra venire cõmonitus distulerit, appellantibus clericis abeuntis epi apud

syno-

synodum, vel Metropolitanum episcopum tempore anni vnius nec faciendi Missam nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, siue cæteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni solicitudine pro exequiis aut iam mortui, aut continuo antistitis morituri, ad commonendum episcopum tardi inueniantur, aut per quancunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad pœnitẽtiam in monasteriis deputentur.

Can. 3.

Vltra duos solidos à parochianis ecclesiis episcopus non præsumat accipere, & amplius quàm vna die per vnamquanque basilicam morandi licentiam non habeat. Omisimus alia tria cap. alias repetita. *10. q. 3. inter cætera denique.*

Explicit concil. Toletanum 7.

Martinus Papa septuagesimus quartus sub Petro, de ciuitate Tudertina, prouinciæ Tusciæ, sedit annos sex, mensem vnũ, dies viginti & sex, Imperatore constante circa annum Christi 643. Huius tẽporib⁹ fuit Paulus Cõstãtinopolitanæ vrbis epũs hæretic⁹, cõtra quẽ cõgregauit synodũ Laterane. in vrbe Roma, vbi cõuenerũt episcopi numero centũ quinque, & condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum, Patriarchas Constantinopolitanos quia nouita- *a. d. 643. Mart. pa. 74.*

tes contra immaculatam fidē pręsumpserunt innectere, anathematis vltione pcussi sunt. Quæ synodus hodie in archiuis ecclesiæ cōtinetur. Et faciens exēplaria, per oēs tractus Orientis & occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminauit.

Hic Paulus hæreticus suggessit Imperatori vt deduceretur Martinus Constantinopolim occidendus, nisi cessaret à sua persecutione: quod obtinuit, quoniam delatus est Constantinopolim per Pellurium cubiculariū Imperatoris. Qui cum nollet omnino acquiescere, directus est in exilium, in locū qui dicitur Cersona, & ibidem vitam finiuit in pace Christi confessor, vbi operatus est multa miracula.

Canones synodi Lateranen. contra Theodorum & Cyrum & Paulum hæreticos, quōdam episcopos ac socios eorum.

Can.1.

Si quis non confitetur, secundum sanctos patres, propriè & verè patrem & filiū & spiritum sanctum, Trinitatem in vnitate, vnitatem in Trinitate, &c. sit condemnatus.

Can.2.

Si quis non confitetur, secundū sanctos patres, propriè & verè, ipsum vnū sanctæ & cōsubstantialis & adorendæ Trinitatis Deum verbum descendentem de cælis, & incarnatū de spiritu sancto ex Maria virgine, & hominem

minem factum, &c. sit condemnatus.

Can. 3.

Si quis non confitetur propriè & verè Dei genitricem sanctam semper virginē immaculatam Mariam in vltimis seculorum absq; semine cōcepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili permanente & ante & post partum eiusdē virginitate, sit condemnatus. *Can.* 4.

Si quis nō confitetur propriè & verè ipsius vnionis Domini nostri & Dei nostri Iesu Christi, duas natiuitates existere, vnā ante secula ex Deo patre incorporabiliter & sempiternaliter, alteram autem de virgine Maria carnaliter, in vltimis seculorum, & eundem Dominum & Deum Iesum Christum consubstantialē Deo patri secundum deitatē, & consubstantialem virgini secundum humanitatem, ac eundem passibilem carne, impassibilem deitate, &c. sit condemnatus.

Can. 5.

Si quis non confitetur propriè & verè vnā naturam Dei verbi incarnatam, ex hoc quòd incarnata dicitur nostra substantia perfectè in ipso Christo Deo, & indiminutè absque tantummodo peccato significata, sit condemnatus. *Can.* 6.

Si quis nō cōfitetur propriè & verè ex duabus naturis deitate & humanitate secundum subsistentiā vnitis, inconfusè & indiuisè eun-

dem & vnum Christum esse, sit condēnatus.

Can.7.

Si quis non confitetur propriè & verè substantialem differentiā naturarū post ineffabilem vnionē, ex quibus vnus & solus extitit Christus, in eo saluatam, sit condemnatus.

Can.8.

Si quis non confitetur propriè & verè secundum compositionem, i. secundum subsistentiam naturarum vnitionem, ex quibus vnus & solus extitit Christus, incōfusè & indiuisè in eo cognitam, sit condemnatus.

Can.9.

Si quis non confitetur propriè & verè naturales proprietates deitatis Christi & humanitatis, indiminutè in eo, & sine defectione saluatas in affirmationē veracē eūdem ipsum Deum perfectum & hominem perfectū secundum naturam existere, sit condemnatus.

Can.10.

Si quis non confitetur propriè & verè duas eiusdem & vnius Christi Dei voluntates similiter & operationes cohærenter vnitas, diuinam & humanam, ex hócque in vtraque eius natura voluntarium efficacémque secundum naturam eundem existere nostræ salutis, sit condemnatus.

Can.11.

Si quis cōfitetur secundum sceleratos hæreticos, deitatis & humanitatis Christi vnam naturam

naturam, aut vnam voluntatem, aut vnam operationem, in peremptionem quidem sanctorum patrum confessionis, abnegationem autem eiusdem Saluatoris nostri dispensationis, sit condemnatus. *Can.* 12.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, in Christo Deo vnitis substantialiter saluatis, & à sanctis patribus nostris piè prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, diuinam & humanam subterfugit simul cõfiteri, asserens contra sanctorum doctrinam & vnam voluntatem, & vnam operationem, sit condemnatus. *Can.* 13.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, cum vna voluntate & vna operatione, quæ ab eisdem hæreticis in Christo Deo impiè confunduntur, & duas voluntates, & duas operationes, diuinam & humanam, simul abnegat, simul respuit, sit condemnatus.

Can. 14.

Si quis secundum hæreticos, Dei virilẽ operationem vnam insipienter suscipit, & non duplicem eam confitetur, hoc est, diuinam & humanam, sit condemnatus. *Can.* 15.

Si quis secundũ hæreticos in perẽptionem in Christo Deo secundum vnitionẽ saluatis essentialiter, & à sanctis patrib⁹ piè prędicatis duab⁹ volũtatibus, & duabus operationibus, diuinã & humanam, dissensiones & diuisiones insipienter in mysterio dispẽsationis eius

innectit, & propterea euangelicas & apostolicas de eodem Saluatore voces nõ vni & eidem personæ essentialiter tribuit, i. Christo Iesu, sit condemnatus. *Can.16.*

Si quis non confitetur secundum sanctos patres, propriè & verè omnia quæ tradita sunt, & prædicata sanctæ & Apostolicæ Dei ecclesiæ ab ipsis sanctis patribus, & probabilibus & vniuersalibus quinque conciliis vsq; ad vnum apicem verbo & mente, sit cõdemnatus. *Can.17.*

Si quis secundum sanctos patres consonãter nobiscum eadem credens non respuit & anathematizat anima & ore omnes quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum scriptis, vsque ad vnum apicem, sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, hoc est sanctæ & vniuersales quinq; synodi, & ipsi omnes consonanter probabiles ecclesiæ patres. Dicimus autem Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarẽ, Polemonẽ, Euthycẽ, Dioscorũ, Timotheum, Elurũ, Seuerũ, Theodosium, Cholutũ, Themistiũ, Paulum Samosatenum, Chodorum, Theodorum, Nestoriũ, Periã, Originẽ, Didymum, Euagriũ, & compendiosè alios omnes hæreticos, quia catholica ecclesia reprobi atque abiecti sunt, quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina, & eos qui similia cum his vsque ad

finem

finem sine pœnitentia sapuerunt, aut sapiunt vel sapient: cum quibus merito, vt pote eadē dogmatizantes & docentes (sicut ostensum est) Theodorum quōdam episcopum Pharanitanum, & Cyrum Alexandrinum, & Sergiū Constantinopolitanem, & eius successores Pyrrum & Paulum, & omnia impia eorum scripta anathematizamus, & eos qui nobiscum consonanter nō respuunt & anathematizant prædictos hæreticos, eorúmq; scripta.

Et subscripserunt Martinus Papa, ac cæteri episcopi numero 105.

Expliciunt canones Martini papæ.

CONCILIVM TOLETANVM octauum tempore Martini Papæ.

In primo canone pronūciatur tantum symbolum fidei, quomodo nunc proponitur publicè in ecclesia.

Can. 2. De incauto iuramento.

In secundo canone de incautis iuramentis differit multa. Primò q̄ iuramēta resolui nō possunt. Probat per illud Exodi. Nō assumes nomen domini Dei tui in vanum, i. frustra. *Exo. 20. b.* *Amb. lib. 1. de officiis. ca. 50.* *Matth. 14.*

Secundo, q̄ iuramēta illicita nō sunt seruāda, & cōminatoria sunt mitiganda. Primum probat ex Ambrosio, qui pro hoc adducit illud Matth. 14. de Herodote, qui iurauit, quoniā quicquid petitura esset, daret filiæ Herodiadis, & necē Ioannis præstitit, ne promissū denegaret: quod tamē negandū, & promissū *Mar. 6.*

Iudi.11.f. seruandū non erat. Et illud etiam de Iephthe,
g.22.q.2. qui immolauit filiam, &c. Melius fuerat nihil
Non semper pro.22. tale promittere, quàm promissum soluere.
q.4. Mirabilis (inquit) necessitas, quæ soluitur
Non est ob. parricidio. Et pro hoc alia multa adducit ex
Ionæ 3. Augustin. etiam ex Isidoro.

Secundum probat, quia Deus multoties talia comminatoria mutabat soluebátque iuramenta. Hoc in Niniuitis patet. Similiter Israëlitico populo sæpè vltio promissa suspéditur. *Hiere.18.b.* Hinc etiam per Hieremiam Dominus ipse dicit: Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo quod locutus sum aduersus eā agā & ego pœnitentiā, &c. Si ergo nostra cōuersio sic diuinam mutat sentētiam, cur miserorum tantæ lachrymæ, vel pressuræ, tam crudā non tēperent ex miseratione vindictā?

Quartum quod tractat, est: Vbi periculi necessitas compulerit, id debemus resoluere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem ex his leuius, quídve sit grauius, pietatis acumine inuestigemus. Etenim dum periurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nosipsos crudeliori gladio trucidamus.

Canon 3. de his qui sacros ordines muneribus assequuntur, est canon plus milies repetitus,

titus,ideo hoc loco omissus.

Can.6. De castitate episcoporum.

Omnes episcopi inter cætera virtutum ornamenta nitore carnis debent propensius enitere,vt ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores aliorum immunditia non deturpat,adeò vt si deinceps episcopi detecti fuerint,execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate versari noluerint se irreuocabili sententia patrum vleisci, i. & loci & ordinis dignitate priuari. Diaconi verò & presbyteri, si omnino coerceri nequiuerint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneant omnino subiecti. Hoc idem statuimus de subdiaconis, qui hoc deinceps vulnere fuerint sauciati,ita vt vsque ad extremum vitæ suæ sub pœnitentiæ oneribus in monasteriis religentur.

Can.7. De his qui post assumptum ecclesiasticum gradum ad coniugia redire volunt.

Sicut sanctum Chrisma collatum,& altaris honor propter consecrationem (quæ per episcopos tantum exercenda & conferenda sunt) euelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum quod his compar habetur & sociũ, qualibet fuerit occasione perceptũ, manebit omnimode inconuulsum : sicut enim & sono sancti baptismatis inappræciabile donum semper, & sæpe non solum nolentibus, verum etiam (quod maius est)

nescientibus impartitur, tamen hoc à nullo penitus profanari permittitur, sic nec quod diuina iussione, simúlque Apostolicæ traditionis authoritate sacrum noscitur extitisse, à quoquam aliquando profanari licebit. Vnde quicunque etiam si inuiti, ad ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quàm semel receperunt gratiam donúmque nequaquam audeant. Si verò ad coniugia morésque seculi redire attentauerint, omni ecclesiastica dignitate priuentur, & apostatæ habeantur: & in monasterio donec vixerint, sub pœnitentia retrundantur.

Can.8. Nemo ordinandus nisi nouerit psalterium.

Decreuimus, vt nullius cuiusque dignitatis ecclesiasticæ deinceps percipiant gradū, qui non totum psalterium, vel canticorum vsualium, & hymnorum siue baptizādi perfectè nouerint supplementum, qui verò iam honore dignitatum funguntur, & hoc ignorant, aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Solus ergo accedat ad sacra Dei mysteria tractanda, quē morum innocentia, & literarum splendor reddunt illustrem.

Can.9. De his qui ieiunium quadragesimæ soluunt.

Quisquis sine ineuitabili necessitate atque fra-

fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carniũ præsumpserit attentare, nõ solùm reus erit resurrectionis Dominicæ, verũ etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione,& hoc illi cumuletur ad pœnam,vt ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam.Illi verò quos aut ætas incuruat,aut languor extenuat,aut necessitas arctat, non antè prohibita violare præsumant, quàm à sacerdote permissum percipiant.

In Canone 10. commendatur obseruantia decretorum.

In Canone vltimo tantum definitum est, vt circa Iudæos seruentur decreta in concilio Toletano 4.c.56.57.58.59.60, & in multis aliis ca.illius concilij.

Subscripserunt quinquaginta & quinque episcopi. Subscripserunt & Abbates, deinde Vicarij episcoporum absentium. Vltimo viri illustres officij palatini.

Explicit concil.Toletanum 8.

CONCILIVM TOLETANVM nonum,habitum anno septimo Receſiunthi Regis,calen. Nouemb.ab episcopis 16.

Quia nequaquã recte subditos iudicat, qui nõ & seipsum prius iustitiæ censura castigat, aptũ nobis expedibile visum est ante nostris

excessibus imponere modũ,& sic errata corrigere subditorum. Tunc nanq; melius iudiciorum exordia dicuntur, cum vita iudicum antè disponitur, eò quòd potius iudicij forma cõpletur, cum negotiorum principiis æquitas iudicantium antefertur. Ideo exordiũ æquitatis inchoari à iudicibus debet, vt perfecta iuris causatio limitem apertius formet.

Can. 1. Qualiter hæredes fundatoris ecclesiæ solicitudinem eius gerant.

Nullus sacerdotum, vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscunq; locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo connectat. Et vt huius rei potior soliditas habeatur, condignis filiis, vel nepotibus, honestioribúsque propinquis eius qui construxit vel ditauit ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, vt si sacerdotẽ seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint re fraudare, aut commonitionis honestæ, conuentione compescant, aut talia episcopo vel iudici corrigenda denuncient. Qui verò hæc monita temerare voluerit, excommunicetur.

Can. 2. Fundatores ecclesiarum, ministros eligant ibi seruituros.

Quãdiu fundatores ecclesiarũ in hac vita superstites extiterint, p eisdẽ locis curã pmittant herede solicitã, atq; rectores idoneos in eisdẽ basilicis iidem ipsi offerant seruituros.

Can. 3.

Can.3.

Si sacerdos vel ministèr de rebus ecclesiæ quidpiam aliqui sub præstationis obtẽtu cõcedat, instrumento causam præstiti euidenter exponat. Aliter verò pro huius negotij causa deinceps scriptura non valeat.

Ca.4. *De rebus conquisitis à clericis, qualis diuisio fiat.*

De rebus conquisitis per eos quibus ecclesiasticarũ rerũ cura cõmissa est, inter ecclesiã & sacerdotis hæredes æqualis diuisio fiat. 12.q.4. *Sacerdotes vel.*

Quicunq; verò de prædictis sacerdotibus vel ministris pro sui vtilitate atque amicitia, vel præstatione, aut quocunq; modo, aut per scripturæ serié aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus ecclesiasticis non poterit numerari, sed quod exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. 12.q.4. *Quicunque de sacerdo.*

Can.5. *Quid monasterio vel ecclesiæ, episcopus conferre possit.*

Si episcopus monasterium facit, vel ecclesiam parochialem quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ cui præsidet, ibidem conferre licebit. At verò monasterio quinquagesimam tantum partem dare debebit. 12.q.2. *Ecclesiæ rei dare.*

Can.7. *Episcopus tertiam partem sibi debitam, cui voluerit conferat.* 12.q.2. *Episcopus si tertiam partem.*

Cũ præteritis sanctionib' notissimũ habea-

tur quæ de rebus Parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune tamen duximus decernendum, vt si episcopus tertiã partem, quam de rebus earundem sanctione sibi debitam nouit aut ipsi ecclesiæ, cuius res esse patebit aut alteri ecclesiæ, quam elegit, conferre decreuerit & licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

Nota quòd hic nulla mentio fit consanguineorũ, sed tantum ecclesiarum suarum.

Ca.7. Ne extra ordinem præscriptum hæredes morientis sacerdotis res eius adire præsumant.

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus eius absque metropolitani cognitione vsurpare præsumant. Quòd si is qui decesserit, Metropolitanus fuerit, successoris eius sententiam aut consilium sustinebũt, ne passim hæreditatis adeundæ data licentia de rebus ecclesiæ aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quòd si presbyteri aut diaconi fuerint, quos obiisse constiterit, non sine agnitione sui episcopi rem eius hæredibus adire licebit.

Simile quiddam concil. Valẽt. c.2.

Can.8. A quo tempore incipiat præscriptio in rebus ecclesiæ.

Si episcopus vel sacerdos vel minister illicite alienauit res ecclesiæ, viuente ipso nulla præscriptio currit contra ecclesiam in rebus illis, sed eo mortuo incipit currere.

16.q.3. Si sacerdos.

Ca.9. Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia cuius tumulauerit sacerdotem.

Com-

Communi decreto sancimus, vt cum pontificem mori cõtigerit, episcopus qui ad humandum corpus aduenerit, descriptis thesauris, atque ornamẽtis omnibus, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit (exceptis ornamentis ecclesiæ) cum gratia offerentium auferre pertentet. Si verò minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi scienter vsurpet. *In cõc. Valen. can. 2.*

Ca. 10. De filiis clericorum.

Cũ multæ super incõtinentia ordinis clericorum hactenus emanauerint sẽtẽtiæ patrum, & nullatenus ipsorum reformari quiuerit correctio morum: Ideo quilibet ab episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ vel ex ingenuæ detestãdo cõnubio in honore cõstituti filios procrearint, illi quidem ex quibus geniti probantur, canonica censura damnentur. Proles autem ex tali pollutione nata, non solum hereditatem parentum nunquam accipiet, sed etiã in seruitutem eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt. *15. q. 8. Cũ multæ.* *Nota pro filiis clericorum.*

Can. 11. Serui ecclesiarum non ordinandi.

Serui ecclesiarum ordinari non debent, nisi prius libertatem ab episcopis consequantur. Et si honestè in clericatu vixerint, poterunt ad officia maiora promoueri.

Can. 12.

Si seruis ecclesiæ à sacerdote libertas conferatur, tempus annorum à die mortis eius tantum computari debet.

Can.13. Vt liberti ecclesiæ abstineant à coniugio Romanorum & Gotthorum.

Cunctis ecclesiarũ libertis tam viris quam fœminis, eorúmque propagini interdicitur iudicio generali, ne deinceps causa connubij aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quòd si hoc factum qñq; paruerit, permistione tali genita proles nunquam merebitur ius debitæ dignitatis, nec ecclesiæ vnquam carebit obsequiis.

Can.14.

Quòd si tales liberti ad ecclesiam reuerti noluerint, quæcunque vel parentes eorum, vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, insistente põtifice, ad inditionem propriæ reducantur ecclesiæ. *Can.15.*

In canone 15. tantum agitur de obsequio & disciplina libertorum ecclesiæ.

Libertis ecclesiæ, eorúmque propagini ex omnibus quæ de iure ecclesiæ noscuntur hęrede, nihil licebit in extraneum dominium transferre. Suis ergo filiis vel propinquis eiusdem ecclesiæ vel seruitio vel patrocinio subiugatis, quæcunque donare vel vendere voluerint poterunt.

Can.17. Baptizati Iudæi cum episcopis celebrent dies festos.

Bap-

Baptizati Iudæi quocunque loco certo tẽpore conuerſentur feſtis tamẽ præcipuis noui teſtamenti ſerie conſecratis ac diebus illis quos olim ſanctione veteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolennes, in ciuitatibus publiciſque conuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare præcipimus, vt eorum cõuerſationem & fidem & pontifex approbet, & veritas ſeruet. Huius verò temerator edicti, prout epiſcopus permiſerit, aut flagris, aut abſtinentiæ ſubiacebit iugo.

Explicit concil. Tolet.

CONCILIVM TOLETAN. 10.

an. 8. Receſſiunt hi regis tẽpore Martini pap.

Can. 1. *De celebritate annunciationis Dominicæ.*

Quoniã die qua inuenitur angelus virgini verbi conceptũ & nũciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadẽ die feſtiuitas nõ poteſt celebrari condignè, quòd interdum quadrageſima vel paſchale feſtum videatur incũbere, in quibus nihil de ſanctorum ſolennitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, cõuenit celebrari: cum ſecũdum ipſam incarnationẽ verbi nõ conueniat tunc celebritatibus prędicari, quando conſtat ipſum verbũ poſt mortem carnis gloria reſurrectionis attolli: ideo ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauũ diem quo natus eſt Dominus, genitricis quoque eius dies habeat celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore conſtet, vt

Hæc feſtiuitas in ſola Hiſpania celebratur.

ſicut natiuitatem filij ſequẽtium dierum inſequitur dignitas, ita feſtiuitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolennitas. Nam quod feſtum matris eſt niſi incarnatio verbi? Cuius feſtum ita debet eſſe ſolenne, ſicut eſt & eiuſdem natiuitatis verbi. In multis itaque eccleſiis à nobis, & ſpatio remotis, & terris, hic mos agnoſcitur retineri. Solennitas itaque Dominicæ matris die 15. Calen. Ianuarium omnimodo celebretur.

Can. 2.

Qui contra ſalutem principum gentis aut patriç aliquid machinatur, ab epiſcopo vſque ad extremũ ordinis clericorũ aut monachorũ mox omni dignitate & honore priuetur.

Can. 3. Contra epiſcopos qui monaſterijs vel eccleſijs conſanguineos, vel ſibi fauentes præficiunt.

Agnouimus enim quoſdam Põtifices prę-
1. Pet. 5. cepti principis Apoſtolorum, qui ait: Paſcite, qui in vobis eſt gregem, non coacte, ſed ſpõtanee, neque vi dominantes in clero, &c. ita immemores, vt quibuſdã monaſteriis parochialibúſque eccleſiis, aut ſuæ cõſanguinitatis pſonas, aut ſui fauoris particeps, iniquum
d. 89 decẽter omnibus placet. ſæpe ſtatuãt in pl̃atũ, ita illis quidẽtes commoda inhoneſta vt aut eiſdẽ deferaur q̃ proprio epiſcopo dari iuſtus ordo depoposcerit, aut q̃ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde placuit nobis & in præſenti tale reſcindere factũ, & nõ eſſe de cætero faciẽdũ.

Nam

Nam quisquis pōtificū deinceps aut sanguine ꝓpinquis, aut fauore personis quibuscūque sibi cōiunctis, talia cōmendare lucra tētauerit ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit deuocetur in irritum: & qui ordinauit annuę excōmunicationi subiaceat. Quę verò ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum.

Can. 4. De professione & habitu viduæ professæ.

Vidua quæ sanctæ religionis obtinere ꝓpositū noluerit sacerdoti vel ministro ad quē aut ipsa venerit, aut quē ad se venire contigerit scriptis professionem faciat à se aut signo aut subscriptione notatam continētē se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolatè seruare. Tūc accepta à sacerdote vel ministro apta religionis huius veste, seu lectulo quiescens, siue in quocūque loco consistens, incunctanter ea vtatur. Nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadē sit notabilis vestis, sed religiosa & non suspecta, quæ careat varietatibus colorū. Pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis, vt dum illic tulerit signum probabilis sanctitatis, vbi nullus falli poterit visio intuentis, nunquam ausus attentet detestandæ præsumptionis. *20. q. Vidua quæ sanctæ religionis.*

Ca. 5. De fœminis quæ propositum religionis abiicerunt.

Sanctimoniales fœminæ quæ præpositum

27. q. 1. Omnes fœminæ venientes.

abiecerunt religionis, commoneantur sacerdotis authoritate, vt redeant sponte. Quæ si redire noluerint impulsu sacerdotis, ad religionis cultum reducantur, & in monasteriis redactæ, excommunicationis sententia feriãtur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quãquam à sacerdote sanctimoniæ vestem non accepissent ipsæ tamen aut indutæ sunt, aut in illo diu habitu consenserunt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, si coram ecclesia, vel sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ certis indiciis aut testimoniis approbantur.

Can. 6. Quoto anno liceat parentibus filios tradere religioni.

20. q. 2. Si in qualibet minori. Et in decre Iuo. li. 3.

Si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram, vel religionis debitam vestem in vtroq; sexu filiis aut vnus aut ambo à parẽtes dederint, certè aut nolentibus, vel nesciẽtibus sese susceptam non mox visam in filiis abdicauerint, sed vel coram se vel coram ecclesia palámque in conuentu eosdem filios talia hærede permiserint, ad secularem reuerti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed conuicti quòd tonsuram aut religiosam vestem aliquãdo habuerint, mox ad religionis cultũ habitúmque reuocentur & sub strenua districtione huiuscemodi obseruantiæ inseruire cogantur. Parentibus sanè si-

nè filios suos religioni contradere nom amplius quam vsque ad quartum decimum ętatis eorum annum licentiam poterit esse. *In decre. Iuo. habetur vsque ad decimum.*

Item decretum pro Potamio episcopo.

Ecce enim tractantibus nobis in pace de ecclesiasticis regulis, delatum est conuentui nostro epistolium confusæ confessionis,& abolendæ subscriptionis, quo Potamius Bracarensis ecclesiæ episcopus de factis propriis, suísque verbis annotaret articulis. Quo relato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarum panderent elementa, fletibus potius quam sermonibus lachrymosa cõcio recensuit. Tunc solitarie tm̃ secretísque adunatis pontificibus Dei, prędictũ adesse corã nobis fecimus eꝑm. Quem singutibus aggredientes, amplius quam loquelis reseratam illi suæ deformitatis,& nostræ cõfusionis scriptură protulimus. Quã accipiens, ac recurrẽs sciscitantibus nobis vtrum sui operis & suæ annotationis intimatio esset: ille suũ actum, suíq; oris eloquiũ suorũ quoque digitorum esse robur asseruit, quod ille relegendo peruidit. Rursum diuini nominis contestatione hũc adiurãtes obtestati sum⁹, vt an de se spõte mendaciũ diceret, aut alicui⁹ violẽtia premeret̃,& perterritus talia narraret. Qui mox flebili voce luminibúsq; ploratu madẽtibus & fragore singultuum cum vnius Dei nomi- *Nota.*
nis iuramẽto clamauit, se & verè eadẽ mala

de se confiteri, & ad hæc confitenda nulla se violentia prægrauari. Vnde etiam per nouem menses spõte deseruisse regimẽ ecclesiæ suę, & ergastulo quodam, pro admisso flagitio acturus pœnitentiam se cõclusisse edixit. Tũc per fidelem confessorem eius, agnito, quòd tactu fœmineo sorduisset, & declarato, licet hunc paterna antiquitas saeris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen miserationis iura seruantes, non abstulimus nomen honoris, sed valida authoritate decreuimus, perpetua pœnitentia hunc inseruire officiis & ærumnis: prouidentes melius illum per asperam & damnosam ire pœnitentiæ solitudinem, vt quandoque perueniret ad refrigerij mansionem, quàm relictum in volũtatis suæ latitudine, ad præcipitium deiici æterna dãnatione. Tunc venerabilem fructuosum ecclesiæ Dimiensis episcopum communi omnium nostrum electione constituimus ecclesiæ Bracarensis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus episcopus, hoc iudicij nostri decretum subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt numero decem & septem.

Explicit concil. Tolet. 10.

An. do. 650. Eug. Papa 75. Eugenius primus, septuagesimus quintus papa sub Petro, natione Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Ruffiniano, sedit annos duos, menses nouẽ, dies vigintiquatuor. Beni-

nignus, mitis, mansuetus, omnibus affabilis, & sanctitate præclarior. Imperat. Constante. Eodem tempore Petrus in locum Pauli hæretici Constantinopoli. sufficitur, quo Eugenius Romæ in locum Martini Papæ.

CABILONENSE CONCIL. in Galliis celebratum tempore Eugenij Papæ. Est prouinciale.

Can. 1.

Omnes inspirante domino vno animo definimus, vt fidei norma sicut in Nicæno concilio pia est professione firmata, vel à sanctis patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel postmodum à sancto etiam Chalcedonen. concilio firmata, ita in omnibus & ab omnibus conseruetur.

Can. 2.

Canonum statuta ab omnibus intemerata seruentur.

Ca. 3.

Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicunque ex sacerdotali catologo, cum qualicunque extranea muliere familiaritatē habuerit, quæ dedecoris vel adulterij possit afferre suspicionem, ab ordine degradetur.

Can. 4.

Vt duo in vna ciuitate penitus vno tēpore nec ordinentur, nec habeantur episcopi.

Can. 5.

Seculares verò qui necdum sunt ad clericatum conuersi, res parochiarū, vel ipsas pa-

rochias ad regendum non habeant cõmissas.

Can.6.

Nullus ante audientiam res quorumlibet inuadere, aut auferre præsumat. Quod qui fecerit, vt necator pauperum habeatur.

Can.7. Vt bona ecclesiarum integra maneant.

Defuncto presbytero, vel abbate, nihil ab episcopo auferatur, vel à quocũque de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monasterij aliquid debeat minuere. Quod qui fecerit, iuxta decreta canonum coerceatur.

Can.8. Confitentibus propria peccata à sacerdote imponatur pœnitentia.

De pœnitentia verò peccatorum, quæ est medela animæ, vtilem omnibus hominibus esse censemus, & vt pœnitentibus à sacerdotibus facta confessione indicatur pœnitẽtia.

Can.9.

Nullus mancipium extra fines vel terminos qui ad regnum Clodouei regis pertinẽt, penitus debeat venundare, ne per talem cõmercium, aut captiuitatis vinculo, vel Iudaicæ seruituti mancipia Christiana teneantur implicita.

Ca.10. Ad quos pertineat electio episcoporum.

Si quis episcopus de quacũque ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprouincialibus, clero & ciuibus suis, alterius habeatur electio. Sinautem, huius ordinatio irrita habeatur.

Ca.11.

Sta-

Statuimus, vt si iudices publici, præsumptione, vel potestate qua pellent, clericos vel abbates coram se comparere fecerint, à communione omnium sacerdotum eos conuenit sequestrari. Ca. 12.

Duo abbates in vno monasterio esse non debent: veruntamen si quilibet Abbas sibi elegerit successorem, ipse qui sic eligitur, de facultatibus ipsius monasterij ad regendum nullum habeat potestatem. Ca. 13.

Nullus alterus clericũ retinere præsumat, nec ad sacrum ordinem sine voluntate episcopi penitus promouere.

Can. 14.

Statuimus vt episcopis cura & potestas sit tam de ordinatione clericorũ, quam de facultatibus collatis oratoriis quæ per villas fiunt qualiter ad ipsa oratoria & officium diuinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quòd si aliqui, etiam fundatores illorum contradixerint, communione priuentur.

Can. 15.

Abbates, vel monachi, aut agentes monasteriorum patrocinio seculari penitus non vtantur, nec ad principis præsentiam sine episcopi sine permissu ambulare audeant, aliàs excommunitur. Ca. 16.

Nullus episcopus, nec presbyter, vel abbas, seu diaconus per præmiũ ad sacrũ ordinem accedat. Si accesserit, ipso honore priuetur.

Can.17.

Nullus secularium nec in ecclesia nec infra atrium ipsius ecclesię qualecunque scandalũ, aut simultates excitare præsumat, nec arma trahere, aut quencunque ad vulnerandũ vel interficiendum appetere. Quod si fecerit, cõmunione priuetur.

Can.18.

Hic agitur de obseruatione Dominici diei tantum, secundum statuta concilij Aurelianen.3.can.27.

Can.19. *Ne turpia cantica in ecclesiis cantentur.*

Valde enim omnibus noscitur indecorũ, ꝙ per dedicationes basilicarũ, aut festiuitates martyrum, ad ipsa solennia confluentes chorus fœmineus turpia quidem & obscœna cãtica decantare vidẽtur, dũ aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Vnde conuenit vt sacerdotes loci talia à septis basilicarum vel porticibus ipsarum, ac etiã ab ipsis atriis, vetare debeant. Et si voluntariæ noluerint emendare, aut excommunicare debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere.

Explicit concilium Cabinolense.

a.d.635. Vit.76. pon.alias Vitelliamus.

Vitalianus papa 76. natione Signensis prouinciæ Campaniæ, de patre Anastasio, sedit annos 14. menses 6. Imperat. Constante, circa annum Domini 656. Hic regulam ecclesiasticam ac rigorem (vt mos erat) omnimode consecrauit.

CON-

CONCILIVM TOLETANVM

vndecimum anno 4. Bambę regis, ſeptimo Idus Nouemb. circa tẽpora Vitaliani papæ.

*Primum. omnium publicè pronunciatur fides catholica, & declarantur vniuerſa dogmata fidei, maximè quæ ad incarnationis & Trinitatis myſteria pertinent, & hoc longa & elegantiſſima diſputatione. Ex quibus omnibus nonnullos articulos hoc in loco cenſuimus annotandos.

Primum, De proceßione Spiritus ſancti.

Spiritum quoque ſanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona, vnum atque æqualem cũ Deo patre & filio credimus eſſe Deum, vnius ſubſtantiæ, vnius quoque eſſe naturæ, non tamen genitum vel creatum, ſed ab vtriſque procedentem, amborum eſſe ſpiritum. Hic etiam ſpiritus ſanctus nec ingenitus, nec genitus creditur, ne aut ſi ingenitum dixerimus, duos patres dicamus, aut ſi genitum, duos filios prædicare monſtremur, qui tamẽ nec patris tantum nec filij tantum, ſed ſimul patris & filij ſpiritus dicitur. Nec enim de patre procedit in filium, vel de filio ꝓcedit ad ſanctificãdã creaturã, ſed ſimul ab vtriſque ꝓceſſiſſe monſtratur, quia charitas ſiue ſanctitas amborum eſſe agnoſcitur. Hic ergo ſpiritus ſanctus miſſus ab vtriſque creditur, ſed minor patre & filio nõ habeẽ, ſicut filius ꝓpter aſſumptã carnẽ minorẽ ſe patre & ſpi-

ritu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas & dici & credi debet. Nec rectè dici potest, vt in vno Deo sit Trinitas, sed vnus Deus Trinitas. In relatiuis verò personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad vtrosque refertur Quæ cum relatiuæ tres personæ dicantur, vna tamen naturalis substantia creditur.

Secundus. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ vnus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum, numerus cernitur, in diuinitatis verò substantia quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuat, quod adnuicem sunt: & in hoc numero carent quod in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trinitati vnum naturale conuenit nomen, vt tribus personis nō possit esse plurale. *Psal.146.* Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum: Magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius nō est numerus.

Tertius. Tres igitur personæ istæ dicūtur iuxta quod maiores definiunt, vt agnoscant. Nā & hi attēdamus illud quod scriptura sancta dicit de sapientia. Splendor est lucis æternæ: sicut splendorē luci videmus inseparabiliter inhærere, sic cōfitemur filiū à patre separari nō posse. Tres ergo illas vni° atq; inseparabilis naturæ personas sicut nō cōfundimus,

ita

ita ſeparabiles nullatenus p̃dicamus, quãdoquidem hoc nobis dignata eſt ipſa Trinitas euidenter oſtendere, vt etiam in omnibus quibus voluit ſigillatim perſonas agnoſci, vnam ſine altera non permittat intelligi. Nec enim pater abſque filio cognoſcitur, nec ſine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipſa vocabuli perſonalis perſonas ſeparari vetat.

Quartus, De his tribus perſonis ſolam filij perſonam pro liberatione humani generis, hominẽ verum ſine peccato de ſancta & immaculata Maria virgine credimus aſſumpſiſſe, de qua nouo ordine, nouáque natiuitate eſt genitus. Nouo ordine, quia inuiſibilis diuinitate, viſibilis monſtratur in carne. Noua autem natiuitate eſt genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum neſciuit, & fœcundata per ſpiritum ſanctum, carnis materiam miniſtrauit. Qui partus virginis nec ratione colligitur, nec exẽplo monſtrat. Quòd ſi ratione colligitur, non erit mirabile: ſi exẽplo, non erit ſingulare date. Nec tamẽ ſp̃us ſanctus pater eſſe credendus eſt filij, pro eo q̃ Maria eodẽ ſpiritu ſancto obũbrãte concepit, nẽ duos patres filij videamur aſſerere, q̃d vtiq; nefas eſt dici. In quo mirabili conceptu, ædificante ſibi ſapientia domum verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Quintus, Nec tñ quia duas in filio diximus eſſe naturas, duas cauſabimur in eo eſſe per-

sonas, ne Trinitati (quod absit) accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum nō accepit personam hominis, sed naturam, & in æternum persona diuinitatis temporalem accepit substantiam carnis.

Sextus, Itē idem Christus in his duabus naturis tribus extat substantiis, verbi, quod ad solus Dei essentiam referendum est corporis, & animæ, quod ad verum hominē pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam, diuinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen per hoc quod de Deo patre sine initio prodiit, natus tantum (nam neque factus nec prædestinatus accipitur) per hoc tamē quod de Maria virgine natus est, & factus & prædestinatus esse credendus est.

Septimus, Exēplo ergo capitis nostri cōfitemur vera fide resurrectionem carnis oīm mortuorū, nec in aëre, vel qualibet alia carne (vt quidā delirant) resurrecturos nos credimus, sed in ista qua viuimus consistimus, & mouemur. Peracto huius sanctæ Christi resurrectionis exemplo, idē dñs noster paternā ascendēdo sedē repetiit, de qua nūquā per diuinitatē discessit. Illic ad dexteram patris sedens, expectatur in fine seculorū iudex omnium viuorū & mortuorum. Inde cū sanctis omnib⁹ veniet ad ferēdū iudicium, reddere vnicuiq; mercedis propriæ debitum, prout q̄sq; gessit in corpore, siue bonū, siue malū.

Octa-

Octauus, Hæc est confessionis nostræ fides expositа, per quã oĩm hæreticorũ dogma perimitur, & per quã oĩm fideliũ corda mundantur, per quã & ex Deũ gloriosè acceditur.

In primo canone tantum decernitur ne tumultu concilium agitetur.

Can.2. Quòd necesse sit episcopum prædicare, & ab aliis curis cessare.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat cæteros gratia meritorum, vt in eo ꝙ præsidet singulis, singulariter ornetur eminẽtia sanctitatis, habens semper & in ore gladiũ veritatis, & in opere efficaciam luminis, vt iuxta Paulũ potens sit exhortari in doctrina sana, & contra dicentes reuincere. Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, vt qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis à diuina lectione priuemur. Nam quorumdam mentes pontificum ita corporis otio à lectionis gratia secluduntur, vt quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non inueniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit maioribus, vt quos sub regiminis cura tuentur, fame verbi Dei perire non sinant. *Ad Tit.1.*

In residuo canonis tractatur id quod habetur in concilio Toletano 8. ca. 8.

Can.3. Quòd etiam episcopi eundem habeant modum psallendi.

d.12.de his qui cõtra. Pontifices rectoréſq; eccleſiarũ, vnũ eundemq; in pſallendo tenerint modum, quem in metropolitana ſede cognouerint inſtitutum. Qui contra fecerit ſex menſibus cõmunione priuatus apud Metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus.

Can.4. De diſcordia ſacerdotum componenda.

Relatum eſt nobis quoſdam ſacerdotes in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, vt non ſolum illos ab ira occaſus Solis non *Eph.4.* reuocet, ſed nec annoſa quidem tranſactio temporũ ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus ſol iuſtitiæ Chriſtus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix poſſint. Horum ergo & ſimilium diſcordantiũ fratrũ oblationes nullo modo recipiẽdas cenſuimus. De perſonis tamen diſcordantiũ id præcipimus, vt antequàm eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare domini audeat vel gratiã cõmunionis ſanctæ percipiat. Quòd ſi vnus eorũ alio cõtenuente ad ſatisfactionem charitatis occurrerit, ex eo tempore vt pacificus intra eccleſiam reputetur, ex quo ad concordiam feſtinaſſe conuincitur. Hoc tamen ſeruato, vt tempus quod in ira expendit, geminarum in pœnitentiæ ſatisfactione perſoluat.

In c.5. agitur de corrigendis exceſſib. ſacerdotũ. Nihil tamen habet annotatione dignũ.

Can.6. A clericis cauſa ſanguinis non iudicetur.

His

His à qb. domini sacramenta tractãda sunt, iudicium sanguinis agitare non liceat. Aliàs verò & ordinis honore priuetur, & loco: sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo. *Can.7.* 23.q.8. *His à quibus dominus.*

Ecclesiarum rectoribus discretio esse debet, nec per inconditam & indiscretam disciplinam subeant homicidij notam.

Can.8. Ne merces aliqua pro diuinis sacramentis sumatur.

Quicũq; in ecclesiastico ordine constitutus ꝑ baptizandis cõsignãdisq; fidelibus, aut collatione chrismatis, vel ꝑmotionib. graduũ, pretia q̃libet, vel præmia, nisi voluntariè oblata susceperit, si sciente loci epõ hoc impunè euaserit idem eps duobus mensibus excommunicationi subiaceat. Sin autem, patrator si presbyter est, triũ mẽsium excõicatione plectatur, si diaconus, quatuor subdiaconus vel clericus, excommunicentur. 1.q.1. *huic quid inuisibilis.*

Ca.9. Quid custodiri debeat si per præmium quis episcopus fiat.

Quisquis põtificale culmẽ ante dñi altare ꝓcepturus accesserit, sacramenti exactione astringatur ☩ ꝑ cõferẽda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet præmij collationẽ vel aliquãdo dedisset, vel aliquando in futurũ dare ꝓcuret. Sicq; aut mundus accedat, aut publicato hoc scelere, denudatus eorã ecclesia, ad talẽ honorem nõ accedat.

Quos autem post prælationem per pretium ordinatos fuisse patuerit, vt verè simoniaci ab ecclesia separẽtur,& duorũ annorũ spatio ex illo relegentur,, vt lachrymis & pœnitẽtia honorem conquirere & reparare intendant, quem præmis emerant. Vnde si digna eos satisfactio commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum cõmunioni, sed & loco & totius ordinis officiis à quibus separati fuerant restaurandi sunt.

Can.10. Quæ sint promittenda in ordinatione pontificum.

Omnes pontifices rectoréque ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, vt fidem catholicam syncera cordis deuotione custodientes,iustè & piè viuere debeant, atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi dependant.

Can. 11. Quomodo puniendus qui acceptam à sacerdote eucharistiam non sumpserit.

Quicunque fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiam perceptam reiecerit, in nullo ecclesiasticæ damnationi subiaceat. Similiter nec illos cuiusquam punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, qui quod fecerint, ignorare videntur. Iam verò quicunque,aut de fideliũ aut infidelium numero corpus Dñi absque ineuitabili infirmitate p-

iece-

iecerit, si fidelis est perpetua communione priuet, si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quòd si horum quilibet huiusmodi excess⁹ digna pœnitẽtia satisfactione defleuerit, post quinquennium licebit illum cõmunione pristinę reformari.

Can. 12. Qualiter agendum cum pœnitente in mortis periculo.

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconciliationis gratia differendus est. Sed si præcincto mortis vrgeat̃ periculo, pœnitentia per manus impositionem accepta statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat, q̃ donum reconciliationis accipiat. Vnde iuxta papæ Leonis edictum his qui tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ ex more reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia in misericordia dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui accepta pœnitentia antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint, placuit nobis vt & memoria talium in ecclesiis cõmedetur, & oblatio pro eorum delicto à presbyteris recipiat̃.

26. q. 6. *His qui tempore. Et in episcopo Leonis epistola. 89.*

Can. 12. De sacerdotibus qui vexantur à spiritu.

Bene siquidem maiorũ regulis definitũ est, vt dęmoniis, aliisq; passionibus irretitis mysteria sacra tractare non liceat. Cui præcepto

consensu rationis adhibito, id cõmuniter definiuimus, vt nullus de his qui in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussisse diuinis ingerant sacramentis: exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, in huiusmodi passionib⁹ in terrã approbantur elisi. Qui tñ & ipsi tam diu erũt ab officij sui & ordine & loco suspẽsi, quousq; vnius anni spatio per discretionem episcopi inueniantur ab incursu dæmonum alieni.

Can. 14. Vt qui domino sacrificant, secum semper habeant adiutoria constituta.

7. q. 1. Illud diuini oraculi.

Summopere cauendum est, ne horis illis atque temporibus quibus domino psallitur, vel sacrificatur vnicuiq; diuinis singulariter officiis insistenti pernicioſa passio, vel corporis quælibet valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Ob hoc ergo instituimus, vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat ille quisquis canens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus.

In ca. 15. habetur tantũ, vt omni anno conueniant episcopi ad celebrandũ concilium.

In

In ca.16. agitur solum de gratiarum actione Deo & regi.

Subscripserunt præsentes episcopi & abbates monasteriorum, & Egila diaconus agens vicem episcopi Arcogricensis, & Liberatus diaconus agens vicē episcopi Segouienensis.

Explicit concilium Toletan.II.

CONCILIVM BRACARENSE

tertium, tempore Vitaliani papæ celebratum, & est prouinciale.

Can.II. Vt exclusis omnibus opinionib panis tantū & vinū aqua permistū in sacrificio offerantur.

* Audiuimus quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare, alios quoq; intinctam eucharistiā populis pro complemento communionis porrigere, quosdā etiā expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre. Quod quàm sit euangelicæ atq; apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Ait enim euangelista. Accepit Iesus panem & calicem, &c. Cesset ergo lac in sacrificio offeri, quia euidens exemplum euangelicæ veritatis illud offerri non sinit. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc pro-

De consdi. d. cum omne crimen.

Ma.26.

larum testimonium ex euangelio recipit, vbi apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Nam quòd Dominus intinctam buccellam Iudæ dedit, id fecit vt proditorem ostenderet, non tamen vt sacramenti huius institutionem monstraret. Quòd verò de expresso botro, id est de vuarum granis populus communicatur, valde est omnino confusum. Calix enim Dominicus vino & aqua permistus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi: in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quãdo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur: Nõ enim potest calix domini esse aqua sola, aut vinũ solum, nisi vtrũq; simul misceatur.

Can. 2. Ne vasa domino sacrata, humanis vsibus seruiant.

Si quis scienter diuina vasa vel ministeria aut in vsus suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officij periculum sustinebit. Si secularis fuerit, perpetua excommunicatione damnetur: si religiosus, ab officio deponatur. Sub hac sententia, tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vel alia quælibet indumenta, atque etiam vtensilia scienter in suos vel aliorum vsus transtulerint.

23.d. Ecclesiastic. institit.

Can. 3. Ne sacerdos sine orario sacrificet.

Quando sacerdos Missam celebraturus accedit, non aliter accedat, quam orario vtroq; humero

humero circũ ſeptus, ſicut & qñ fuit cõſecratus, ita vt de vno eodémq; orario ceruicẽ pariter & vtrũque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præparet crucis. Si quis aliter egerit, excommunicationi ſubiaceat.

Can. 4. De vitanda extranearum mulierum familiaritate.

Nullus de elero abſque honeſto & competenti teſtimonio, excepta ſola matre, cum quibuſlibet fœminis ſecrete ſe præſumat adiungere. Et nõ ſolùm cum extraneis, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus vel propinquis, ne licentia ſororũ, vel propinquarũ mulierum, quiſque ſolus familiarior habeatur ad perpetrandũ ſcelus. Huius præceptionis tranſgreſſor ſex menſibus pœnitentiæ ſubiaceat.

Can. 5. A quibus & quomodo geſtandæ martyrum reliquiæ. 1. Para. 15.

In feſtis quibuſque diebus arcã Domini cũ 4. reliquiis, non epiſcopi, ſed Leuitæ in humeris geſtent, quibus & in veteri lege onus idẽ impoſitum nouimus eſſe præceptum. Quòd ſi epiſcopus per ſe reliquias deportare elegerit, non ipſe à diaconibus in cella vehatur, ſed potius pedeſtri eo vnà cum populis progreſſione procedente ad eccleſias per eundem ſanctæ Dei reliquiæ portabuntur.

Ca. 6. Quomodo plectendi eccleſiaſtici ab epiſcopo. D. 15. Cum

Qui gradus iam eccleſiaſticos meruerunt, *beatus.*
id eſt preſbyteri, abbates & Leuitæ, exceptis *Paulus.*

grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere. Non est dignum vt passim vnusquisque prælatus in honorabiliora membra sua prout voluerit verberib. subiiciat, & dolori, ne dum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat.

12. q. 4. Quicunque sub hoc. Canon septimus est secundus canon in Chalcedonen. concilio.

In canone octauo habetur vt rectores ecclesiarū curēt magis ecclesiastica iura q̄ sua.

Explicit concilium Bracaren. tertium.

an. d. 671. Ad eo datus ponti. 77. Adeo datus septuagesimus septimus papa sub Petro, anno Christi 671. Sedit annos quatuor menses 2. dies 5. patria Romanus, ex monacho Pontifex creatur, vir religione & omni comitate præditus, Constantino Pogonat: Imperato. 61.

an. d. 672. Donus pontifex. 78. Donus 78. papa natione Roman⁹ ex patre Mauricio, sedit annū vnū, menses quinq;, dies sex. Sub hoc conuocata est synodus Constātinopolitana sexta, sub Agathone cœpta, sub Leone secūdo absoluta est. Don⁹ tātū doctrina & sc̄ītate vitæ adeò floruit, vt Rauennatū ecclesiam iampridem à Romana segregatā, sedi Apostolicæ obtemperantem reddiderit.

an. d. 675. Agatho pont. 79. Agatho septuagesimusnonus papa, natione Sicul⁹ ex monacho Pōtifex creat⁹, sedit annos duos, menses sex, dies quatuor. Vir fuit adeò benignus & māsuetus, vt vniuersis hilaris

& io-

& iocundus comprobaretur,& tãtæ sanctitatis, vt leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Huius pontificis morte vacat sedes annum vnum, menses quinque.

Leo iunior,papa octuagesimus sub Petro, natione Siculus ex patre Paulo, sedit menses decem dies 17. Vir in humanis & diuinis scripturis sufficienter instructus,Græca & Latina linguaeruditus,paupertatis amator erga inopum prouisionem,non solum mentis pietate,sed & studij sui labore sollicitus. Hic excepit & probauit acta sextæ synodi in noua Roma celebratæ, residente magno principe Constantino, simúlque cum eo legatis sedis Apostolicæ:& duobus patriarchis Constantinopolitano & Antiocheno,ac 150. episcopis. In qua condẽnati sunt Cyrus,Sergius,Pyrrhꝰ, Paulus,& Petrus, & Macarius cum discipulo suo Stephano, qui vnã voluntatẽ & vnã operationẽ in Christo prædicauerãt, sed & supra scriptos defensores hæreticos,Macarium,Stephanum Polychronium & Anastasium dum nollent à suo recedere proposito per diuersa monasteria retrusit. Mense decimo sui pontificatus prædictus Leo moritur, & sepelitur collachrymantibus omnib. tanquam publico parente orbatis vac.sed.mens.11.dies 21. *an. d.676 Leo 2. pont. 80. sub Petro.*

SEXTA SYNODVS CONstantinopolitana sub tribus supradictis põtificibus aduersus Sergium,Paulũ Pyrrhũ,

Petrum, Cyrum & Theodorum, omnes archiepiscopos Constantinopolitanos. Qui impie docuerunt vnam voluntatem & vnam operationem in dispensatione incarnationis domini nostri Iesu Christi, præsidente Constantino Imperatore, & legatis missis ab Agathone papa, Theodoro, & Georgio presbyteris,& Ioanne diacono, qui præsentabant in concilio locum archiepiscopi antiquæ Romæ Agathonis.

Actio prima sub Agathone papa.

Confess. synodi in actione 1.

In nomine Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, præsidente piissimo & Deo dilecto Magno Imperatore Constantino in secretario sacri palatij q̃ cognominatur Trullus, &c. Conueniente quoq; sancta & vniuersali synodo,quę secundum imperialem sanctionem congregata est in hac regia vrbe,Theodoro & Georgio presbyteris, & Ioanne diacono vicem agentibus archiepiscopi antiquę Romæ, & Georgio archiepiscopo magnæ Constantinopoleos nouæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero,& monacho,& locũ seruante sedis magnæ ciuitatis Alexãdriæ, & Macario archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrisario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorũ, Ioanne episcopo Portuensi, Abondantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanæ

gitanæ, locum præsentantibus cẽtum 25. venerabilium episcoporum sancti concilij antiquæ Romæ, residentibus gloriosis patriciis & consulibus ex latere piissimi nostri Imperatoris Constantini, & ex læua quidem eius parte residentibus vicariis Agathonis archiepiscopi antiquæ Romæ, & qui ex persona synodi erant Deo amabiles episcopi: A dextra verò eius parte residentibus Georgio archiepiscopo nouæ Romæ, &c. Propositis in medio sacrosanctis euangeliis Christi Dei nostri, Theodorus & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus vicarij apostolicæ sedis antiquæ Romæ, necnon & qui ex persona synodi erant, dixerunt.

Benignissime domine secũdum sacrã à vestra fortitudine ad sanctissimum papã rogationẽ demandati sumus ad piissima vestigia vestræ serenitatis vnà cum eius suggestione, quã & obtulimus coronatæ vestræ serenitati. Quoniã igitur ante hos 46. plus minus annos quasdam nouitates vocũ contrarias orthodoxæ fidei introduxerũt, qui in illo tempore fuerunt præsules huius regiæ vestræ ciuitatis, Id est Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus necnon & Cyrus quondam Alexandrinæ ciuitatis Antistes, & Theodorus episcop' ciuitatis Pharan, & alij quidam qui eos secuti sunt non modicè, quæ per totum orbem terrarum est ecclesiam turbauerunt, vnam vo-

luntatem in incarnationis dispensationis domini nostri Iesu Christi, vnamque operationem dogmatizantes & docentes, quæ sumus à Deo coronatam vestram fortitudinem, vt dicant qui ex parte sunt sanctissimæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, vnde huiusmodi vocum adinuenta est nouitas.

Constantinus pissimus Imperator dixit: Audientes Georgius archiepiscopus nostræ huius ciuitatis, & Macarius archiepiscopus Antiochenæ ciuitatis, & ei adiacens synodus quæ à parte Apostolicæ magnæ Romæ sedis dicta sunt, quæ eis videntur, prosequantur.

Macarius archiepiscopus Antiochiæ, vnà cum Stephano presbytero, & monacho eius discipulo, & alij episcopi Orientis dixerunt: Has quidem vocum nouitates non edidimus, sed quicquid percepimus tam à sanctis vniuersalibus synodis & sanctis probabilibus patrib⁹, quāq; à præsulibus huius regiæ vrbis id est Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, necnon & Honorio, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyro q fuit Papa Alexandriæ, hoc est de voluntate & operatione, sic & credimus & prædicamus, & docemus, & parati sumus hoc ostendere. Et petentibus illis iussit imperator proferri & in mediū legi gestatoriæ synodi generalis Ephesinæ, & epistola Cyrilli: & inter alia verba eius epistolæ habentur & ista: Christus Iesus est per quem reges regnant &c. sequitur: Est enim eius omnipotēs volū-

Prou 8.b.

tas,&c. Quibus verbis perpetam intellectis, contẽdebat Macarius archiepiscopus Antiochiæ probare vnam voluntatem in Christo. Et tandem consideratis & examinatis verbis illis Cyrilli,redargutus & confusus est Macarius à vicariis Apostolicæ sedis & ab aliis episcopis.Orientalibus & prẽcepto Imperatoris absoluta est prima actio.

Actio secunda.

Præsidente eodẽ piissimo & Magno Imperatore Cõstantino,&c. & cõueniẽte sancta & vniuersali synodo &c.sicuti in actiõe prima.

Prolata & lecta sunt acta quartæ synodi Chalcedonensis , & cum legerentur epistola Leonis Papæ, & ventum est ad illud : Agit enim vtraque forma cũ alterius communione, quòd proprium habuit,verbo quidem operante quòd verbi est,carne autem exequẽte quod carnis est : & horum vnum coruscat miraculis , aliud verò succumbit iniuriis:exurgentes qui ex parte Apostolicæ sedis erant antiquæ Ro.clamauerũt: Ecce benignissimè. Domine manifestè duas naturales operationes inconfusè & indiuisè in domino nostro Iesu Christo: Et respondente Macario & qui cum eo erant,finita est actio secunda.

Actio tertia.

Præsidente eodẽ piissimo & Magno Imperatore Cõstãtino,&c. sicut in actione prima.

Præceptũ est, vt legerentur acta in quinta

synodo generali, & cum lector incepit legere initium libri qui ita continebat: Sermo sanctæ memoriæ Mænæ Archiepiscopi Cõstãtinopoleos, ad Vigilium beatissimum Papam Romanum, de eo quòd vna sit Christi voluntas. Exurgentes legati Apostolicæ sedis Romæ, exclamauerunt: Pissime domine, falsatus est præsens liber quintæ synodi. Nequaquam relegatur sermo, qui dicitur Mænæ ad Vigiliũ, quia fictus est: sed iube diligenter aduertere præsentem librum. Et inspicientes Imperator vnà cum iudicibus, & quibusdam de sancta synodo episcopis, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes subnotationem numeri: falsatus enim erat liber ab hæreticis in nonnullis locis. Lecta sunt reliqua gesta quintæ synodi, & absoluta lectione sancta synodus & iudices dixerunt: Ex lectione summorum conciliorum, sicut audistis, non inuenimus in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi vnam voluntatem, & vnam operationem.

Actio quarta.

Præsidente pissimo Imperatore, &c. sicut in actione prima: Prolata & lecta est epistola Agathonis Papę ad Cęsarem, & synodum cuius quidem epistolæ nonnulla duximus hic subiicienda, quæ sic habet.

Vt autem vestræ pietati, quid Apostol cæ

nostræ

noſtræ fidei vigor contineat, breuiter intimemus, quã præcepimus per Apoſtolicam Apoſtolicorumque Pontificum traditionem, & ſanctarum quinque generalium ſynodorum, per quas fundamenta catholicæ Chriſti eccleſiæ firmata ſunt. Hic igitur ſtatus eſt euangelicæ atque Apoſtolicæ fidei regula, iſque traditio, vt confitentes ſanctam & inſeparabilem Trinitatem, id eſt patrem & filiũ & ſpiritum ſanctum vnius eſſe deitatis, vnius naturæ & ſubſiſtentiæ, ſiue eſſentiæ vnius eã prædicemus & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, damnationis & maieſtatis, p̃tãtis, & gloriæ. Et quicquid de eadem ſancta Trinitate eſſentialiter dicitur ſingulari numero, tanquam de vna natura trium conſubſtãtialium perſonarum comprehendamus, regulari ratione hoc inſtitui. Cũ verò de vno earundem triũ perſonarũ ipſius ſanctæ Trinitatis filio Dei Deo verbo, & de myſterio admirãdæ eius ſecundũ carnẽ diſpẽſationis confitemur, oĩa duplicia vni⁹ eiuſdémq; domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſt (ſecũdũ euangelicam traditionem) aſſerimus, id eſt, duas eius naturas prædicamus, diuinã ſcilicet & humanã, ex quibus & in quibus etiã poſt admirabilẽ atque inſeparabilẽ vnionẽ ſubſiſtit. Et vnã quanq; eius naturã proprietatẽ naturalẽ habere cõfitemur, & habere diuina oĩa quæ diuina ſunt, & humana oĩa quæ humana ſunt

absque vllo peccato. Et vtrasque vnius eiusdem Dei verbi incarnati, id est, humanati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus, sola intelligētia quę vnita sunt discernentes propter confusionis duntaxat errorem. Æqualiter enim & diuisionis & cōmistionis detestamur blasphemiam. Cū duas autem naturas duásque naturales volutates, & duas naturales operationes confitemur in vno Domino nostro Iesu Christo, non contrarias eas, nec aduersas ad alterutrum dicimus, sic vt à via veritatis errātes Apostolicā traditionem accusant, absit hæc impietas à fidelium cordibus, nec tanquam separatas in duabus personis vel subsistentiis, sed duas dicimus vnum eundémq; Dominum nostrum Iesum Christum sicut naturas, ita & naturales in se voluntates & operationes habere, diuinam scilicet, & humanam, diuinam quidē voluntatem & operationē hæredē ex æterno cum coessentiali patre communē, humanam tēporaliter ex nobis cū nostra natura susceptam. Hæc est Apostolica atque euangelica traditio, quā tenet spiritalis vestri felicissimi Imperij mater Apostolica Christi ecclesia. Hæc est mera confessio pietatis. Hæc est em̄ verę fidei regula, quā & in prosperis & aduersis viuaciter tenuit Apostolica Christi ecclesia, quæ per Dei gratiā à tramite Apostolicæ traditionis nunq̄ errasse probabit̄, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: quia

dictũ est Petro: Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et cum aliquãdo cõuersus cõfirma fratres tuos. Hic dñs fidem Petri nõ defuturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit; quod apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter feciſſe ſemper, cunctis est cognitum: quorũ & pusillitas mea licet impar & minima, pro susceptο tamen diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. Luc 22.c.

Ibidem anathematizat hæreticos, qui cõtra prædicta senserũt. Theodorum, Sergiũ, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerũt nouę Romæ antistites, & Honõrium qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum Alexandrinum Epm & Macariũ, qui nuper fuerat Antiochiæ pręsul, & Stephanum eius discipulum. Insuper & Arrianos, Apollinaristas, Eutychianos, Thimoteranos, Acephalos, Theodosianos, Sayanitas, & omnem denique furorem hæreticorum siue confundentium seu diuidentium incarnationis Christi mysterium.

Quod aut duæ sint naturales voluntates & operationes in Xpo, probat prędictus Papa & multifarie.

Primum quia Deus perfectus est, & homo perfect' est Christus Iesus, ergo naturalibus proprietatibus vtranque naturã præfectã necesse est esse, & duas ĩ eo operatiões & volũtates. Igĩt sicut in tribus personis Trinitatis

tres personales voluntates asserere absurdum est, quòniam vna natura est, quã sequitur voluntas vna: ita in vna Christi persona, q̃ duas naturas habet, duas voluntates, & duas operationes naturales negare impium est.

Mar. 14. d *Luc 22. d* *Mar. 7. d* Secundo testimoniis scripturarum. Matt. 26. Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et alibi: Non mea volũtas, sed tua fiat. Et in alio loco dicit: Non veni vt facerẽ voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Et iterum. Surgens venit in partes Tyri, & ingressus domum, noluit aliquem scire, & non potuit latere, cum tamen ille sit de quo dicitur: Omnia quæcunque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra. Igitur hoc ad humanam eius voluntatem redigi oportet. Et alibi etiã, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Spiritum voluntatem intelligit diuinam: carnem verò voluntatem humanam.

Tertio, vt synodus probet hęc pertinere ad fidem, vtebatur expositione sanctorũ doctorum, Ambro. August. Chrysost. Athana. Cyrilli, vtriusque Gregorij, Leonis Pontificis, cuius testimonio multoties libenter vtitur, præcipue cum scribit ad sanctum Fabianum episcopum Constantinop. vbi sic habet: Agit enim vtraque forma cum alterius cõmunióne quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est, &c. Et sicut verbum ab æqualitate

litate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam noſtri generis non relinquit. At verò illa ad diuinam naturam pertinere dicuntur: ſcilicet. Sicut pater ſuſcitat mortuos, ita dedit & filio, &c. Et illud. Nemo poteſt cognoſcere patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ad humanam tamen illa: Nolebat per Iudæam ambulare, quia quærebant Iudæi eum interficere. Et quæ ſupra citauimus ex euãgelio. Illud etiam quod Dauid in perſona Chriſti ait: Vt faciam voluntatem tuam Deus meus, &c. & illud. Voluntariè ſacrificabo tibi.

Ioan. 5.
Mat. 11. d
Ioan. 7. d
Pſal. 142.
Pſal. 53.

Solet hoc aliàs fieri in conciliis, etiam cum definiunt ad fidem pertinentia, iuuari ſententiis antiquorum patrum.

Poſtremo confirmantur omnia iſta definitione ſancti concilij Chalcedonen. actione quinta, vbi hæc fides aſſeritur. Etiam & ex concilio Cõſtantinopolitano quinto. c. 7. Deinde refertur ex integro ſymbolum, quod publice in eccleſia cantatur, in quo obſeruatur hæc forma loquendi.

Confitemur Trinitatem perſonarum, ſiue ſubſiſtentiarum, non trium nominum ſubſiſtentiam, ſed bene trium perſonarum vnam ſubſiſtentiam. Item confitemur & Chriſtum ex duabus naturis compoſitum.

Deſideratur hoc ſymbolum.

Hæc fuit inſtructio legatorum quorum ſuperius fecimus mentionem. *Author.*

Quibus omnibus subscripserunt, primum Agatho Papa, deinde innumerabiles episcopi Occidētales, per quos delecti sunt tres prędicti legati, qui ad concilium generale Constantinopolitanum mitterentur, vt hæc certa fidei confessio publice prædicaretur.

Habentur ibidem etiam argumenta hæreticorum, Apollinaris, Seueri, Theodosij, Cyri Alexandrini, & Theodori episcopi cōtra pluralitatem operationum in Christo domino quæ quoniam nihil habent nisi verba, missa fecimus.

Actio quinta.

Præsidente piissimo & magno Imperatore Constantino, &c. vt in actione prima.

In hac actione commonuit Imperator Macarium & socios, vt proferrēt testimonia sanctorum Patrum demonstrantia vnam volūtatem & vnam operationem in domino nostro Iesu Christo, sicut dudum promiserant: & protulerunt duos codices, quorum prior in superscriptione ita continebat.

Testimonia sanctorū patrū vnam Domini nostri Iesu Christi voluntatem docentia. quæ est etiam patris & spiritus sancti. Quibus lectis absoluta est iussu principis actio quinta.

Actio sexta.

Præsidente piissimo & Magno Imperatore, &c. sicut in actione prima.

In actione hac rursus cōmonitus est Macarius

rius cum ſociis ſi haberet alia teſtimonia de vna voluntate, & operatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ proferret in concilio. At ille protulit & alium codicem, qui in ſuperſcriptione continebat ſic.

* Sequentia teſtimoniorum de voluntate. Et lectus eſt corã cõcilio. Quo lecto, & prædicto Macario cum ſociis ſuis contentis, & nolentibus alia teſtimonia pro ſe afferre, vicarij apoſtolicæ ſedis Romanę & qui cum eis erant epiſcopi & clerici & monachi dixerũt: piiſſime domine, adhuc aliquid de vna volũtate & vna operatione non oſtenderunt Macarius amabilis archiepiſcopus, & eius ſocij per teſtimonia ab eis prolata, ſed & ipſa quæ protulerunt, detruncauerunt, & quæ ad Trinitatis quidem attinent rationem de vna voluntate pro incarnationis diſpenſatione domini noſtri Ieſu Chriſti protulerunt. Quæ verò conueniunt, & quæ ꝓpriè ꝓ huiuſmodi incarnationis diſpenſatione poſita ſunt, tã ſenſum q̃ verba detruncauerunt. Vnde petimus veſtram piiſſimam fortitudinem iubere authẽticos codices proferri ex venerabili patriarchio huius regiæ ciuitatis, & conferri cũ codicibus ab eis oblatis, &c. Piiſſimus Imperator præcepit vt id in ſequẽti actione fieret.

Actio ſeptima.

Conueniente ſancta & vniuerſali ſynodo, quæ per Imperialẽ ſanctionem congregata

est,&c.vt in actione prima.

Commoniti sunt vicarij sanctissimi Agathonis Papæ vrbis Romæ vt proferrent testimonia prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes etiam naturales in dispensatione incarnationis domini nostri Iesu Christi, & prophanorum hæreticorum similiter testimonia manifestantia vnam voluntatem & vnam operationem. Et protulerunt codicem supra scriptum ita. Testimonia sanctorum ac probabilium patrum demonstrantia duas voluntates & duas operationes in domino Deo & saluatore nostro Iesu Christo. Quem Stephanus monachus relegit ab initio vsque ad finem, tam sanctorum ac probabilium testimonia, quamque prophanorum hęreticorum. Et absoluta est actio septima. *Actio octaua.*

Præsidente eodem Magno Imperatore,&c. sicut in actione prima.

Pissimus Imperator pręcepit vt Gregorius archiepiscopus Constantinopo. & Macarius, & ei subiacens synodus edicat, si conuenit ei sensus suggestionum directarũ ab Agathone sanctissimo Papa Romæ,& eius synodo. Respondit Gregorius archieps, Suscipio, & sequor domine directas suggestiones à sanctissimo Agathonæ Papa Romæ, & credo, & sic profiteor in vno sanctæ trinitatis domino nostro Iesu Christo verò Deo nostro duas

natu-

turales voluntates,& duas operationes.Si cæteri dixerunt, sic credimus,& sequimur:& omnes qui docuerunt,& dicunt vnam voluntatem & vnam operationem in duabus naturis vnius domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri,anathematizamus. Macarius protulit voce & scripto suam fidem iuxta editionem sanctarum & vniuersalium quinque synodorum. Rogatus verò si cõfiteretur aperte duas naturales voluntates, & duas operationes in domino nostro Iesu Christo respondit: Non dico duas voluntates,aut duas operationes in incarnationis dispẽsatione domini nostri Iesu Christi,sed vnam voluntatẽ,&Dei virilem operationẽ non tamẽ duas confiteor,etiam si membratim incidat & mittar in mare. Tandẽ omnes epi cõsenserunt vnanimes his quę per Agathonẽ papam,& eius synodum antedicta sunt in epistola, & in legatorum suorum instructione lecta actione quarta,exceptis Macario,& duobus aut tribus eius discipulis, qui noluerunt consentire quòd in Christo essent duæ naturales voluntates, & duæ operationes: Quos exilio relegatos coram toto concilio denudauerunt pallio epali,quo & nunc etiam vtuntur episcopi,alba scilicet camisia.

In eadem actione examinantur testimonia quib⁹ inducũtur hæretici vnã in Christo ponere voluntatem,& operationẽ, & repertũ est illos multa cõsulto omisisse alia deprauasse

in codicibus, quæ possent suum errorem demonstrare. Tandem conuicti sunt de errore suo per duos presbyteros legatos episcopi Romani. Conuincuntur verò primũ ex Ambrosio ad Gratianum, deinde ex Athanasio in libro de incarnatione verbi. Vltimò & efficacissimè cum mirabili eloquentia ex Chrisostomo in sermone illo: Pater si possibile est, transeat à me calix iste.

Actio nona.

Cõueniente sancta & vniuersali synodóq; per Imperialem sanctionẽ congregata est in hac regia vrbe, &c. Sicut in actione prima.

Prolatus est codicillus testimoniorum, qui oblatus à Macario & Stephano, & collatus est cum aliis codicibus authenticis, & inuẽtus est deprauatus & corruptus, & ex Athanasio Alexandrino, & Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo euidenter demonstratum est duas esse naturales voluntates, & duas operationes in Christo Domino nostro, & sic absoluta est actio nona.

Actio decima.

Præsidente eodem magno Imperatore Cõstantino, &c. sicut in actione prima.

Rursus collata sunt testimonia aliquorum patrum, nempe Leonis papę ex epistola secũda ad Leonẽ Imperatorem, & Ambrosij Mediolã. epi ex 2. li. ad Gratianũ Imperatorem, prolata à Macario & Stephano cũ codicibus authẽticis ex patriarchio regiæ ciuitatis: &

demon-

demonstratum est id quod suprà. Rursus idē demonstratum est ex testimoniis multis adductis Ioannis Chrisostomi, Athanasij, Gregorij Naziāzeni, & Gregorij Nyssēni, & Cyrilli.

Actio vndecima.

Toto hæc actio consumitur in propositione epistolæ Sophronij Patriarchæ Hierosolymorum ad consilium, quæ postea in actione tertia decima à tota synodo probata est. In qua longa admodum oratione, eloquentia & Christiana sapientia pleniſſima, & omnibus numeris absolutiſſima, disputat præcipua mysteria fidei.

Primò sanctæ Trinitatis mysterium.

Secundò incarnationis dominicæ sacramētum probans quòd potiſſimum intenderat vnam esse in Christo personam, sed duas distinctas naturas, humanam scilicet & diuinā, & duas distinctas operationes, &c.

Tertiò, q̄ in incarnatione verbi non fuit Deitas copulata carni prius animatæ aut pr^a præfactæ, vel animæ præexistenti coniuncta, sed tunc his anima scilicet & carne ad subsistendum venientibus, quando eis ipsum verbum & Deus naturaliter copulatus est, sed cum ipso verbo existentiam habuerunt, & nequaquam in ictu oculi hanc illa priorem habentia (sicut Paulus Samosatenus perstrepit atque Nestorius) simul quippe caro, simul Dei verbi caro animata ratio-

nalis. Cum conceptu quippe verbi hæc ad subsistendum prolata sunt,& secundum subsistentiam ei vnita sunt,quando ad subsistendum prolata sunt nullúmque prorsus tempus propriæ cõstitutionis tulerunt, quod inconfusam atque inseparabilem ad compositionem præcederet. Ex inuiolabili namque & virginali sanguine sanctæ & immaculatæ virginis Mariæ verbum verè factum est incarnatum,& veraciter homo, & in vtero virgineo deportatus, & tempus expleuit legitimi puerperij,& per singula naturalia, & peccatum non trahentia nobis omnibus similis factus, nostrámque non dedignatus passibilem vilitatem: Nascitur Deus humano corpore, similitérque habitu animam rationalẽ & incorporea habens,& virginem generantẽ conseruat θεοτόκον eam propriè & veraciter demõstrauit,quamuis Nestorius vecors scindatur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymetur,lamentetur,& exulter,&c.

Hoc in loco singulariter & deuotissimè de hoc diuino mysterio disputat sanctus iste episcopus,libentérque vtitur testimoniis,beati Dionysij desumptis ex lib.de diuinis nominib⁹,qm̃ persuasũ habebat hũc librũ esse Dionysij,& hunc esse illũ Dionysium quem Paulus ex Areopago vocauit ad euãgelium, &c.

Ibidẽ etiam, non abhorret hanc formã loquendi,vt Christum vocet hominẽ creatum,

& in-

& increatum, corporeum & incorporeum, per omnia nobis similem, excepto peccato, & omnibus ipsum cõsequentibus, quoniam Christus arbiter & dominus erat mortuum naturalium, & omnium suorum affectuum, siue passionum, qui nisi eo annuente non mouebantur, quod nos minimè sumus. *creatus corporeus & incorporeus.*

Ibidem docet, angelos & animas & cæteras inuisibiles substantias non corrumpi sed omnia esse à Deo immortalia creata. Quòd verò ait illa esse immortalia nõ per naturã sicut Deꝰ, sed ꝑ gratiã eas à morte coërcentem, puto intelligit, ꝙ naturaliter à se non habeant hanc immortalitatem, sed ex gñali dono Dei.

Deinde explicat eleganter mysterium sanctæ Trinitatis, docens in diuinis esse tres subsistentias, sic: Trinitatem itaque in vnitate credimus, & in vnitate Trinitatem glorificamus. Trinitatem quidem pro tribus subsistentiis: vnitatem autem propter singularitatem Deitatis. Et iterum: Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personalibus facta est subsistentiis, siue sancta vnitas, extra omnem numerum est, & hæc quidem indiuisibilem habet diuisionem, & inconfusam gerit coniunctionem. Vnde collige subsistentiã in diuinis & personaliter & essentialiter dici. Si personaliter accipias, tres subsistentiæ sunt: si essentialiter, vnica est subsistentia. *Explicatur mysterium Trinitatis.*

Idem in eadem epistola. Suscipio autem &

veneror post quinque vniuersalia cõcilia, cõscripta Cyrilli, præsertim quę cõtra Nestorij insaniam facta sunt. Similiter & epistolam Orientalium episcoporum, quæ ad eundem Cyrillum scripta est, quam & ipse orthodoxam esse testatus est, & quæcunque Leo sanctissimæ Romanæ ecclesiæ sanctissimus dispensator scribit, & maximè quæ contra Eutychianam & Nestorianã ꝓphanationẽ scripsit: hæc quidem vt Petri, illa verò vt Marci definitiones agnoscens.

Vltimo recenset ferè oẽs hæreticos à Simone mago ad illorũ vsque tẽpus, qui perperã de mysterio Trinitatis sunt locuti. Recensẽt inter cæteros Origenes, & huius discipuli Didymus & Euagrius, q aĩas ante corporum constitutionẽ aiebant fuisse creatas, hoc dicit esse hęreticum & deliramentũ impudens.

Finitis oĩbus quæ in ista actione acta sunt, Cõstãtinus piissimus Imperator dixit: Sufficiẽtia sunt etiam, quæ hodierna die sunt gesta. Quia verò in Christo amabilis vestrę reipub. causis occupamur, iubemus Constantinũ & Anastasiũ patricios, Polyeuctũ quoq; & Petrũ ex consules ex persona nostræ pietatis cum sancto & vniuersalis vestro cõcilio in reliquis conuentibus inueniri, postquam præsentis causæ plurima & præcipua capitula coram nostra pietate iam peracta sunt.

Actio duodecima.

Con-

Conueniente ſancto & vniuerſali cõcilio, &c. ſicut in actione prima.

Rurſus diſputatum eſt cum hæreticis, ſi ex ſcripturis ſanctorum patrum poſſent demõſtrare vnam voluntatem, & vnam operationem in domino noſtro Ieſu Chriſto, & non valentibus, illud oſtendere prolata eſt catholicis & lecta epiſt. Leonis Papę decima, & luce clarius demonſtrarunt duas voluntates, & duas operationes in Chriſto Ieſu, & dixit ſancta ſynodus: Omnino neceſſe eſt, non ſolum ſecundum ſenſum ſequi ſanctorum patrum dogmata, ſed & eiſdem vocibus vti cũ illis, nihilq; penitus innouari. *Seſſio. 12.* *Sanctorum patrum dogmata non ſolum ſecũdũ ſenſum ſequenda, ſed eiſdem vtẽdum cũ illorum vocibus.*

Ibidẽ relectũ eſt reſcriptũ epiſtolę Honorij Papæ Romani ad Sergium Conſtantino. in quo poſt explicatum ſatis latè ſacramentũ dominicæ incarnationis, ſubiungit: Quòd dominus Ieſus Chriſtus filius ac verbum Dei, ipſe ſit vnus operator diuinitatis atque humanitatis, plenæ ſunt ſacræ literæ luculentius demonſtrãtes. Vtrum autem propter operadiuinitatis & humanitatis, geminę operationes debeant deriuate dici vel intelligi, ad nos iſta pertinere nõ debent, relinquẽtes ea grãmaticis, qui ſolẽt paruulis exquiſita deriuãdo nomina vẽdicare. Nos enim nõ vnã operationẽ, vel duas Dñm Ieſũ Chriſtũ, eiúſq; ſanctũ ſpiritũ, ſacris literis percepimꝰ, ſed multiformiter cognouimꝰ operatũ: iuxta illud: Diui-

siones gratiarum sunt, idē autem spiritus,&c. Si enim diuisiones operationum sunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur,quanto magis capiti nostro Christo hæc possunt plenissimè coaptari? vt caput& corpus vnum sit perfectum,&c. Et nos quidem secūdum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere vel sperare,illa videlicet refutantes, quæ quidem nouæ voces noscuntur sanctis Dei ecclesiis scandalum generare, ne aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos nos vesana sapere arbitrentur, aut certè si rursus vnā operationem domini nostri Iesu Christi fatendā esse censuerimus, stultam Eurychianistarum attonitis aurib⁹ demētiā fateri putemur, &c.

Relatum est & aliud rescriptum Sergij Patriarchæ Constantinop. ad prædictum Honorium papam, & collata sunt rescripta hæc cum exemplaribus authenticis, quæ producta sunt ex patriarchio regiæ vrbis, & consistebāt exemplaria. De quibus proferetur sententia in sequenti actione.

Ibidem confirmata est depositio Macarij & sociorum eius, & petitum est à clericis Antiochiæ, vt alius pro Macario crearetur Archiepiscopus: & sic absoluta est actio duodecima.

Actio tertiadecima.

Sabbio 3. Conueniente sancto & vniuersali concilio, quod

quod per imperiale decretum in hac regia vrbe, &c. ſicut in actione prima.

Poſtulatum eſt vt pronunciaretur ſententia de epiſtolis Sergij, Honorij & Sophronij, quæ in actione præcedenti lecti ſunt. Sanctũ concilium dixit: Secundum promiſſionem quæ à nobis ad veſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas epiſtolas, quæ à Sergio Patriarcha huius regiæ vrbis ſcriptę ſunt tam ad Cyrũ, qui tunc fuerat epiſcopus Phaſidis, quàm ad Honoriũ papam antiquæ Romæ: ſimiliter autem & epiſtolam ab illo, id eſt, Honorio reſcriptam ad eũdem Sergium: háſque inuenientes omnino alienas exiſtere ab apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus ſanctorum conciliorum, & cunctorum probabilium patrum, ſequi verò falſas doctrinas hæreticorum, eas omnimodo abiicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, id eſt eorũdem impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei eccleſia proiici iudicauimus, i. Sergij præſulis huius vrbis qui aggreſſus eſt de huiuſmodi impio dogmate conſcribere, Cyri Alexandrię, Pyrrhi, Petri, & Pauli, præſulum huius etiam ciuitatis qui & ſimilia eis ſenſerunt.

Hæreſeos damnãtur hoc loco ſeptem pontifices: Sergius, Cyrus, Phyrrus Petrus, Paulus, Honorius, Theodorus.

Ad hæc & Theodori epi Pharã, quarum omnium ſupraſcriptarũ perſonarum mentionẽ fecit Agatho ſanctiſſ. Papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione quam fecit ad piiſſimum &

magnum Imperatorem nostrũ, eósq; abiicit, vtpote contraria rectè fidei sentientes, quos anathemati submitti definiuimus. Cũ his verò simul proiici à sancta Dei catholica ecclesia, simulq; anathematizari præuidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eo quod inuenimus perscripta quæ ab eo facta sunt ad Sergiũ, quia in omnibus mẽtem eius secutus est, & impia dogmata confirmauit. Petractauimus autem & synodica Sophronij archiepiscopi Hierosolymitani, & hæc reperiẽtes cũ vna fide cõuenientia, apostoliciq; & sanctorum patrũ doctrinis parta, vtpote quæ sunt orthodoxa recipimus, & vt salubria sanctæ Dei ecclesiæ suscipimus, & nomen eius inseri sanctis diptychis sanctarũ ecclesiarum iustum esse iudicauimus.

Post hæc ꝓduxit Georgius diaconus chartophilax epistolas Cyri duas ad sergium cõstãtinop. & vnã Theodori ad eundem Sergiũ, & vnam Pyrrhi, & vnam Pauli, & vnam Petri Constantinopoli. quondam antistitem, & vnam Honorij papæ totã hæreticã ad eundẽ Sergium, de quibus omnibus sanctum cõcilium dixit: Cognitionem accipientes prolatorum nobis à Georgio diacono libellorũ, atque chartarum, siue aliorum opusculorũ, comperimus in vnam eandémque impietatẽ concurrere, & præuidimus hæc tanquam prophana, & animæ pernicioſa continuo ob

perfe-

perfectum exterminium igne concremari, & combusta sunt, & sic præcepto iudicum & sancti concilij absoluta est actio tertiadecima.

Actio quartadecima.

Conuenientes sancto & vniuersali concilio &c. & residentibus glorioſissimis patriciis & consulibus, & omnibus Deo amabilibus episcopis per ordinē in eodē secretario Trulli, & propositis in medio sacrosanctis christi Dei nostri euāgeliis, Georgius diaconus produxit duos codices continentes acta sancti & vniuersalis quinti concil. & Tomum septimæ actionis eiusdem concilij, & iussu concilij tangens præposita sacrosancta euāgelia, dixit: Per istas sanctas virtutes, & Deū qui locutus est per eas, cum veritate hi duo libri membranacei sunt libri sancti quinti concil. & volumen septimæ actionis eiusdē concilij iuxta quod iam excusi sunt, ita etiam nunc manifestati sunt, & pridem in bibliotheca inuenti atque suscepti, & neque additum est quicquam à me nec subtractū p me, neque cū conscientia mea à quoquā omniū. Surgētes epi concilij & conferentes cū exēplaribus authenticis, inuenerunt ab hæreticis adiectos esse tres quaterniones n primo libro quinti concilij, & in secūdo libro circa septimam actionē mutatū quidē fuisse quintum decimum quaternionē, & adiectū esse

Sessio.14.

Falsati codices per hæreticos.

quadrifolium non superscriptum ante decimum sextum quaternionem. Quocirca acclamatũ est à concilio: Anathema libello qui dicitur Mænæ ad Vigilium. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianum & Theodorum diuæ memoriæ. Anathema simul, qui falsauerunt acta sancti & vniuersalis quinti concilij.

Introduxerũt Græci sub nominibus Vigilij Papæ, similiter & Mænæ, hos libellos continentes vnam voluntatem, & vnã operationẽ in Christo, cum tñ nullos tales scripsisset. Vigilius, nec Mæna, & hac de causa acclamatum est à concil. & anathematizati sunt libelli illi.

Sermo Athanasij de duabus voluntatibus in Christo.

Deinde productus & lectus est sermo Athanasij super verbis illis dñi: Nunc anima mea turbata est, de quo sanctum concilium dixit apertè: Nunc in sermonẽ, qui lectus est, duas naturales volũtates in dispensatione incarnationis de sancta Trinitata domini nostri Iesu Christi veri Dei laudabilis Athanasius declarauit: & præcepto iudicum, & sancti concilij actio quartadecima absoluta est.

Actio quintadecima

Sessio 15.

Conueniente sancto concilio, &c. vt suprà.

Adductus est ad concilium Polychronius religiosus presbyter & monachus, & interrogatus, q̃ esset fides ei⁹ in dispensatione incarnationis dñi nostri Iesu Christi, Polychronius monachus dixit: Ego expositionem fidei

Insania Polychronij reuten-

meæ

meæ do in opere mortui, rogans pro eo filiũ Dei, vt ſuſciret eum, ſi autem non reſurrexerit, ecce concilium & Imperator quæ eis placuerit, in me faciant. Sanctum concilium dixit: Expoſitionem fidei tuæ profer, nam ecce mortuus præparatus eſt. Ille ait: In hoc eſt fides mea, & ita mihi oſtendit Deus, vt ponam eam ſuper mortuum, & ſi non ſurrexerit, ecce vt prædixi. Et protulit in medio vnã chartulam propria ſcriptam manu, & ab Antiocho religioſo lectore & notario aperta & lecta eſt, habens his verbis ita.

dentis ſuſcitare mortuum in hareticorũ veritatis teſtimoniũ.

Conſtantino à Deo coronato ac manſuetiſſimo magno Principi, ego Polychronius tanquam præſens ſaluto & adoro: & quia vidi multitudinem virorum, & candidatorum, & in medio virum, cuius virtutem narrare non valeo, dicentem mihi. Quia nouam fidem componis, feſtina, & die Imperatori Cõſtantino: Non facias nouam fidem, neque acquieſcas. Et veniente me ab Heraclea Chryſopolim, & ſtante me in ſolario (hora erat quaſi ſeptima diei) vidi virum terribilẽ candidarum valde, & ſtetit corã me, dicens: Quia qui non confitetur vnam voluntatem & Dei virilem operationem, non eſt Chriſtianus. Ego autem dixi: Hoc & Conſtantinus ſapientiſſimus Imperator præfiniuit vnam voluntatem, & Dei virilem operationem. Ille autem dixit: Multum bene, & Deo placet. San-

Chartula fidei Polychronij hareticj.

ctum concilium dixit, vt illa chartula ab eodem Polychronio iuxta propositionem suã poneretur super mortuum iam ad hoc præparatum in loco publico in præsentia concilij & populi ad satisfactionem Christo amabilis plebis, qualiter Deus veritatem demonstraret. Et congregato plurimo populo in atrio publici lauacri, qꝑ dicitur Zeuxippus, idem Polychronius posuit super mortuũ huiusmodi fidei suæ chartulam, perque plures horas perseuerans & insusurrans ei, nihil horũ quę ab eo stolide ac blaspheme promissa fuerant valens peragere, idẽ Polychronius dixit, nullatenus se posse mortuum suscitare. Populus qui ibidem aderat, exclamauit, dicẽs. Nono Simoni anathema Polychronio seductori populi anathema. Sancto concilio iterũ interroganti, si adhuc perseueraret in illa sua fide, Polychronius respondit: Sicut cõtinet chartula quam obtuli & posui supra mortuũ, ita credo vnã voluntatẽ & Dei virilẽ operationẽ, & alterũ qd nõ dico. Et cũ ꝑseueraret in proprio errore, per sanctũ cõcilium tanquã seductor populi & manifestus hæreticus depositus est ab omni ordine & officio sacerdotali. Glorioſiſſimi principes, & sanctũ conciliũ dixerunt: Sufficiũt quæ hodierna die acta sunt. *Actio sextadecima.*

Sessio 16. Conueniente sancto & vniuersali concilio, &c. vt suprà.

Adhuc

Adductus est Constantinus presbyter ecclesiæ quæ est in Apamia secundæ Syriorum prouinciæ, ad conciliũ, & examinatus est de sua fide, qui rogatus à concilio, dixit se non cognoscere nisi vnã voluntatem, & vnam operationem in Christo, sicut Macarius sentiebat. Cui post longam disputationem, sanctũ conciliũ dixit: Ita sentis, & ita perseueras vsq; ad finẽ in hac secta? Et Constantinus dixit, Etiam Domini, sic sentio, & sic credo: & non est possibile aliter. Sancta synodus exclamauit: Hæc recta Manichæorũ est. Hæc est fides Apollinarij. Anathema illi cum dogmatib. suis. Anathema Theodoro hęretico Pharanitano. Sergio hæretico anathema, Pyrrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema, Petro hæretico anathema. Macario hæretico anathema, Polychronio hæretico anathema. Aspergio Pargensi anathema. Omnib. qui suffragantur hæreticis, anathema. Sic absoluta est actio sextadecima.

Actio decimaseptima.

In hac actione profertur symbolum, quòd dominicis diebus nunc publicè in ecclesiis cantatur, à synodo Nicæna constitutum, vbi obiter condemnatur Arrius, qui aiebat de verbo quod erat aliquando quãdo non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quia ex nihilo factus est, vel ex altera substantia, vel essentia, dicentes esse aut vertibilem, aut *Sessio. 17.*

mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica synodus.

Ibidem longa oratione explicatur mysterium Dominicę incarnationis in vnitate personæ,& vnius substantię duas concurrisse naturas & duas naturales voluntates,& duas naturales operationes induisse, inseparabiliter, inconfuse,secundum sanctorum patrum doctrinam in Christo copulatas, nõ contrarias, iuxta ꝙ impij asserunt hæretici. sed voluntatem humanam nunquam reluctantẽ,sed subiectam diuinæ eius atq; omnipotenti voluntati iuxta sententiã sapientissimi Athanasij.

Recipitur epist. Leonis Papæ ad Flavianum.

Idem recenset hæreticos quos suprà anathematizat, & recipit tomũ sanctissimi Leonis Papæ ad sanctum Flavianum, quem & titulum rectæ fidei appellat sancta synodus.

Recipiuntur epistola synodica Cyrilli aduersus Nestorium.

Item epistolas synodicas quæ scriptæ sunt à beato Cyrillo aduersus ipsum Nestorium, & ad Orientales episcopos.

Item etiam approbat & recipit quinque vniuersalia concilia, & sanctos & probabiles patres definientes dominum Iesum Christũ vnum de sancta Trinitate. Et subscripserunt omnes episcopi, & absolutus est conuentus decimus septimus.

Actio decimaoctaua.

Præsidente piissimo & magno Imperatore, conueniente quoque sancto & vniuersali concilio, quod per Imperialem sanctionem con-

congregatum est,&c.vt suprà.

In hac actione præsente Imperatore con- *Sessio 18.*
firmauerunt acta in actionibus præcedentibus, & subscripserunt omnes episcopi præsentes, & vices gerentes absentium episcoporum. Deinde & Constantinus Imperator subscripsit. Post subscriptionem habentur explicatæ hæreses quæ circa Christi humanitatem sunt exortæ. Quidam enim personas in Christo diuidunt. Alij contrà naturas permiscent & confundunt, &c. Nos autem altrinsecus positam voraginem, diuisionísque & confusionis declinantes periculũ,tanquam iter regale pergentes, duas in Christo naturas,& harũ pari numero naturales operationes confitemur, in vnã & indiuiduã concurrentes subsistentiam, & quæ suæ sunt alterutrum in cõmune proprietate cõferentes. Superfluas aũt vocũ nouitates,& earũ inuentores procul ab ecclesiasticis septis abiicim⁹, & anathemati merito subiicimus, id est Theodorũ Pharanitanum, Sergium,& Paulũ, Pyrrhum simul & Petrum, Cyrum & Honoriũ, deponentes Macatiũ,qui fuerat Antiochensis episcopus,& Stephanus eius discipulũ. Similiter & Polychroniũ infantilis intelligentiæ delirũ senẽ, qui mortuos suscitare pollicitus, dũ nõ suscitaret, derisus est,& oẽs qui constituerũt,vel cõstituũt,vel constituere præsumpserint vnam voluntatem & vnã operationẽ

in dispensatione humanitatis Christi.

Ad hæc accessit edictum Constantini Imperatoris non minus Christiana eruditione quam pietate refertum. Datũ est autẽ ad populũ Occidentalẽ ad corroboranda & firmãda omnia quæ à præsenti synodo definita sunt. Amplectitur autem & suscipit piissimus Imperator quinq; vniuersales synodos & hãc sextam cum eis, sub hac forma verborum.

Quinque vniuersalia, & à Deo confita concilia, sicut quandam hæreditatem cælestẽ in cordis conclaui reponentes, tanquam intellectuales margaritas, ab eis thesaurizamus dogmata, & quos anathematizarunt, & quæ refutarunt anathematizamus atq; refutamus, quosque susceperunt suscipimus, paréq; nostros scribimus. Anathematizamus omnem hæresim quæ à Simone vsque nunc in Dei ecclesiam introducta est ad scindendam pacem & vnitatem credentium. Super hæc omnia anathematizamus Theodorum, Sergium, Cyprum, Petrum, &c. quos supra pluries recensuimus.

Vltimo est epistola Leonis Papæ ad Constantinum Augustum, habens sic.

Regi regum in cuius potestate sunt regna mundi magnas gratias agimus, quòd sancta vniuersalis & magna sexta synodus, quã nutu Dei vestra clementia & sedule cõuocauit, & cui pro Dei ministerio præfuit, Apostolicã

in

in omnib. regulã, & probabiliũ patrũ ſecuta fuerit: Et quia definitionem rectæ fidei pleniſſime prædicauerit, quam & Apoſtolica ſedes beati Petri Apoſtoli (cuius licet impares miniſterio fungimur) veneranter ſuſcipit, idcirco & nos, & per noſtrum officiũ hęc veneranda ſedes Apoſtolica concorditer ac vnanimiter his quæ definita ſunt ab ea, cõſentit, & beati Petri authoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidatam petram, qui Chriſtus eſt, ab ipſo Domino adeptus firmitatẽ. Propterea ſicut ſuſcipimus atq; firmiter prædicamus ſancta quinq; vniuerſalia cõcilia, Nicænũ, Conſtantinopolitanum, Epheſinũ primũ, Chalcedonenſe & Conſtantinopolitanũ, & quæ omnis Chriſti eccleſia approbat & ſequitur: ita & q̃ nuper in regia vrbe pio veſtræ ſerenitatis aduiſu celebratum eſt ſanctum ſextum concilium, vt eorũ pediſſequi interpretes, pari veneratione atq; cenſura ſuſcipimus, & hoc cũ eis digne connumerari, tanquã vna & æquali Dei gratia congregatũ decernimus: & qui in eo fideliter conuenerunt Chriſti eccleſiæ ſacerdotes, inter ſanctos eccleſiæ petres atque doctores adſcribendos æque cenſemus. Nam & iſtis ſicut & illis, idem Dei ſpiritus ſalutem animarum operatus eſt & huius immarceſſibilis fructus imperiali pietati veſtræ à domino reputabitur, cuius & per ſecula prædicando labore perfectum eſt.

Deinde anathematizat omnes hæreses & earum authores quos suprà nominauimus.

CANONES SEXTÆ SYNODI in Trullo celebratæ ex Græcis exemplaribus desumpti, interprete Gentiano Heruero Aurelianen.

In nomine Conciliorum excuso Coloniæ feruntur nomen Canones adscripti sextæ synodo, cum tamen sciamus sextam synodum, quando primò sub Constantino congregata est, nullos edidisse Canones: sed post, sub Iustiniano conuenientes 227. patres in Trullo regiæ palatij Constantinopoli Canones ediderunt sequentes 102. Hoc ita tradunt patres, qui ad septimam synodum conuenerunt in Nicæa sub Constantino filio Leonis, & Irene eius matre in actione quinta, & explicatius in actione sexta. Tomo 1. in vtroque loco citant Canonem octuagesimum secundum. Horum etiam Canonum meminit Nicolaus primus in epistola ad Michaelẽ Imperatorem. Item & Anastasius Abbas apostolicæ sedis Bibliothecarius in præfatione octauæ synodi, dicens, Cum sexta synodus nullam protulerit, præter fidẽ, regulã sed quas eius asseuerant regulas, longe post sextam synodum ab ipsis constat esse penes se priuatímque depromptas, &c.

Itẽ patres qui ex Oriente & Occidẽte conuenerunt ad synodum Florentinam, in sessione quinta citant hos 102. Canones sextæ synodi in Trullo.

Item Gratianus in Decreto citat aliquot Ca-

nones

nones istorum (vt in propriis locis indicabimus) & adscribit illi sextæ synodo. Propter hæc & alia visum est nouem Canones prædictos vt nothos & adulterinos reiicere, & istos 102. ex Græco Nemocanono vetustissimo nondum excusso.

Præmittitur loco præfationis allocutoria oratio Patrum, qui in Trullo conuenerunt ad Imperatorem Iustinianum, qua ostenditur quòd cum duæ vniuersales synodi, quinta scilicet quæ fuit regnante Magno Iustiniano, & sexta quæ fuit regnante Constantino Bogonato, non fecerint Canones ad ecclesiarum constitutionem, sicut reliquæ quatuor sanctæ vniuersales synodi fecerunt, hæc facta est ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta proprie nnmeratur, sed συνθέκτη. i Quinisexta. Nam quod quintæ & sextæ synodo deerat, repleuit. Est autem etiam vniuersalis.

Canon primus.

In primo Canone proponitur fides tenēda vt per Apostolos & sacra concilia tradita est: & explicatur ratio sex synodorum vniuersalium, sicut in multis aliis conciliis explicata est. Sub anathemate etiam decernuntur tenenda vniuersa quę in eis sunt à patribus definita.

Ca. 2. Vt tam synodorum generalium quarundáque prouincialium, quàm Apostolorum, & aliorum Patrū Canones stabiles maneant definitur.

Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrime & honestissime placuit, vt ab hoc nūs

tẽpore deinceps ad animarũ medelam,& perturbationum curationẽ firmi stabilésq; maneãt,qui à sanctis patribus, qui nos præcesserunt,susceptiac cõfirmati sunt,atq; à deo nobis etiam traditi sunt, sanctorum Apostolorum nomine.85. Canones. Quoniam autem in his nobis Canonibus præceptum est, vt eorumdem sanctorũ Apostolorũ per Clemẽtẽ cõstitutiones susciperemus,quibus iã olim ab iis qui à fide aliena sentiũt,adulterina quędã & à pietate aliena introducta sunt,quę diuinorum nobis decretorum eleganté & venustam speciem obscurarunt: has cõstitutiones ad Christianissimi gregis ædificationẽ ac securitatẽ vtiliter reiecimus hæreticę falsitatis fœt⁹ nequã immiscẽtes,& germanæ ac integræ Apostolorũ doctrinæ inserentes.Obsignam⁹ ẽt reliquos oẽs canones q à sanctis & beatis nostris patrib⁹ exposiri sunt. i.à trecẽtis decẽ & octo diuis patrib⁹, q Nicææ cõuenerũt:ab iisq; qui Ancyræ: etiã ab iis q Neocæsareæ,similiter & q Gangris. Præterea & ab iis q Antiochia Syriæ:ab iis etiã q Laodicea Phrygiæ. Præterea autẽ & à 150. patribus q in hac Dei cultrice & regia ciuitate conuenerunt:& ducentis q in Ephesiorũ Metropoli pri⁹ coacti sũt,& 630. sanctis patrib⁹ q Chalcedone,similiter & ab iis q Sardicæ & q Carthagine,& qui rursus in hac regia vrbe cõuenerunt sub Nectario, qui regiæ huic ciuitati præ-

præsidebat,& Theophilo qui fuit Alexandrię archiepiscopus. Quinetiam canones Dionysij archiepiscopi Alexandrinorum Megalopolis. Et Petri Alexandriæ archiepiscopi & martyris Gregorij Neocæsareæ episcopi,qui θαυμαστουργὸς mirabilum operum effector dictus est, Athanasi Alexandrini archiepiscopi, Basilij archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, Gregorij episcopi Nyssæ, Gregorij Theologi,Amphilochi Iconij, Timothei archiepiscopi Alexandrini,Cyrilli eiusdem Alexãdriæ archiepiscopi. Et Gennadij patriarchæ huius regiæ ciuitatis. Præterea verò & à Cypriano Aphrorum regionis archiepiscopo & martyre & synodo quæ sub ipso fuit emissũ canonẽ,qui in prædictorum præsulũ locis,& solum secundum traditam eis consuetudine seruatus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare,vel abolere,vel alios præter prius hic propositos canones admittere,à quibusdam falsa adiecta inscriptione cõpositos,qui veritatem cauponari nati sunt. Siquis autem quòd prædictorum canonum aliquẽ innouare vel subuertere conetur, conuictus fuerit,reus erit secundũ eum canonẽ, vt ipse pronunciat canon pœnam luẽs,& per ipsum in eo in quo offendit, medelam sucipiens.

Quomodo hic canon Cypriani recipiatur & explicat 95.c. infrà & 19. Nicen. syno.

Ca.3.Qualiter puniendi clerici qui præter canonicas sanctiones vxores duxerint.

Rex noster allocutus est vt ministros ecclesię

puros,& eo ministerio dignos exhiberet synodus. At cum hi qui sunt Romanæ ecclesiæ canonis summum ius seruare proposuerint, huius autem ciuitatis sedes benignitatẽ, nos verò vnum è duobus componentes (vt nec ex lenitate dissolutionem, nec ex rigore austeritatem) sancimus, eos qui ad secũdas trãsierunt nuptias, nec à peccato cui mancipati sunt, resipiscere voluerint, depositioni canonicę subiacere. Qui verò eorũ hãc secundarũ nuptiarum affectionem transierunt quidem, sed ante nostram cognitionem procul peregrinam spuriámque coniunctionem abiecerunt, vel quorum vxores secundæ obiere, vel ipsi ad conuersionem prouidentes in animũ sobrietatem reuocarũt,& subito eorũ omniũ quæ prius contra leges erant, obliti sunt, siue presbyteri siue diaconi sint, visũ est eos cessare debere ab omni sacro munere& actione in certũ tempus damnatos, dummodo honores quidem suæ sedis & statum retineãt contẽti primo accubitu: lachrymis à dño efflagitantes, vt sibi remittat illud ignorãtiæ peccatum: ineptũ em̃ est vt aliis bene precetur, qui necesse habet curare sua vulnera. Cæterũ qui vni quidẽ cõiuncti sunt vxori, sed quæ vidua esset cũ ascita fuit, similiter & q̃ postquã fuere electi, nuptiis illegitimis adhæsere, hoc est presbyteri, diaconi & hypodiaconi: ad breue aliquod tempus damnati, semotíque ad sacra admi-

administratione rursus ad eosdē restituantur gradus, dummodo ad maiorem non procedant gradum latenter illegitimo contubernio soluto. Et hæc quidem solum in sacerdotibus disposuimus definiētes ab hoc tempore, & restituentes canonem illum, qui prohibet, vt qui ad secundas nuptias transierit post baptismum, vel pellicem habuerit, non possit episcopus aut presbyter creari, vel diaconus, aut omnino ordinis sacri. Similiter & qui viduam assumpserit, vel repudiatam, vel amitam, vel ancillam, vel meretricem, esse nō potest episcopus vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ordinis sacri.

Ca. Apost. 17. & 18. D. 33. Si quis post. D. 34. Si quis viduā.

Ca. 4. Clericus vitians monachum deponatur.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus vel subdiaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, vt qui Christi sponsam violauerit. Si autem laicus, segregetur.

Ex 25. ca. Apost. qui qualēcunque mulierem stupra uit clericus deponatur 27. q. 1. Si quis.

In quinto canone statuitur, ne quis ex clero habeat secum mulierem extraneam. Canon repetitus in multis conciliis.

Can 6. Soli cantores & lectores possunt vxorem ducere.

D. 32 Si quis eorū.

Quoniā in Apostolicis canonibus dictum est, eorū qui nō ducta vxore in clerū promouentur, solos lectores & cantores vxorē posse ducere: & nos hoc seruantes, decernimus, vt deinceps nulli penitus hypodiacono, vel dia-

cono, vel presbytero post sui ordinationem coniugium contrahere liceat. Si autem hoc facere ausus fuerit deponatur. Si quis autem eorum qui in clerum accedunt, velit lege matrimonij mulieri coniũgi: antequam hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

Can. 7. Diaconi non sedeant loco honoratiori quàm presbyteri.

D. 93. practipimus. Quoniã in nõnullis ecclesiis diaconos officia ecclesiastica hęrede cognouim⁹, & ex hoc nõnullos eorũ arrogãtia & licẽtia fretos ante presbyteros sedere, statuimus vt diaconus, etiamsi in dignitate. i. in quouis sit officio eccle. ante presbyterum non sedeat, præterquã si proprij Patriarchæ, vel Metropolitani vicẽ gerens adsit in alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim vt locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia tale quid efficere ausus fuerit, is ex ꝓprio gradu deiectus, sit omniũ vltimus ei⁹ ordinis, in cuius est catalogo in sua ecclesia.

Author. *Hic canõ erat renouandus, quoniã videmus diaconos in dignitate constitutos ante presbyte. sedere. Puto exemplũ ab ecclesia Roma. sumẽtes in qua ante episcopos etiam sedent diaconi Cardinales.*

Ca. apost. 36. In canone octauo statuit vt quotannis synodi prouinciales fiant, éstque cap. 5. Nic. & Chalced. 19. Addit tamen vt saltem semel in anno fiat synodus.

Can.

Can. 9.

Nulli liceat clerico cauponariam habere tabernam. Canon Apostolicus in cauponam ingredi clericum non permittit. *Ca apost. 54. & 44. d. c. Nulli.*

Hic habere pro eo quod est exerere, accipe. *Author.*

Ca. 10. Clerici vsuras non accipiant. *Ca. Nice conci. 18. apost. 44.*

Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui vsuras vel centesimas accipit, vel cessat, vel deponatur.

Ca. 11. Nulli fidelium licet Iudæorum azyma comedere.

Nemo eorum qui in sacro ordine censentur, aut laicus Iudęorum azyma comedat, vel vllã cum eis familiaritatẽ ineat, vel in morbis accersat, vel medicinas ab eis suscipiat, vel vnà cum eis in balneis lauetur. Si quis cõtra fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus excommunicetur. *18. q. 1. Nullus.*

Nemo putet quòd hic patres prohibuerint azymum panem comedere, sed per azyma more Iudaico festa celebrare.

Ca. 12. Post ordinationem suam episcopi à propriis vxoribus secedant.

Iubet omnino antistites, postquã sunt ordinati, à propriis vxoribus secedere. Ne autem contra quintum apostolicum canonem facere videãtur qui episcopis cũ vxoribꝰ suis habitare permittit, inferũt quòd non diuinis apostolis aduersantes hæc decrnunt, sed statum ecclesiasticum in pulchriorem ordinem

prouehi volentes, quoniam apostoli, cum fides inciperet, ad fidelium imbecillitatem se magis demittebant, cum autem euangelij prædicatio fit magis ampliata, oportet & pōtifices ad perfectam continentiam vitam suā dirigere: ne status ecclesiasticus vllo probo afficiatur.

Ca. 13. Subdiaconi & supra, vitis suæ tempore ab vxoribus separentur.

d. 31 quoniam in iis mos seruatus est in Oriente, vt ex coniugio licitè assumatur ad clerum.

Hoc canone patres decernunt. Primo eos qui vt ordinentur hypodiaconi, diaconi, aut presbyteri digni sunt, à prioribus suis legitimis vxoribus non separari. Adiiciunt aūt eos nō cū suis cōiugibus coniunctionē indiscriminatim habituros: sed ab eis abstēturos viris suæ tēpore, eo scilicet tēpore quo sacrificāt, sicut definit Carthag. synod⁹ secūda, c. 2.

Secundo decernit deponendos eos qui audeant post ordinationē diaconos & sacerdotes cū prioribus suis legitimis vxoribus consuetudine priuare: & ipsos qui ordinantur, suas vxores pietatis prętextu expellentes, excommunicandos statuit.

Tertio dicunt patres se id facere cognoscentes Romanæ ecclesię pro canone traditū esse, vt diaconi vel presbyteri in sua ordinatione profiteātur se non amplius suis vxoribus coniungendos.

Author. *Ca. 12. Prohibuit episcopos cum propriis vxoribus post ordinationem habitare, hic aūt canō de diaco-*

nis

nis & sacerdotibus subdistinguit, veluti corrigens quod ea de re fit in ecclesia Roma. sed tu Lector intellige si iustè prohibentur in Oriente sacrus initiati cum propriis vxorib. munere vicis suæ tempore, vbi sacerdotes & reliqui non præfinitis vicissim hebdomadibus, sed perpetuo sacrificant, vt fit in Occidente, nonne æqua erit ea constitutio? De hac constitutione lati[9] Innoc. in epist. 3. ad Exuperiũ Thelo. episcopum can. 1. habes supra.

Ab hac constitutione excipit sacerdotes qui sunt in ecclesiis Barbaricis, ca. 30. huius sextæ synodi.

Ca. 14. & 15. prohibet ne diaconus ante 25. annũ creetur, nec hypodiacon[9] ante 20. nec presbyter ante 30. nec diaconissa ante 40. *D. 77. sub diaconus.*

Car 16. De quibus diaconibus loquatur liber Act. Apostolorum.

Quoniam Actorum liber septem diacones ab Apostolis constitutos esse tradit, Neocæsarien. synodus in canonibus suis sic apertè disseruit, quòd septem debent esse diaconi, &c. Nos cum dicto Apostolico mentem patrum adaptassemus, inuenimus eos esse locucutos non de viris qui ministrant mysteriis, sed de ministerio quod in vsu mensarum adhibeatur, cũ liber Actorũ sic habeat: Cum discipulorum multitudo, &c. Quòd & accepimus à Ioan. Chryso. sic hæc verba interpretante in comment. super Acta Apost. c. 6. *Canon 14. Neocæs. synodo. corrigitur per præsentem canonem.*

Ca. 17. Sine demissoriis episcopi clerici à propriis ecclesiis non recedant.

Excipe Cõstantinop. & Cartha. ecclesiam.

Statuimus vt nullus omnino clericus possit sine proprij episcopi scriptura dimissoria in alienæ ecclesię catologum referri. Qui secus fecerit deponatur.

Can. 18. Cessante causa recessus, clericus ad propriam redeat ecclesiam.

Clericus qui propter Barbaricã incursionẽ, vel aliquo alio modo reliquit suam ecclesiã, cessante hac circunstantia propter quam secessit, redeat statim ad ecclesiam.

Ca. 19. Episcopi diebus omnibus præcipue Dominicis docere populum debent.

Docere populum solis epis ex officio datum.

Quòd oportet eos qui præsunt ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed præcipuæ Dominicis omnem clerum & populum docere pietatis ac rectę religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias & iudicia veritatis, & nõ trãsgredientes iã positos terminos vel diuinorum patrũ traditionẽ. Sed & si

De scriptura sub orta controuersia per patrum interpretationẽ diluenda.

ad scripturã ptinens cõtrouersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretẽtur, q̃ quõ ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex eis laudem assequuntur, quã si quæ à se dicũtur cõponant: ne dum quandoque ad id hæsitant, ab eo quod conuenit excidant. Per prædictorũ em̃ patrũ doctrinã populi ad eorũ quę sunt bona & expetenda, & inutilia ac reiicienda cognitionẽ venientes vitam in melius componunt, nec ignorantiæ vitio cõuincũt, sed doctrinæ mẽtem

tem adhibentes, seipsos ad id ne mali quid eis accidat excitant, & imminentium suppliciorum metu sibi salutem procurant.

Can.20. Ne in alia ciuitate episcopus doceat.

Non licet episcopo in aliena ciuitate publice docere. Si hoc facere deprehensus fuerit, cesset ab episcopatu, presbyteri autem munere fungatur. *Ca.21.*

Clerici propter canonicum crimen depositi si resipiscant, recipiantur ab ecclesia.

Can.22.

Ob pecuniam promotos, siue episcopos, siue clericos deponi iubemus.

Ca.23. Pro eucharistiæ administratione nihil exigendum est.

Nullus episcopus, siue presbyter, siue diaconus purissimam præbens communionem, ab eo qui communicat, eius participationis gratias obolos vel quãuis aliam speciem exigat. Non est enim vænalis gratia, nec pecuniis spiritus sanctificationẽ impartimur: sed ea iis qui digni sunt, absque vlla fraude est cõmunicanda. Qui secus fecerit deponatur. *1.q.1. Nullus episcopus aut.*

Ca.24. est 25. canon concilij Laodicensis, & 11. concilij Carthagi.3. ne clerici aut monachi intersint ludis theatricis. Can.25. est ca.17. synodi Chalcedonensis.

Can.26. Ignorantia non impedit quin ab illicitis nuptiis presbyter abstinere teneatur. *d.28. Presbyterum.*

Presbyter qui per ignorantiam illicitis nu-

Dist.27. Presbyterum.

ptiis est implicatus,sic quidem cathedræ particeps, à reliquis autem operationibus abstineat.Ei enim qui talis est,satis est si venia detur. Nec ergo publicè nec priuatim benedicat,nec Christi corpus aliis distribuat, nec aliquod aliud ministerium obeat: sed prima sede cõtẽtus,domino defleat, vt illi ex ignorantia peccatum condonetur. Manifestum est quod nefarium coniugium dissoluetur.

Can.27.

Clericus vestem sibi conuenientem induat tam in vrbe quàm in via.

Ca.8.Vua non distribuatur simul cum eucharistia.

De conse. d.2. Didicimus.

Quoniam in diuersis ecclesiis intelleximus vuã ad altare allatam ministro cum incruẽto illo oblationis sacrificio coniunctã,ex quadã quæ inualuit cõsuetudine,vtraque simul populo distribuere:decernimus vt nullus sacerdos hoc amplius faciat,sed ad viuificationem & pctõrũ remissionẽ solã oblationem populo impertiat.Sadercotes verò has vuas allatas priuatim benedicentes , non secus ac primitias quasdã distribuant pœnitentibus ad laudem datoris fructuum , per quas nostra corpora diuina dispositione augentur & nutriuntur.Si quis secus fecerit,deponatur.

Ca.29.Nec feria 5.in cœna Domini soluatur ieiunium,nec non ieiuni communicent.

29.c. Carthaginen.

Hoc canonẽ abrogat synodi Chartaginen.

ter-

tertiæ decretum, vt quinta feria in qua cœna Domini peragitur, fideles cœnati communicent. Et renouatur cant. 50. synodi Laodicen. Ne ea die soluatur ieiunium.

Ca. 30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, vxores relinquere possunt.

Dispensat hic canon cum sacerdotibus qui sunt in Barbaricis ecclesiis, vt mutua consuetudine suarum vxorum abstineant, sic tamen vt cum illis non amplius cohabitare contingat. Hoc autem indulgetur propter externos ac non satis firmos, sed agrestes mores.

Ca. 31. Sine episcopi licentia clerici intra domos non baptizent.

Clericos qui in oratoriis quæ sunt intra domos ministrant vel baptizant, hoc illius loci episcopi sententia facere decernimus. Qui hoc sic non seruauerit deponatur. *De conse. d. 1. clericos.* *Infrà. ca. 59.*

Can. 32. Vt in sacrificio vinum aquæ mistum offeratur.

Quoniam nouimus in Armeniorum regione vinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes qui incruentum sacrificium peragunt prætexentes ecclesiæ doctorem Ioannem Chrysost. in interpretatione Matthæi hoc asserentem: vt iam nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mentem orthodoxe aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastatum hæresim, qui pro vino sola aqua in sacrificio vsi sunt, subuerteret il- *Armenij male intellexerũt verba Chrysosto.*

lam oratione composuit, in qua aqua in sacrificio missæ adiunctionem amouere illi existimant, cum tamen non doceat sanctus per solum vinum oblationem fieri, quandoquidem & suæ ecclesiæ vbi est illi pastoralis administratio tradita aquam vino miscẽdam tradidit quando in cruentum peragi sacrificiũ oportet, ex pretioso & honorando nostri redemptoris sanguine & aqua contemperationem attendens, quæ in totius mundi viuificationem effusa est, peccatorũ redemptionem. Et in omni etiam ecclesia vbi spiritalia luminaria refulserũt, hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nã & Iacobus Domini nostri Iesu Christi secundum carnẽ frater, & Basili⁹ Cæsarien. archiepʒs cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis inscripto tradito sacrificio, ita peragendum in sacro mysterio ex aqua & vino sacrum poculũ ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti patres, ita apertè tradiderunt. Si quis ergo episcopus vel presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit deponatur, vt imperfectè ac simpliciter mysteriũ enuncians, & quæ tradita sunt innouans.

De conse. dis. 1. Iacobus.

Author. *Annota quòd à præsenti canone duæ hæreses subuertantur. Hydroparastarum & Armeniorum. Isti in solo vino, illi in sola aqua sacrificium peragebant. Secundo apparet ex præsenti canone ritum sacri mysterij à Iacobo fratre Domini, qui fuit primus*

mus Hierosolymorũepiscopus, fuisse traditũ, quæ quidem traditio apud nos non inuenitur nec recognoscitur, vt quæ exoleuerit. Tertio apparet à S. Basilio, & S. Ioanne Chrys. traditos nobis mysterij ritus, quos nunc obseruant græci.

Ca. 33. Non attendatur genus, sed mores, ad manus impositionem.

Quoniam cognouimus in Armeniorum regione eos solo ad clerum admitti, qui sunt ex genere sacerdotali: imò & nonnullos eorum non attonsos, cantores, & diuinæ legis lectores constitui: Decernimus vt deinceps non liceat ad eius, cui manus imponitur, genus respicere: sed examinantes an digni sint expositis in sacris canonibus decretis, eos in cleri catalogum referri & ecclesiasticè promoueri, siue sint ex maioribus suis sacerdotibus, siue non. Itẽ vt nulli eorum liceat populo in suggestis diuinas scripturas explicare, nisi is sacerdotali tõsura vsus fuerit, & benedictionem à suo pastore canonice susceperit. Si quis secus fecerit, deponatur.

Apud Iudæos lege sancitum erat vt ex tribu Leuitica sola, sacerdotes fierent.

Can. 34. est can. 18. synodi Chalcedon.

Can. 22. Chac. apost. c. 40.

Ca. 35. Spolia episcopi defuncti indiminuta futuro seruentur.

Nulli omniũ Metropolitarum liceat mortuo episcopo, qui eius throno subest, res eius vel ipsius ecclesiæ sibi vendicare, sed sint sub custodia cleri ecclesiæ cui defunctus præ fuit ad alterius episcopi promotionẽ: præterquã

si in eadem ecclesia nõ relicti sint cleri tunc enim Metropolitanus ea non diminuta seruabit, ordinando episcopo omnia reddens.

Can. 36. Sedes Constantinopolitana æquatur Romanæ dummodo sit secunda.

d. 22. vt nouantes & in c. 5. Cõst. conc. ca. 28. Chalce. syno. iuxta editionem græcã, quoniam deest hic canon in Latinis exemplaribus.

Renouantes quæ à sanctis patribus 150. qui in hac regia vrbe conuenerunt, & à 630. qui Chalcedone conuenerunt constituta sunt, decernimus vt thronus Constanti. æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in ecclesiasticis negotiis vt illa emineat, secundus post illum existens. Post quem Alexandrinorũ Metropolis numeretur thronus. Deinde Antiochię, & post eum Hierosolymitanæ ciuitatis.

Ca. 37. Episcopi si episcopali vrbe priuentur, sua tamen priuilegia non amittunt.

Episcopo qui propter Barbaricam incursionem ad suam ecclesiam venire non potuit, suus honor deferatur, vt in canone 18. Antiochene. synodi decretum est.

Ca. 38. Noua ciuitas nouam habeat dignitatem episcopalem vel metropolitanam.

Calce. syno. c. 12.

Canonẽ qui à patribus factus est nos quoque obseruamus, qui sic edicit: Si qua ciuitas à regia potestate innouata est, vel innouabitur ciuilem ac publicam formam, ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.

Can. 30.

Hic ca. confirmat canonem octauũ Ephesi. synodi,

synodi quo cõcessum est Cypri ecclesiã esse principalẽ & primã. Et prohibitũ est Antiochenum episcopũ facere in ea ordinationes.

Can. 4. De ætate ingredientium monasteria.

Magnus Basilius in 18. suo canone eas quæ post sedecim annos se virginitatem suscipere profitentur admittit vt quæ bonum à malo possint secernere. Præsens autem canon eum qui decem annos natus est, si monachus esse elegerit, non reiicit. Sed eum ad vitam monasticam nõ aliter recipiendum decerint quam si ab episcopo probat⁹ examinatúsque fuerit, vt sua prudentia admittatur vel repellatur, vel prorogetur tempus. Adiicit autem se hoc statuere, quoniam ecclesia Dei gratia ad anteriora procedat, & ad diuinorum mãdatorum obseruationem firmior & validior euadat.

Can. 41. Quomodo probandi qui profitentur monachatum.

Eos qui in vrbibus vel villis volũt secedere ac sibi separatim attendere: prius quidem in monasteriũ ingredi oportet, & anachoritiã (hoc est) ab aliis separata ac semotã viuendi rationẽ exercere, & spatio triennij ei qui in mãsione præ est in Dei timore parere, & obedientiã in omnibus (vt æquũ est) implere. Et ita huius vitæ eligendæ institutũ profitẽtes, & quòd eam ex toto corde sua spõte amplectũtur, ab eius loci præsule examinati ac-

probentur. Deinde sic alio anno extra clausuram fortiter se gerere debent, vt scopus eorum magis manifestet: tunc enim plenè ac perfectè significabunt, quòd non inanem gloriam captantes, sed propter ipsum pulchrum & honestū hoc silentiū prosequātur. Post tanti autem temporis cōplementū si in eodem eligendæ vitæ instituto permaneant, includi ipsos, & eis non amplius licere, quādo voluerint, ex tali māsione egredi: præterquā si ꝓpter cōem vtilitatē vel etiā necessitatē ad mortem vrgētem ad id trahantur, & ita cū benedictione eius loci episcopi. Qui autem exceptis his casibus exierint, primo quidē vel inuitos ipsos dicta clausura coërceri. Deinde ieiuniis & aliis afflictionibus ipsos curare, scientes quoniā nemo qui manum suam aratro immisit, & retro conuersus est, aptus est regno cælorum.

Ca. 24. Eremitæ habitum cæterorum monachorum sumant.

De eremitis qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati vrbes obeūt, & cū viris ac mulieribus versantur & ꝓpriæ professioni faciūt iniuriā, statuimus tōtis comis reliquorū monachorū amictū suscipere, cōsq; in monasterio constitui. Quòd si hoc nō elegerint, eos omnino ex vrbibus expelli & solitudines quæ eremi dicuntur habitare, ex quibus sibi etiā denominationes cōtraxere.

Ca.

Ca. 43. Propter nullum crimen arcendus est aliquis à monachatu.

Liceat omni Christiano vitã therapeuticã eligere,& rerum ad vitam pertinentium deposita tempestate monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quocunque crimine deprehensus fuerit. Saluator enim noster Deus inquit. Eum qui ad me venit, non eiiciam foras. Nã sicut columna id quod in ea describitur, exprimit: ita & monachica professio monachi pœnitentiam describit. Ei ergo qui ad illud germanè ac syncerè accedit, ac acquiescimus ac fauemus. nec vili ei mores impedimentum afferẽt quominus proprium votum adimpleat.

Nouatiana hæresis est venientes ad pœnitẽtiam non suscipere.

Vt est verisimile, prohibebãtur quidam qui tõderi volebant, vel propter suam vitæ turpitudinẽ sordésque, vel propter aliquod delictum. Præsens canon dicit, quod nullum peccatũ prohibet Christianam vitam exercitatricem elegere, & per pœnitentiam Deum placare, cum nullum sit peccatum quod Dei clementiam superet. Aliæ tamen sunt causæ quod tonderi prohibeant. *Auther.*

C. 44. Monachus fornicator iure cõmuni punitur.

Monachꝰ fornicator, vel qui ad matrimonij cõmunionem vitæq; societatem vxorem duxerit, fornicatorum pœnis subiiciatur.

Ca. 45. Futuræ monastriæ non induantur sumptuosis vestibus eo die quo ingressuræ sunt monasterium.

Quoniam intelleximus in non nullis mulierum monasteriis mulieres quæ sacro illo amictu dignæ habẽtur prius sericis & omnis generis vestibus præterea autem & mundis auro & gemmis variegatis ab iis qui illas ducunt exornari & sic ad altare accedentes exui tanto materiæ apparatu: & statim in illis fieri habitus benedictionem, illáque nigro amictu indui: statuimus ne hoc deinceps fiat. Neq; enim fas est, vt quæ iã propria voluntate omnem vitæ iocunditatem deposuit, & eam quæ est secundum Deũ vitæ agendæ rationẽ amplexa est, & ita monasteriũ accessit per eum qui interit ac fluit mũdũ, & quorũ iã oblita erat memoriam reuocet, & ex eo anceps reddatur: & eius anima perturbetur instar exundãtium fluctuũ hucq; & illuc versãtium, adeò vt aliquã nonnunquã lachrymã emittens cordis per corpus compunctionem ostẽdat: sed & si exigua aliqua lachryma exilierit, non tam propter affectionem quam habet propter exercitorium certamen, quàm propterea quòd mundum relinquat, & ea à videntibus profluxisse putetur.

Ca. 46. Monastriæ non exeant à monasterio, nisi jub certa forma.

Quæ vitã exercitatoriã eligunt & in monasteriis sunt, cõstitutæ, ne omnino pgrediant. Siqua autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cũ benedictione eius quæ præest hoc agant

agant. Túncque non solæ per se, sed cum aliquibus vetulis, & quæ in monasterio primæ sunt, cum mandato eius quæ præfecta est. Eis autem omnino extrà cubare non licet. Hoc idem & de viris qui monasticam vitam persequuntur statuimus.

Ca.q.7. Vir in monasterio mulierum non dormiat, nec ediuerso.

Nec mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum enim & scandalum fideles esse debent. Qui secus fecerit, segregetur.

Can.48. Vxor episcopi reponatur in monasterium.

Vxor eius qui ad episcopalem dignitatem motus est, communi sui viri consensu prius parata, postquam in episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab episcopi habitatione extructum, & episcopi prouidentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem proùehetur. *Lega ca. 12. supra.*

Can. 40. est ca. 24. synodi chalcedon.

Can. 50. Aleæ clericis interdicuntur.

Nullũ omnino, siue clericum, siue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Can. 15. Nemini aut venationes spectentur.

Omnino prohibet hæc sãcta & vniuersalis synodus eos qui dicuntur minos, & eorũ spectacula, deinde venationum quoque specta-

tiones, eásque quæ fiunt in scena saltationes perfici. Qui secus fecerit si sit clericus, deponatur, si laicus, segregetur.

Ca. 52. Vt sabbato & Dominica in quadragesima consecratio tantum fiat.

In omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunij diebus præterquam sabbato & dominica, & Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum sacrificium.

Author. *Sacrificium præsanctificatorum, est oblatio sacrificij iam peracti & perfecti. Ieiuniorum autem dies luctus & cõpũctionis in expiationẽ peccatorũ, & quia Deo sacrificiũ offerre est festum diẽ agere. statuerunt patres non fieri nouam consecrationem tota quadragesima, nisi sabbato & dominica &c. In his enim festum agere, non lugere, nec ieiunare iussi sumus. Quod nunc obseruatur apud Latinos in die Parascenes. Hæc ex Theodoro Balsamen.*

Ca. 53. Ordo cognationis spiritualis obseruetur.

Quoniã spiritualis cognatio corporũ coniunctione maior est, nouimus in quibusdam locis exceptores puerorum ex sancto & salutari baptismate postea cum matribus illorũ viduis matrimonium contrahere: statuimus ne in posterum tale aliquid fiat. Si qui verò secus fecerint, hi quidem primo ab illicito matrimonio separentur, deinde fornicatorum pœnis subiiciantur.

Can. 54. Nuptiæ prohibitæ.

Decernimus, vt qui deinceps cum fratris, sui filia

filiamatrimonij ſocietatem coierit, vel pater & filius qui cum matre & ſorore, vel cũ duabus puellis ſororibus pater & filius, vel cum duobus fratribus mater & filia, in ſeptẽnij canonem incidant, ſeparatis ipſis publicè à nefario contubernio.

Ca. 55. Ne ſabbatis aut Dominicis diebus quadrageſimæ ieiunetur.

Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in ſanctis quadrageſimæ diebus in eius ſabbatis ieiunare præter eccleſiæ traditã conſuetudinẽ, ſanctæ ſynodo viſum eſt, vt in Romanorum eccleſia canon inconcuſſe obtineat. qui dicit. Si quis clericus inuentus fuerit in ſancto dominico vel ſabbato ieiunans, præter vnum & ſolum, deponatur. Si autem laicus ſegregetur.

Propter hunc canonem aliqui Romani nõ recipiebãt hanc ſynodum tanquam vniuerſalem.

Ca. 56. Ne oua & caſeus in quadrageſima comedantur.

Accepimus in armeniorum regione, & in aliis locis in ſabbatis & Dominicis ſanctæ quadrageſimæ quoſdã oua & caſeum comedere: viſum eſt ergo, vt õnis Dei eccleſia, quę eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinẽ ſequens ieiuniũ perficiat: & abſtineãt ſicut ab omni mactabili, ſic & ab ouis & caſeo: quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum à quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſeruauerit, ſi ſint clerici, deponantur: ſi laici, ſegregentur.

Ca. apoſt

Can. 57.

Ad altare mel & lac offerre non oportet.

Can.57. Ne laicus sacramenta sibi ministret.

Ca. Apo. 3. Ca. 31. permittit de voluntate episcopi id fieri posse.

Nemo eorum qui sunt ex ordine laicorũ, diuina sibi mysteria impartiat præsente episcopo, vel presbytero vel diacono. Qui secus fecerit, vna septimana segregetur.

Ca. 59. Baptismus in ecclesiis tantum celebretur.

de hoc lege Chrisost. in epistolam Pauli ad Colo. homi.

In oratorio priuato, quòd domi est, nullatenus baptismus peragatur, sed qui digni habebuntur huius purissimi luminis, ad catholicas ecclesias accedant & hoc illic munere perfruantur. Si quis contrafecerit, si clericus est, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Can. 60. De his qui se simulant dæmoniacos.

Et sextam eiusdem orationẽ aduersus Iudæos. Legi senennẽ subũci est sexennio excommunic.

Eos qui se à Dæmone correptos esse simulant & morum improbitate eorum figuram & habitum simulare præ se ferũt, visum est omnimodo puniri, & eiusmodi afflictionibus & laboribus eos subiici oportere, quibus hi qui à Dæmone verè correpti sunt, vt à Dæmonis operatione liberentur, verè subiiciuntur.

Can. 61. De sortilegis damnandis.

Qui se vatibus tradiderũt, vel iis qui Centuriones dicuntur, aut iis similibus, vt ab illis discant si quid sibi reuelari velint, secũdũ ea quæ prius à patrib⁹ sunt sãcita, canoni qui est de sexẽnio subiiciãtur. Eidẽ pœnæ subiicere oportet eos, qui vrsas aut similes bestias ad lusũ & pernicie simpliciorũ circũferũt, & eos

qu

qui fortunam, fatum, genealogiam, aut similium verborũ turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eósque qui nubes fugare dicũtur & Imprecatores & Amuletarios, & Vates, In his autem perseuerantes, nec mutãtes sententiã nec fugientes hęc pernicioſa & Ethnica instituta, omnino eiiciendos ab ecclesia definimus, sicut sacri canones dicunt. Nam quæ luci cum tenebris communio? Aut quæ concordia Christi & belial?

Præsens ca. vniuersas Dæmonicas operationes auertit. Vates discuntur palmæ inspectores, & qui in pelui diuinant, aut per sacrificia aliqua Satanã interrogant, se Dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur senes quidam, qui se reliquis consulere præ se ferentes, per eiusmodi execrabiles operationes simpliciores: seducebant, & vt pseudotheì colebantur. *Author.*

Vrsas trahere dicebantur, qui vrsorum altores appellabantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore cincturas appendentes, & bilos tõdentes, eos vnà cum cincturis dabant, vt remedia tanquam in morbis & fascinatibus oculis conferre possent. Alij vero serpentes in sinu gestantes: hunc quidem die maligno natũ esse, illum verò felici sydere natum dicunt: & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia multa nugantur. Nubium inspectores dicuntur, qui quæ multis ignota sunt ex nubibus significant: maxime autem si sole occidente inspiciantur. Imprecatores sunt qui

diuina quædam cantica dicunt, & nomini martyrum & sanctissimæ virginis meminerunt. Quæ omnia diuina patres & ecclesiæ doctores fugienda statuunt: & plusque alij Chrys.

Can.62. Ne festa gentilium celebrentur.

Brumalia forte sunt saturnalia quæ bruma mense scilicet Decembri fiebant.

Calendas & vota & Brumalia quæ vocantur,& qui in primo die Martij mensis fit conuētus ex fidelium ciuitate omninò tollimus. Sed & publicas mulierum saltationes multam noxā exitúmq; afferentes. Præterea & eas quæ nomine eorū & falso apud Græcos Dij nominati sunt, vel nomine virorū ac mulierū fiūt saltationes ac mysteria more antiquo, & à ritu christianorū alieno, reiicimus: statuētes, vt nullus vir deinceps muliebri veste induatur, nec mulier veste viro conueniente. Sed nec Comicas, nec Tragicas, nec Sartyricas personas induant, nec execrandi Bacchi nomen, vuam in torcularibus exprimentes inuocent, nec vinum in doliis effundentes risum moueant ignorantia vel vanitate ea quæ à Dæmonis impostura procedunt, exercentes. Qui secus fecerint, si clerici sint, deponantur: si laici segregentur.

Author.

In mense Martio fiebat Græca vniuersalis concio propter tēporū & aeris temperiē, in qua indecora saltationes à mulieribus virisq; fiebāt. Quas & indecora alia similia patres nullo modo permittebāt.

Can.63. Martyrum historiæ ab infidelibus scripta damnantur.

Quæ

Quæ à veritatis hostibus falsò cõfictæ sunt Martyrum historiæ, vt Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent ad infidelitatem deducerentur, in ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi. Eos autem qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent: anathematizamus.

Can. 64. Prohibetur laico publice docere.

Non oportet laicum publice disputare vel docere, sed ordini à Domino tradito cedere, & autem iis qui docendi gratiam acceperint aperire & diuina ab eis doceri. Qui hac trãsgressus fuerit, quadraginta diebus excommunicetur.

Gregor. Nazian. late tractat de hoc in li. theol. cuius testimo. vtitur hic Synodus.

Can. 65. Ne rogi in Nouilunio ritu Gentili accedantur.

Quos in Nouiluniis quidam ante suas officinas & domos accedunt rogos supra quos etiam antiqua quadã consuetudine salire inepte ac delire solent, deinceps cessare iubemus. Qui contra fecerit, si clericus sit deponatur, si laicus, segregetur.

Can. 66. A die resurrectionis per integram hebdomadam fideles ferientur.

A sancta die resurrectionis vsq; ad nonam Dominicam tota septimana ecclesiis vacare fideles iugiter oportet, psalmis & hymnis & spiritualibus canticis in Christo gaudentes, festúmq; celebrantes, & diuinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & san-

ctis mysteriis iucundè & laute fruentes. Si ergo cum Christo exultabimus & vna resurgemus. Ne quaquam ergo prædictis diebus equorum cursus, vel aliquod publicum fiat spectaculum.

Can.67. Vt abstineant à sanguine & suffocato.

Apud Latinos etiam exoleuerat illa constitutio apostolorum, vt referunt commentarij Græci.

Sacra scriptura nobis præcipit, vt abstineamus à sanguine & effocato & fornicatione. Meritò igitur damnamus eos, qui cuiuscunque animalis sanguinem arte aliqua condiũt, & sic comedunt. Qui hoc fecerit, clericus deponatur: laicus excommunicetur.

Can.68. Libri sacri communi & prophano vsu non consummantur.

Nulli ex omnibus licere veteris & noui testamenti librum, nec sanctorum nostrorum præconum ac doctorum corrumpere, vel conscindere, vel librorum cauponatoribus, vel vnguentariis, vel alicui alij delendũ tradere nisi vsque vel à tineis, vel ab aqua, vel alio modo redditus fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, vno anno excommunicetur.

Can.69. Laicus non ingrediatur chorum, excepto Cæsare.

Nulli omnium, qui sit in laicorũ numero, liceat intra sacrũ altare ingredi. Ab eo tamẽ nequaquam prohibita potestate & authoritate regia, quando quidem voluerit Creatori dona afferre ex antiquissima traditione.

Can.70. Mulieres in ecclesia taceant.

Ne

Ne liceat mulieribus in celebrationis tẽpore loqui, sed, vt est vox Pauli sileant. *1.Cor.4.*

Can.71. A quibus cauere debeant iuris professores.

Eos qui docentur legibus ciuilibus, Græcis moribus vti non oportere, & neque in theatrum induci, aut quæ volutabra dicuntur celebrare, vel præter vsum communem sibi vestem induere, neque quo tempore disciplinam aggrediantur, vel ad finem eius perueniunt. Qui secus fecerit, segregetur. *Lege Gregor. Nazian. in oratione funebri magni Basilij.*

Can.72. Ne orthodoxus Ethnicam ducat, aut contra.

Nõ licere vitum orthodoxũ cum muliere hæretica, nec orthodoxã cum viro hæretico copulari, sed si quid eiusmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui. Si autem adhuc infideles sunt inter se legitimo matrimonio coniuncti, deinde alter eorum cõuertatur ad fidẽ altero in infidelitate, manẽte, si fideli placeat cũ infideli habitare, non à se inuicẽ separẽtur, iuxta Pauli sententiam.

Can.73. Ne Crucis figura in pauimento fiat. *1.Cor.7.*

Cum Crux viuifica illud salutare nobis ostenderit, nos omne studiũ adhibere oportere, vt ei per quam ab antiquo lapsu saluati simus, eum qui par est honorem habeamus. Vnde & mente & sermone & sensu adorationem ei tribuentes. Crucis figuras, quæ à nonullis in solo ac pauimento fiunt, omnino

cedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum iniuria afficiatur. Qui secus fecerit, excommunicari decernimus.

Locos dominicos vocat vestibula & porticus ecclesiæ.

Can. 74. Vt ne agapes fiant in ecclesia.

Non oportet in Dominicis locis vel ecclesiis, charitates quas vocant, facere & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui hoc fecerint, cessent, vel excommunicentur.

Accubitus, lectulos molles, quos ad delicias sternebant in templo. Lege Chryso. in oratione panegyrica super. 6. c. Esai. Ca. 30. synodi Laodicen. Coniugibus prohibebatur etiã vna lauari. Can. 46.

Can. 75. Vt cantores ecclesiastici non vtantur modulatione inordinata.

Eos qui in ecclesiis ad psallendũ accedunt volumus nec inordinatis vociferationibus vti, nec naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorũ quæ ecclesiæ non conueniunt, sed cum magna attentione & compunctione psalmodias, Deo qui est occultorum inspector, offerre.

Can. 76. Ne intra ecclesiarum ambitum mercimonia vendantur.

Nõ oportet intra sacros ambitus, cauponã, vel aromatum species proponere, vel alias venditiones facere, suam venerationem ecclesiis seruantes. Saluator noster nos non instituit non facete domũ Patris nostri, domũ negotiationis. Qui secus fecerit segregetur.

Can. 77. Ne fideles cum mulieribus vnà lauentur.

Non oportet sacris initiatos vel clericos, vel exercitatores siue monachos lauari cum mulieribus, nec omnẽ Christianũ laicũ. Hæc est enim prima condemnatio apud gentes.

Qui

Qui hoc fecerit clericus, deponatur, laicus excommunicetur. *in Syno. Laodicen.*

Ca.78. Vt fideles 5. Fe. apud catechistas fidē recitēt.

Quod oportet eos qui illuminantur: fidem addiscere, & quinta septimanæ feria episcopo vel presbyteris renunciare.

Can.79. Partus virginis fuit citra vllum dolorem.

Absq; vllo dolore virginis partū esse confitētes (vt qui sine semine constitutus sit, eos qui propter ignorātiam aliquid indecens faciunt, correctioni subiicimus. Vnde qñ aliqui post diē natalis Christi Dei nostri reperiūtur coquentes similā & se hac mutuo donantes, prætextu. 5. honoris secundinarum impollutæ Virginis matris: statuimus vt deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec enim hoc honor est virginis, quæ supra mentem & sermonem quòd comprehendi non potest verbum peperit carne, ex cōibus & iis quæ in nobis fiūt, inenarrabilem eius partum metiri ac describere. Siquis hoc fecerit clericus, deponatur: laicus segregetur.

Can. 80. Clericus vel laicus per tres hebdomadas absens ab ecclesia punitur.

Siquis episcop⁹ vel corū qui in clero censentur, vel laic⁹ nullā grauioré habeat necessitatē vel negotium difficile, vt à sua ecclesia absit frequēti⁹, sed in ciuitate agēs trib⁹ die-b⁹ Dominicis vnà nō cōueniat, si cleric⁹ est, deponatur: si laicus, à communione separet.

Can.81. In trisagio non apponendam crucem.

Petrus Fallo innonator huius hæresis quòd trinitas sit crucifixa, in s. synod. generali dānatur. Author.

Quoniam nouimus in quibusdam locis in trisagio acclamari post illud, Sāctus immortalis, ille crucifixus pro nobis, miserere nobis. Nos cum antiquis patribus statuentes, anathematizamus eos qui deinceps talem susceperint vocem in ecclesia, vel aliàs ter sancto hymno apponentes. Si transgressor fuerit sacerdos deponatur: si laicus, excommunicetur.

Trisagium appellant Græci hymnum in quo Deus ter sanctus nominatur, vt ibi: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis. Anathematizant ergo patres illos, qui sic acclamauerit, Sancte Deus crucifixus, &c. Sancte fortis crucifixus, Sancte immortalis crucifixus, &c.

Can.82. Vt Christus deinceps in figura humana pingatur, non Agni.

Inter venerabiliū imaginū picturas Agnus digito præcursoris monstratus depingitur, qui in figuram receptus est gratiæ, adumbrās nobis verum illum per legem agnum Christum demonstratum. Antiquas ergo illas figuras & vmbras velut quasdam veritatis notas, adinbrationésque ecclesiæ traditas vendicantes, gratiam eisdē præponimus, & veritatē hāc vt legis cōplementū suscipimus. Itaque hoc iam quidem re perfectū, pictorium artibus ante omnium oculos præscribatur, & picturam illius Agni Christi Dei nostri, qui tollit

tollit peccata mundi, vt humanus character valet exprimere, & in imaginibus in posterum pro vetere Agno erigendam sancimus, per quam humilitatem Dei verbi contemplamur, & velut manu ducimur ad memoriam illius conuersationis in carne, & passionis, eiúsque mortis salutaris, & redemptionis quæ huic pro mundo facta est.

Patres voluerunt cessare typos præsente veritate. Hinc prohibuerunt spiritum sanctum sub columba figurari, & Magos sub stella, & Christum sub vetere agno, sed humana forma. Author.

Can. 83. Mortuis non danda eucharistia.

Nemo cadaueribus mortuorũ eucharistiã impartiatur, scriptũ est: Accipite & comedite. Cadauera nec accipere valẽt, nec comedere. *Hoc idem præcipit ca. 12. concil. Antiochoren. supra.*

Canon. 84. est can. 6. consilij Cartha. 5. De baptizandis infantibus quando non est certum eos baptizatos.

Can. 85. Quomodo libertas donata, seruis valeat.

Serui à propriis dominis libertate donati coram tribus testibus, vt hoc honore fruantur, sancimus.

Can. 86. Contra alentes scorta.

Qui scorta in perniciem animarum congregant & alunt, si clerici fuerint, deponantur: si laici, segregentur.

Ca. 87. Vir q relicta vxore aliã ducit, adulter. est.

Quæ virũ reliquit adultera, si ad aliũ se cõtulit, secundu in sacratum Basilium, qui opti-

Hier. 3. me hoc ex propheta Hieremia colligit, &c. & qui reliquerit legitimam vxorem & aliam duxerit, iuxta Domini sententiam adulter est. Sancitū est, vt hi qui tales per annum lugeāt, per biēniū sint audientes, per triēnium subiaceant: & tandem sexto anno congregētur cum fidelibus, & ita demū mensa domini digni habeantur, si cū lachrymis pœnituerint.

Can. 88. Ne quis iumentum in templum inducat.

Nemo in sacra templa iumentum inducat. præterquam si quis iter faciens maxima opprimatur necessitate, & carens domuncula aut diuersorio, ad huiusmodi templum diuertit. Si enim iumentum non introduceret, forte illud periret, & ipse ob iumenti iacturam, inops consilij, ad celeriter viam capessendam mortis periculo obiceretur. Sabbatum enim propter hominē esse factum docemur. Quare præ omnibus æstimanda est hominis salus, & commoditas. Qui secus fuerit clericus, deponatur: laicus segregetur.

Can. 89. Dies passionis Domini nostri ieiunio celebretur vsque ad mediam noctem.

Qui dies salutaris passionis in ieiunio & oratione & cōpunctione cordis peragunt, oportet circa horā mediæ noctis magni sabbati ieiunos esse, cum Euangelistæ Matthæus & Lucas, ille per dictionem, Vespere autem sabbati, hic verò per profundum diluculum, tarditatem noctis nobis præscribant.

Can.

Ca.90. Ne dominicis diebus genua flectamus.

Ne dominicis diebus genua flectamus, à diuinis patribus noſtris canonice accepimus. Quare poſt veſpertinum ingreſſum ſacerdotum in ſabbato ad altare, vt more obſeruatum eſt, nemo genu flectit vſque ad ſequentem veſperam poſt Dominicam: in qua poſt acceſſum ad candelabrum rurſus genua flectentes, ſic preces domino offerimus, ſi celebramus reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti.

Can.91. Contra fœminas quæ abortus procurant.

Quæ pharmacha procurant abortus faciẽtia, & quæ venena ſuſcipiunt partus perimẽtia, pœna occiſoris accuſentur.

Ca.92. Puniantur raptores, & conſcij.

Raptores fœminarũ ſub nomine conſortij, ſiue patratores ipſi, ſanxit ſynodus ſanctavt clerici deponantur, laici anathematizentur.

Ca.93. Nequis ad ſecunda vota tranſeat, niſi certus de morte coniugis.

Mulier quæ viro ſecedente & incomperto quo terrarum agat, antequam de morte certa ſit, alteri nupſerit, mœcatur. Similiter & militem vxores quæ nubunt ignorantes virorum facta, eidem ſubiaceant rationi, vt quę non expectant reditum viri peregrinantis. Quãquam in hac re eſt quodammodo venia digna, quia plerunque mors præſumitur.

Ca.94. Ne quis ethnice iuret.

Iurantes iuramenta ethnica, nos huiusmodi homines excommunicandos decernimus.

Ca.95. Qualiter suscipiendi hæretici.

Ca.19 Concilij Nicæ. & c.7. & 8. Laod. & c.7. synod. 2.

Venientes ad ecclesiam, hæreticos suscipimus secundum morem & ordinem traditum Arrianos quidem & Macedonianos & Nouatianos, qui se puros sinceróque vocãt, & Tetradistas & Apollinaristas suscipimus, si libellos afferant. & execrentur quamlibet hæresim. De Paulianistis autem constitutio ab ecclesia catholica facta est, vt omnino rebaptizentur. Eunomianos verò qui vna submersione baptizantur, & Montanistas, qui hic Phryges dicuntur & Sabellianos, & reliquas omnes hæreses, præsertim qui à Galatarum regione sunt profecti, veniẽtes ad ecclesiam non secus ac gentes suscipimus. Et primo die ipsos Christianos, facimus. Secundo verò catechumenos. Tertio tamen ipsos auctoramus postquam ter insufflauimus in faciem & aures. Sic illos initiamus facimúsque vt in ecclesia numeretur, & audiant scripturas & tũc illos baptizamus. Manichæos verò & Valentinianos & Marcionistas, & huiusmodi hæresum libellos oportet facere, & execrari hęresim, & Nestorium, & Eutychæum, & Dioscorum, & Seuerum, & reliquos huiusmodi hæresum principes & omnes prolatas hæreses: & sic participes esse Sanctæ communionis.

Iuxta editionem Græcam, quoniam deest in Latinis exemplaribus.

Can.

Ca. 96. *Nequis calamistratis crinibus incedat.*

Qui per baptismum Christum induerunt, cõuersationem eius in carne imitaturos professi sunt. Qui igitur capillos in perniciem intuentiũ excogitata quadam implicatione digerunt, intentéq; ornat, veluti quasdã escas infirmis animabus ex eo proponentes, ea ratione paterna pœna curamus, vt pædagogi ipsos instruentes, & modestè viuere docentes, vt cum reliquerint deceptionem hanc & ineptias, ad perpetuam beatamque vitam assidue mentem conuertant, & in timore purè & castè conuersentur, ad Deúmque quantum fieri potest, accedant & interiorem potius quam exteriorem hominem virtutibus ornent, vt nullas secum reliquias ferant aduersæ stoliditatis. Qui secus se gesserit, excommunicetur.

Ca. 97. *Qui templa prophanant, reiiciendi.*

Qui cum vxore habitant, vel temere aliàs sacra loca prophanant, & sic in ipsius diuersantur, eiiciendos sancimus à penetralibus ædium sanctarum. Qui hoc non seruauerit, si clericus est, deponatur: si laicus, segregetur.

Ca. 98.

Qui mulierem alij desponsatam viuente adhuc sponso in vxorem duxerit, iudicio adulterij subiaceat.

Ca. 99. *Ne particulæ statæ sacerdotibus offerãtur.*

Et hoc in Armeniorũ regione fieri intelle-

mus, quosdam intus in sacris altaribus cum carnium portiones elixauerint, offerre particulas quasdam sacerdotibus, quæ solenniter à victimis abscindebantur, eas Iudaice distribuentes. Quare sancimus ne sacerdotibus liceat præcipua certáque tornacula carniũ ab offerentibus accipere, sed illis contenti sint, quę offerenti placuerint, & huiusmodi oblatio extra ecclesiam fiat. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Ca. 100. *Ne turpes imagines pingere liceat.*

Facilè sensus corporei quæ sua sunt in animam deriuãt. Picturas igitur oculorũ præstigiatrices siue in tabulis, siue aliàs proposita, & mẽtis corruptrices, & sufflammationum ad turpes voluptates incitatrices, sancimus, vt nullatenus in posterum pingantur. Si quis autem hoc fecerit, excommunicetur.

Ca. 101. *Quo gestu accedere oportet ad eucharistiam.*

Hominẽ ad Dei imaginẽ factum diuinus Apostolus vocat corpus Christi & templũ. Cũ omnẽ ergo sensibilẽ possessionem superet, qui salutari passione cælestẽ assecutus est dignitatẽ, manducãs & bibens Christũ, omninò vitę applicatur æternę, anima & corpore sanctificatus particeps est Diuinæ gratiæ. Quare si quis voluerit synaxis tẽpore cõmunicare purissimo Christi corpore, & corã ipso participatione esse, manus in formã crucis figurã, sic adeat, & suscipiat gratiæ cõmunionem.

Eos enim qui pre manu vaſcula quædam aurea, vel ex alia materia cõſtruunt ad ſuſceptionẽ Diuini doni, & per illa immaculatam cõmunionẽ volũt, nullo modo admittimus, vt pferentes materiã inanimẽ, hominíq; obnoxiã, Dei imagini. Si quis ſacerdos participes fecerit cõmunionis huiuſmodi, vaſcula admouentes, excõmunicetur qui hæc infert.

Can. 102. In abſoluendis hominibus à peccatis quæ cura adhibenda.

Oportet, qui facultatẽ abſoluẽdi & ligadi à Deo receperũt, peccati qualitatẽ ſpeculentur, & peccatoris promptitudinem ad reuerſionem, vt ſic medicamentum admoueant ægritudini aptum, ne ſi de peccato ſine diſcrimine ſtatuant, aberrent à ſalute ægrotantis. Non enim ſimplex eſt peccati morbus, verum varijs & multi formis plurimíſque noxiis propaginibus ſuppullulans, ob quas malum longè latéque diffunditur ac ſerpit quouſque tandem virtuti medicantis reſiſtat. Igitur qui oſtẽdere voluerit quantum valeat in ſpirituali medẽdi arte, oportet attente rimari qualiter affectus ſit qui peccauit an ad ſalutẽ inclinet, an contrà moribus quibus familiariter aſſueuit, aduerſus ſe ægritudinẽ ꝓ uocet inſpicere: & quid ille ſecũ deliberet ad redeundũ ad meliorẽ frugẽ. An obtemperet magiſtro, an mentis vlcus per admota pharmaca creſcat: & ſic miſericordia æqualan-

Infra Ca. 7. cõcilij Vormacien.

ce impartiri. Summa enim ratio & Deo & præfecto huic pastorali curæ errantem ouẽ reducere, & vulneratam ab angue curare, & nec per præcipitia desperationis detrudere, nec habenas laxare ad vitæ dissolutionem & contemptum, sed omnimodo qua pharmacis austerioribus qua mollioribus & lenioribus morbo contraire pugnaréque, vt vlcus cicatricem obducat, vt qui notos habeat pœnitentiæ fructus, & hominem ad claritatem illam supernam vocatum, prudẽter gubernet. Vtraque igitur scire oportet, & quæ sunt rigoris, & quæ commiserationis: sequi verò nõ eos qui superficiem traditarum figuratũ suscipere, vt nos diuinus Basilius docuit Imperator Iustinianus fidelis in Deũ Iesũ Christum assistens omnibus decretis & obtemperans, subscripsi. Sanctissimus Papa Romanus: Paulus eps Constantinopo. nouæ Romę, definiens subscripsi. Similiter & reliqui episcopi ex omni prouincia suscripsere 227.

Expliciũt canones sextæ synodi in Trullo congregatæ. In Decreto Gratiani ascribũtur aliquot decreta huic synodo, & septimæ etiã generali, quæ inter supra scriptos Canones non continentur. Ex quo certo apparet vitio typographorum id factum esse.

Concilium Tol. 12.

CONCILIVM TOLETANVM XII. tempore Agathonis Papæ, vel Leonis Papæ, anno primo Eringi regis.

Can.

Can. 1.

Agnoscitur verus Rex,& legitimus Bãbæ successor Erinhius quẽ & diuinum iudicium in regno præelegit,& decessor princeps successorẽ sibi instituit, & totius populi amabilitas exquisiuit,vnde subiecit synodus sic:Dignum est,vt sacerdotum ordo honorabiliter veneretur & suscipiat in regẽ.Vnde nõ erit iã deinceps ab anathematis sententia alienus, quisquis cõtra salutem eius erexerit vocem. *Rex Hispaniarum elegit sibi successorẽ.*

Ca.2.De *his qui pœnitentiam nesciẽtes accipiunt.*

Multos sæpè aspeximus in salute positos, vltimum desiderantes pœnitentiæ fructum: & rursus nimietate ægritudinis ita loquendi & sentiendi naturale perdidisse officium, vt nulla illis cura salutis suæ videretur inesse, nullo etiam pristinæ deuotionis noscerentur desiderio anhelare : quorum tamen casibus fraternitatis condolẽs ita talium necessitates in fide susceperit sua , vt vltimum illis tribuatur viaticum, scilicet ne sine fructu pœnitentiæ videantur transire à seculo. Quòd si forsitan respiciente Domino, saluti pristinæ reformentur,agunt cautionibus vanis & oppositionibus execrandis,qualiter à se tonsurę venerabile signum expellant,atque habitum religionis abiiciant, impudentissime asserẽtes ideo se nullis regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitẽtiam nec ipsi petierunt, nec consentientes acce-

perunt: quorum impudentia diuinæ bonitatis, quæ eos ad tam venerabile ac fœcundi fructus vocauit sacramentum, turpiter immemor,& obstinata procacitas non aliquando diceret talia, si qualiter ad vitā per sacrosancti lauacri gratiam veniret, meminisset. Etenim paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia,quæ nulli propter ætatem discernendi, vel expetendi sensui aptior iudicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum,nullo sensu,nulla etiam discretionis, industria id appetere possunt. Vnde sicut baptisma,quod nescientibus paruulis sine vlla contentione in fide tātum proximorum accipitur,ita pœnitentiæ donū, quòd nesciētibus illabitur, aliisq; impugnātia violationis,hi qui illud acceperint,obseruabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens,hoc violauerit synodale institutum,vt vere trāsgressor paternis regulis ferietur.Nec enim ista statuentes,sacerdotes quosque vt passim& licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant prorogare absoluimus, sed hos qui qualiter sorte pœnitentiam susceperint, ne vlterius ad militare cingulum redeant,religamus.

Ca.3.Vt quos regia admittit potestas, clerus non euitet.

Vidimus nonnullos & fleuimus ex numero culpatorum receptos in gratiam principum

pum,extortes,extitisse à collegio sacerdotũ, ab eis nulla se abstinebit sacerdotum communio, sed quos regia potestas in gratiam benignitatis receperit aut participes mensæ suæ effecerit, hos sacerdotum & populorum conuentus suscipere in ecclesiasticam cõmunionem debebit, vt quod principalis pietas habet acceptum, à sacerdotibus Dei non debeat esse extraneum.

Can.4.

Vt in villulis nullus ordinetur episcopus in Sardicen.eõsil.26.in Laodiceno 57.In Carthaginen.2.c.5.& Carthaginen.3.c.42.

Ca.5. *Contra sacerdotes qui non semper sacrificantes,communicant.*

Relatum nobis est,quosdã de sacerdotibus non tot vicibus cõmunionis sanctæ gratiam sumere,quot sacrificia in vna die videtur offerre,sed in vno die,si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à cõmunione suspẽdunt, & in sola tãtum extrema sacrificij oblatione cõmunionis sanctę gratiã sumunt, cũ dicat Apostolus:Nõne qui edunt hostias,participes sunt altaris?Certum est ꝙ hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt Dominici sacramẽti.Quicunque ergo sacerdotũ deinceps diuino altari sacrificium oblaturus accesserit,& se à cõmunione suspenderit, ab ipsa qua se indecenter priuauit gratia communionis anno vno repulsũ se nouerit.

De cons. dist.2. Relatum est nobis quosdam Semper in oblatione sacrificij fiat communio. 1.Cor.10.

Ca.6. *De authoritate conceſſa Pontifici Toletano in promotiones epiſcoporum.*

D.63.Cũ longe latéque. Illud quoque decernendum nobis occurrit quòd in quibuſdam ciuitatibus decedentibus epiſcopis propriis, dum differtur diu ordinatio ſucceſſoris, non minima creatur officiorum diuinorum offenſio. Vnde placuit omnibus, (ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque prouinciæ) vt licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoſcunque regalis poteſtas elegerit, & iã dicti Toletani pontificis iudiciũ dignos eſſe probauerit, in quibuſlibet prouinciis p̃ficere præſules, & decedentibus ep̃is ligere ſucceſſores. Si tamen, vt quiſque illis fuerit ordinatus, poſt ordinationes ſuæ tempus infra trium menſium ſpatium proprj metropolitani præſentiam viſurus accedat, qualiter eius authoritate vel diſciplina inſtructus, condigna ſuſcepta ſedis gubernacula teneat. Quòd ſi per deſidiam aut neglectũ quilibet conſtituti temporis metas exceſſerit, excommunicetur. Hanc quoque definitionis formulam ſicut de epiſcopis, ita de cæteris rectoribus placuit obſeruandam.

Toletanus pontifex præſcit nouos epiſcopos quos regia poteſtas prius elegit.

Can.7.

23.q.5. Præceptum domini eſt. De recepto teſtimonio perſonarum, quæ per legem teſtificandi licentiam perdiderũt, Nihil habet annotatione dignum.

Can.8. De *his qui vxores ſuas temere relinquunt.*

Præceptũ Domini eſt, vt exceptata cauſa for-

fornicationis, vxor à viro dimitti nõ debeat. Et ideo, quicunque citra culpa ct criminis supra dicti vxorem suam quæcunque occasione dimiserit. quia quos Deus iũxit, ille separare disposuit, tãdiu ãb ecclesiastica communione priuatus, & à cœtu omnium Christianorum maneat alienus, quandiu societatem relictæ coniugis synceriter amplectatur & foueat. Ita tamen, vt qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, tèrque vt corrigerentur, ad thorum suæ coniugis noluerint redire, & à palatinæ dignitatis officio ipsi se separabũt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quandiu in culpa fuerint, amissuri sunt.

Et in Decreto. Ino. lib. Matt. 5.

Can. 9.

De confirmatione legũ, quæ cõtra Iudęorum nequitiam promulgatæ sunt per Eringium regem. *Ca. 10.*

D. 54. Et si Iudæorum serui.

Consentiente pariter Domino nostro Eringio rege hoc sanctum consilium definiuit, quòd nullus audeat eos qui confugiũt ad ecclesiam metu vel terrore, qui ibi residẽt, inde vi abstrahere *Ca. 11.*

17. q. 4. Definiuit sanctum.

Contra cultores Idolorum, vt per regiam potestatem puniantur. Exo. 22. Deute. 17.

Can. 12.

Vt annis singulis in vnaquaque prouincia concilium celebretur.

Can. 13.

Totũ consumitur in gratiarũ actionibus

Deo,& Regi Eringio, & ſubſcriptionibus epiſcoporum.

¶ Explicit concilium Toletanum 12.

Bened. pap.81. Beneditus 2. Papa 18.ſub Petro,patria Romanus,diuinæ ſcripturæ ita operam dedit,vt exercitatione & doctrina in rebus diuinis ſingularibus tunc haberetur. Ad hunc Conſtantinus Imperator 61. (hominis ſanctitate permotus) ſanctionem miſit, vt deinceps, quem clerus populus, exercitúſque Romanus in pontificem elegiſſet, eundem ſtatim verum Chriſti vicariũ eſſe omnes crederent, nulla aut Conſtantino. Principis, aut Italiæ hexarchi expectata authoritate,vt antea fieri conſueuerat. id enim ratum erat in creando Pontifice, quod princeps confirmaſſet, vel qui eius vices in Italia gerebat, ſedit annum vnum.

Ioannes 5.Antiochenus 82.ſub Petro,ſedit annos duos vir ſingularis religionis,& manſuetudinis. Conſtantino Pogonato Imperat. circa annum Domini 685.

An.do. 676.Io. 6.pa.82. *An.do. 680.Conon.pa.83.* *an.d.681.* *Ser. papa, 84.* *Huius temporibus Beda vi-*

Conon,Thracia oriundus 83.ſub Petro,ſedit an.vnũ.Seruius Antiochenus 84.Papa ſub Petro, ſedit annos 9. Hic tempore Deodati pontificis Rom.veniens in clerũ Romanum aſciſcitur.Deinde verò ob eius doctrinã & diligentiã circa myſteria,& rẽ diuinã per ordines cõſcendens ſanctæ Suſannæ preſbyter cũ titulo eius loci creatur. Nũc vocatur Cardinalis

nalis eius tituli, inde assumptus est ad pontificatum, Iustiniano Imperatore 62.

Ioannes 6. Græcus 85. sub Petro, sedit annos tres. Tempore huius Pontificis Sarraceni occupata Libya & Aphryca, transmisso Atlantico freto, omnes Hispanias præter Astures & Cantabros occupant. Sub hoc floruit Beda, q ob religionē & modestiā Venerabilis nūcupatus est, & Strabo, & Haymo Bedæ fratres.

Ioannes 7. papa 86. sub Petro, natione Græcus, sedit annos 2.

Sisinius Syr⁹ 87. Pap. sub Petro, sedit dies 20.

Constantinus Syrus 88. sub Petro sedit annos septem, Prædicti Pontif. fuerunt sub Iustiniano.

xit in Anglia Ano. 690.
6. pon 85.
Ioan. 7. ponti. 86.
Eodem Sisin pa. 87.
Constan. pap. 88.
Concil. Tole. 13. Ano. 708.
Gregorius. 2. Pont. 89.

CONCILIVM TOLETANVM XIII.

Anno quarto eiusdē Regis Eringij, nihil habet singulari annotatione dignū.

Gregorius 2. Papa 89. natione Romanus ex patre Marcello, sedit annos 16. menses 9. dies 12. Leone Iconomacho Imperato. 68. Fuit hic Pontifex diuina scriptura eruditus, facundus eloquentia, constans animo, ecclesiasticorum dogmatū defensor, & contrariorū fortissim⁹ impugnator. Eo tēpore fluui⁹ Tyberis alueū suum egressus se per cāpestria dedit, & intumuit inūdatione aquarū multarū, & transcēdit aliquibus locis & muris vrbis, & vltra basilicam sancti Maci per plateas se extendit ita vt in via lata ad vnam & semis staturam

aqua eiusdem fluminis excreuisset.

Similis inundatio fuit sub Clemen.7.anno domini 1530.8.die Octobris.

Item similis fuit sub Paulo. 4 anno domini 1557. die 14.Septembris.

Extant aliquot huius pontificis epistolæ, maxime ad Thuringos,& Saxones,&Germanos,qui deserta fide ad idola colenda fuerant compulsi,per Paganos,ad quos misit Bonifacium episcopum, qui eos ad fidem Catholicam euocaret.

a.d.729. Greg.3. pont.90.

Gregorius tertius,90. Papa sub Petro natione Cyrus,ex patre:Ioanne,sedit annos 10. menses 8.dies 25.vir mittissimus, & valde sapiens in diuinis scripturis sufficienter instructus.Græca Latináque lingua eruditus. Psalmos omnes per ordinem retinens memoriter, & in eorum sensibus subtilissima exercitatione limatus,Leone 3. Iconomocho Imperato.circa annum Domini 731.

Extant decreta illius, quæ in synodo quadam instituit obseruanda, in quibus cauetur ne inter consanguineos celebrentur coniugia quomodo nunc cautum est in iure.

Exta epistola eius ad Bonifaciũ apud Germaniã legatum in qua cõsultus de duobus articulis, respondet. Primo legebatur in tua epistola,vt quota progenies ꝓpinquorũ matrimonio copulet̃.Dicimus quòd oportuerat quidẽ quãdiu se agnoscũt affinitate propinquos,ad huius copulæ nõ accedere societatẽ, sed quia tẽperãtia magis,& prẽsertim in tam bar-

barbarã gẽtem plus placet quam districtio censuræ, concedendum est, vt post quartam generationem iungantur. Secundum, quod quæris: Si mulier infirmitate correpta non voluerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis. Respondet: Bonum esset si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidij opa subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, & non detestabilis culpa excludit.

Forsan ea infirmitas præcessit vinculum matrimonij, & erat talis, quæ reddè illam incapacem coniugij quoniam si subsequuta est infirmitas coniugum, non daretur ea venia denuo nubendi *Author.*

Zacharias papa.91.sub Petro natione Græc⁹ ex parte Polychronio,sedit annos 10.mẽses 3.dies 14. vit mitissimus atq; suauis, amator cleri & totius populi Romani, rardus ad irascendum, & velox ad miserendum. Constantino & Irene eius matre imperantibus. Hic inuenit totam Italiam bellorum turbatione cõmotã: quam suo prudentissimo studio penè totam pacauit. Extat epistola Bonifacij apud Germanos legati ad Zachariam papam, in qua requirit voluntatem sedis Romanæ in quibusdam, quæ visa sũt illi necessaria ad confirmãdam fidem Germanorum. Primũ, Necesse habemus indicare paternitati vestræ, quia per Dei gratiam Germaniæ *Zac.põt.91*

Bonifacius petit.

[illegible]mari per episco- Ro. sedes e- piscopales quas ere- xerat in Germ.

populis aliquantulum correctis, tres ordinauimus episcopos, & prouinciam in tres parochias discreuimus, & in illa tres vrbes in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis authoritatis vestræ confirmari & stabiliri precantes desideramus: vt si Dominus voluerit, per authoritatem & præceptũ sanctísque iussionibus apostolicis fundatæ & stabilitæ sint tres in Germania episcopales sedes, & vt præsentes vel futuræ generationes non præsumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum apostolicæ sedis.

Secũdũ, Notum sit similiter paternitati vestræ ꝙ Carlomagnus Rex Frãcorum me accersitu ad se rogauit, vt in parte regni Frãcorũ, q̃ in sua est potestate, synodũ inciperẽ cõgregare, & ꝓmisit sede ecclesiastica religione quæ iã lõgo tẽpore, i. non minus q̃ ꝑ 60. vel 70. annos calcata & dissipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter si hoc (Deo inspirãte) veraciter ĩplere voluerit cõsiliũ & p̃ceptũ sanctæ vestræ authoritatis. i. apostolicę sedis habere & scire debeo. Tertium, Deinde si inuenero apud illos diacones & presbyteros fornicarios & adulteros, & sic pro populo sacras oblationes offerre, volo habere præceptum & conscriptum authoritatis vestræ quid de talibus definiatis, vt per responsum apostolicum conuincantur & arguantur peccatores.

Requirit autoritatẽ pontificis Rom. ad congregãdam synodum.

Quar-

Quartũ, Inueniũtur quidam inter eos epi, qui licet dicant se fornicarios vel adulteros non esse, sunt tamen ebriosi, & incurioſi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundũt propria manu sanguinem hominũ paganorum, siue Christianorum: Volo scire sententiã vestrã, quia seruus legatus apostolicæ sedis esse dignoscor, vt vnum sit verbum meum hic & vestrum ibi.

Quintum, De vna re & concilium quærere & licentiam petere necesse habeo, eo quòd venerandę memorię prædecessor vester, sicut audistis, in præsentia vestra mihi præcepit, vt presbyterum post obitum meum, Deo volẽte in ecclesiastico ministerio hæredẽ & successorem constituere deberem, & hoc mihi (si Dei voluntas est) placet, sed modo dubito, & nescio si fieri possit, quia postea frater illius auunculum ducis regis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter ista discordia pacificari & finiri valeat. Ideo obsecro, vt authoritate vestra licentia sit, vt cum consilio seruorum Dei de ista electione faciam quod nobis in cõi pro Deo & pro ecclesiæ vtilitate, vel fructu spirituali, & defẽsione religionis optimum esse videatur, & mihi inspirare dignetur Deus: quia hoc non videt posse fieri si cõtrarius princeps fuerit.

Rogat Bonifacius si possit eligere successorem sedis suæ.

Sextũ, Quærere & interrogare paternitati vestræ cõsiliũ debeo de quadam cõfusione

& scandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens, mentem nostram conturbauit, & sacerdotibus ecclesiarum verecundiã incutiebat, quia laicus quidam dicebat sibi ab apostolicæ sedis pontifice sanctę memoriæ Gregorij datam fuisse licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi sui, quæ & ipsa fuit vxor consobrini, & illa eo viuẽte discessit ab eo, & isti viro in tertio gradu propinqua illius esse dignoscitur, qui nunc eam accipere desiderans, affirmat sibi licentiam datam, & deinde votum vouit Deo castitatis, & velata fuit, & iterum abiecto velamine maritata: tale enim matrimonium supradictus homo ab apostolica sede sibi affirmat esse concessum: quod non æstimamus verum, quia synodus & ecclesia in qua natus & nutritus fuit, talem copulam & matrimonium, maximum scelus, & incestum & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri ex authoritate sanctę scripturę iudicabant. Qua propter paternitas vestra huius rei veritatem nobis indicare non dedignetur, vt ecclesiæ sacerdotibus, vel populo christiano inde scandala, vel scismata, vel noui errores no orian ur & concrescant.

De scãdalo orto ex dispensatione.

Facile trahitur in exemplum quod Roma.

Septimum. Quia carnales homines idiotę, Germani, vel Franci, si iuxta Romanã vrbẽ aliquid facere viderint ex his peccatis quæ nos prohibemus, licitũ & cõcessum à sacerdoti-

dotibus esse putant: & dum nobis improperium deputant, sibi scandalum vitæ accipiũt, sicut affirmant se vidisse annis singulis in Romana vrbe, & iuxta ecclesiam sancti Petri in die vel nocte quando Cal. Ianuarij intrant: paganorum consuetudine choros ducere per plateas, acclamationes ritu gentilium, & cantatione sacrilega, celebrare & mensas illa die vel nocte dapibus onerare. Quæ omnia eo quod ibi à carnalibus & insipientibus videntur, nobis hic improperium, & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiunt. Et si istas paganias paternitas vestra ibi in Romana vrbe prohibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina ecclesiastica perficiet. Hæc omnia domine charissime propterea vobis nota facimus, vt vestiæ authoritatis responsum talibus dare possimus, & per cautelam vestræ doctrinæ oues ecclesiæ non seducantur: sed lupi rapaces superati pereant.

Epistola Zachariæ papæ ad Bonifacium episcopum.

Quomodo constituendæ sedes episcopales. D. 80. per totum.

Suscepimus fraternitatis tuæ literas & petis vt per authoritatem nostræ sedis epales ibidem sedes firmẽtur. Sed tua sancta fraternitas pertractet mature: si expedit, aut si loca vel populorũ tuæ talia esse probãtur vt epos habere mereãt. Memineris q̃ in sacris canonibus p̃cipimur obseruare, vt minimè

in villulas vel in modicas ciuitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos tuis literis prouocati, quæ proposuisti absque mora concedi gratimur, & statuimus per apostolicam authoritatem episcopales illic sedes quæ per successionem episcopos mereantur, & populis præsint, atque in quib⁹ verbum prædicationis subiecti insinuetur. Et nulli post hæc liceat hæc quæ à nobis sancita sunt quoquomodo violare, quæ authorita. b. Petr. apost. firma esse decernimus.

De eo autē qđ intimasti q̄ Carlomagnus rogauit: Respondemus q̄ dū iuuante Deo quę à præfato filio nostro promissa sunt, ad effectū pducta fuerint, tuáq; fraternitas memorato concilio consederit, si quos repererit episcopos, presbyteros aut diaconos cōtra canones vel statuta patrū excessisse, i. in adulterio, vel si plures vxores habuerunt, aut si sanguinē Christianorū siue Paganorum effuderūt, &c. nulla rōe apostolica authoritate permittas sacerdotio fungi, quia tales à suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes & peiores ac deteriores secularibus esse noscūtur, q̄ se neq; à fornicationibus, nec à nefariis matrimoniis abstinēt. neq; ab hominū sāguinis effusione manus seruāt innoxias. Quales esse sacerdotes existimant, dicente Dño: Sacerdotes mei semel nubāt, & Aposto. Vnius vxoris virū, &c. Et hoc ante susceptum sacerdotium vti licitum est, nam à die susceptī sacerdotij,

Qualiter olim permissum est sacerdotibus coniugium. Tit. 1.

etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt,&c. Quomodo se sacerdotio fungi considerant, qui talibus sceleribus inuoluti esse monstrantur? Qui peiora, secularium scelera cõmittunt, vt plures vxores habere præsumãt, quibus nec vnã cõcessum est post susceptum ministerium attrectare? Isti nanque, vt præmissi nec sacerdotio fungi patrantur, nec diuina contingere mysteria commonemus.

Ad quintum, De eo autem quòd tibi successorem constituere dixisti, vt rem iubente in tuo loco eligat episcopum, hoc nulla ratione concedi patimur, quia cõtra omnẽ ecclesiasticam regulam vel instituta patrum esse monstratur. Sed volumus vt tibi ministret, & sit in euangeliũ Christi adiutor. Nimis enim reprehensibile manifestum est, vt te viuente tibi alium substituamus. Sed hoc commonemus, vt quandiu te diuina inserit clementia supereſſe, sine intermissione orare non cesses, vt tibi Deus illum successorem concedat qui eis possit esse placabilis & populũ quẽ ad suam gratiã per vestræ sanctitatis industriam vocare voluit, irreprehensibiliter regere valeat, atque ad viã vitæ elaboret pducere. Si aũt contingat aliquẽ post tui transitus diẽ supereſſe, quẽ idoneũ cognoueris & in tua volũtate fuerit definitũ ea hora qua te de præsenti seculo migraturum cogi oueris præsentibus cunctis tibi successorem

7. q. 14. de eo autem. Nõ cõceditur vt episcopo superstite alius successorem subroget.

7. q 1 c. Petisti vt cum nostro.

Conceditur Bonifacio vt hora mortis sibi successorẽ designet.

desigua, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus.

Quantum cauebat epi scopus Romanus dispẽsare contra canones patrum.

Ad sextum. De illo autem qui viduã auunculi sui, &c. Absit hoc vt prædecessor noster ita præciperet. Nec enim ab Apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse patrum siue canonum institutis perhibentur. Ideo admonere, adhortari, increpare eos fratter ne cessες. quatenus à tali scelesto recedant matrimonio vt non in æternum pereant.

Ad septimum, De calendis verò Ianuariis, vel cæteris auguriis, vel aliis diuersis obseruationibus, quæ Gentili more obseruari dixisti apud beatum petrum apost. vel in vrbe Roma, hoc à nobis & omnibus Christianis detestabile & pernicioſum esse iudicamus, dicente Deo: Non augurabimini, neque obseruabitis somnia. Ita & à nobis cauendum esse cẽsemus, vt nullis auguriis vel obseruationibus attendamus, quia omnia hæc abcisſa esse à patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, à die qua nos iussit diuina clementia apostoli vicem gerere, illico omnia hæc amputauimus. Pari enim modo volumus tuã sanctitatem populis tibi subditis prędicare, atq; ad vitam æternæ vitæ perducere, &c. Deus te in columen custodiat reuerendiſſimè frater.

Leuit. 19. Num. 23.

Extat altera epistola ad eundẽ Bonifaciũ

Reue-

Reuerendissimo fratri Bonifacio episcopo,&c. Retulerunt quòd fuerit in eadem prouincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat,& dum baptizaret, nescíens latinum eloquium infringens linguam, diceret: Baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritu sancta ac per hoc tua fraternitas considerauit rebaptizare. Sed sanctissimè frater, si ille qui baptizauit, non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire vt denuo baptizentur. quia quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine patris & filij & spiritus sancti, vt tua fraternitas bene compertum habet, nullo modo rebaptizari debet, sed per solam manus impositionem purgari. Vale frater.

Ignorantia linguæ latina mutans verba baptismi. verum confert baptismum.

SYNODVS SVB ZACHARIA papa mandato apostolico à sancto Bonifacio & Francorum episcopis sub Carlomagno duce habita anno 742.

In nomine Domini, &c. Ego Carlomagnus dux, & c. Anno ab incarnatione Christi 742. 11. cal. Martij, cum concilio seruorum Dei,& optimatũ meorum epos qui in regno meo sunt cũ presbyteris ad cõciliũ & synodũ pro timore Christi cõgregaui, Bonifaciũ archiepiscopũ ac reliquos epos cum presbyteris eorum, vt mihi cõsilium darent quomodo

lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur quæ in diebus præteritorũ principum dissipata corruit, & qualiter populus Christianus ad salutẽ animæ peruenire possit. Et ordinauim⁹ cõsilio sacerdotũ, & optimatũ meorum per ciuitates epos, & cõstituim⁹ super eos archiepm Bonifaciũ q est missus sancti Petri.

Can. 1. Quæ sint prohibita ecclesiasticis.

Statuimúsq; per annos singulos synodum congregari, & falsos presbyteros, & adulteros vel fornicatores diacones & elericos de peculiis ecclesiarum abstulimus, degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus, Et seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter diuinum ministeriũ, i. Missarum diuina adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt, i. vnũ vel duos episcopos cum capellanis presbyteris princeps secum habeat, & vnusquisq; præfectus vnũ presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare, & indicare pœnitentiam possit. Necnon & illas venationes, & syluaticas vagationes cum canibus omnibus seruis dei interdiximus. Similiter accipitres & falcones non habeant.

Permittitur principi ad sacra ministeria vnum aut duos episcopos secũ habere.

Ca. 2. Vt singulis quadragesimis episcopo presbyter rationem ministerij reddat.

Decreuimus quoq; iuxta sanctorũ canones,

vt

vt vnusquisq; presbyter in parochia habitãs episcopo illi subiectus sit, in cuius parochia habitat, & semper in quadragesima rationẽ & ordinem ministerij sui, puta de baptismo, de fide catholica de precibus & ordine missarum episcopo reddat & ostendat. Et quandocunque iure canonico episcopus circuit parochiam ad populos confirmandos presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione & adiutorio populi qui ibi confirmari debet, & in cœna Domini semper nouum chrisma ab episcopo quærat, & episcopo testis assistat castitatis & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

Can. 3. Absque probatione synodali ignoti episcopi aut presbyteri non admittantur.

Statuimus etiã vt secundũ cautelã omnes vndecũque superuenientes ignotos epõs vel presbyteros ante probationem synodalẽ in ecclesiasticum ministerium nõ admittamus.

Can. 4. Vt cum presbyteris vel diaconibus nulla mulier cohabitet.

Decreuimus quoque vt presbyteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed cassulis vtantur, ritu seruorum Dei, & nullus in domo sua mulierem habitare permittat.

Can. 5. Episcopo sit cura spurcitias omnes Gentilitatis abiicere.

Itẽ decreuimus vt vnusquisque episcopus in sua parochia solicitudinẽ habeat adiuuãte,

Graphione, qui defensor ecclesiæ est, vt populus Dei paginas non faciat, sed vt omnes spurcitias Gentilitatis abiiciat.

Explicit synodus sub Carlomagno.

Stephanus pontif. 92. an. d. 750.

Stephanus secundus papa, qui sub Petro sedit annos. 5. dies 28. vir singularis religionis & prudentiæ.

Paul. pap.

Nota.

Paulus primus, papa. 93. sub Petro natione Romanus, Stephani secundi frater, sedit annos decem mensem vnum, vir tantæ pietatis & humanitatis, vt noctu cum duobus aut tribus familiaribus cubicula pauperum & ægrotantium circumiret, vnumquenque eorũ & verbis & eleemosynis ad recuperandã valetudinem cohortaretur, & carcerem quoq; frequenter adibat.

a. d. 760.

Constant. pap.

Constantinus secundus, papa. 64. sedit annum vnum.

an. d 791.

Steph. pa. a. d. 64.

Stephanus tertius Siculus. papa 95. sedit annos tres, menses quinque.

Adrian. papa.

Adrianus primus, Romanus, 96. papa sub Petro, sedit 23. annos menses 10. dies 17. nequaquã à prædecessoribus degenerauit, cum quouis optimo pontifice comparari potest.

SYNODVS SECVNDA NIcæna, quam Græci septimam generalẽ appellãt, Anno domini 780. imperantibus Constãtino & Irene eius matre, sub episcopo vrbis Romæ Adriano primo papa, celebrata contra eos qui imagines in ecclesiis damnant & eiiciunt, in qua imaginũ expressiones adorãdas

has & amplectandas relatiue decretum est, & donor[illegible]das reliquia sanctorum.

Actio prima.

Imperantibus piissimis Constantino cum matre sua Irene, conueniente sancta & œcumenica synodo in Nicea Bithiniæ Petro archipresbytero Romanæ ecclesiæ, & Petro monacho vicariis existentibus apostolicæ sedis, præsente Tarasio archiepiscopo inclytæ Constantinop. nouæ Romæ. & cæteris episcopis, &c.

Primò omnium venerunt in concilium tres episcopi ex cõciliabulo Ephesino, in quo damnatæ fuerant imagines, resipiscentes: & attulerunt libellos confessionis suæ. Primus erat Basilius Ancyræ episcopus, Secundus Theodorus Cyrus episcopus Myron, & tertius Theodosius episcopus Amorij. Basilius episcopus è libello sic cœpit legere.

Confessio catholica.

Credo & cõfiteor in Deũ patrẽ omnipotẽtem, & in vnicũ dominũ Christũ filium eius vnigentiũ, & in sanctum spiritum dominum viuificantem, & Trinitatem consubstantialem in throno eodem consedentem, in vna deitate, potestate & authoritate, adoratam & glorificatã in vnius sanctæ Trinitatis, & domini Dei nostri Iesu Christi œconomia, quẽadmodũ sex sacræ œcumenicæ synodi tradiderunt. Hæc oĩa sic cõfiteor. Vniuersam autẽ

Basilij prius hæretici confes. catholica.

hæreticorum linguæ incõtinentiam abiiciés execror quemadmodum ipsi sese reddiderũt execrabiles. Interpellans etiam intemeratæ virginis nostræ Deiparæ, sanctarum cælestiũ potestatum, omniúmq; sanctorum intercessionem: horum etiam sanctas reliquias cum omni honore suscipiens & amplectens honorifice veneror, firmiter credens me illorũ sanctitatis fieri posse participẽ. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Iesu Christi Domini & Dei nostri qui propter salutem nostram homo factus est, inuiolatæ virginis dominæ nostræ Deiparæ, sanctorúmq; apostolorum, prophetarũ, martyrum, & omnium sanctorũ suscipio & amplector, cisdémq; honorẽ debitum exhibeo: Abiiciens & execrans ex toto animo & corde congregatam ex deprauata mente & insanias, & appellatã septimã synodũ apud eũ qui recte sapiunt, nimium q̃ iuste & canonice ψευδοσύνοδον hoc est falsum conciliabulum appellatum, vtpote ab omni pietate & religione alieno, & à Deo traditę ecclesiasticæ legislationi audenter & præfractè, ne dicam impie oblatrantem, venerandáſq; imagines cõtumelia afficientẽ, iubentémq; has è medio sacrarum ecclesiarũ tolli, cui præfuit Theodosius falsò nominatus Ephesi episcopus: Sisinnius item Pergæ cognomine Pastillas. Anathematismi eiusdem Basilij Ancyræ epi-

Pri-

Primus, Qui doctrinas sanctorum patrum & traditionem catholicæ ecclesiæ contemnunt: quîq; causantur & voces Arrij Nestorij, Eutychis, & Dioscori iactant dicentes ꝙ nisi satis ex veteri & nouo testamento instructi essemus, sanctorum patrum, sacrum sex synodorum doctrinas, & catholicæ ecclesiæ traditiones sequeremur, execratio.

Secundus, Qui inquiunt diabolicarum insidiarum inuentum sacrarum imaginum culturam & ædificationem, nequaquam autem sanctorum patrum nostrorum traditionem, execratio.

Cæteri anathematismi eadem continent, quæ & illi qui sunt in fine septimæ actionis.

Hæc quidē confiteor & approbo, & ex tota anima, corde, & mente demonstro. Quòd si autē siue ex calūnia, siue ex instinctu volens nolens vllo tēpore ab his disciuero, alienus sim & à sancta Trinitate, & à catholica eccle.

Similiter & alij duo produxerunt libellos confessionis suæ sequentes Basilium Ancyræ episcopum ex Chrysostomo ex Basilio in oratione in quadraginta martyres, probantes venerationem imaginum, & cinerem sanctorum martyrum: quos benignè excepit sacra synodus etiam restitutis eis suis sedibus, in quibus continuo iussi sunt residere.

Deinde adducti sunt & alij plures epī ex eadē hæresi: & placuit sanctæ synodo secundū *1.7. Conuenientib.*

canonem octauum Nicenæ synodi, & tertium Ephesinæ, & epistolam diui Basilij ad Amphilochium super simili negotio scriptam, eos ab hęresi venientes recipi cum manuum impositione.

Præcessit autem longa disputatio quomodo hæretici pœnitentes, cum redeunt ad ecclesiam catholicam, sint recipiendi: sed ex sententiis patrum Basilij, Athanasij, Cyrilli, Chrysostomi, & Sardicen. synodi deliberatū est eos cum manuum impositione recipiendos: & sic absoluta est actio prima.

Actio secunda.

Imperantibus Constantino, & Irene eius matre, &c. vt in actione prima.

Primo producta est in synodo epistola Adriani archiepiscopi Romani ad Constantinum & Irenem Augustos, in qua hæc insunt.

Primo historia Syluestri & Constantini de lepra & exilio montis Soracte, de visione apostolorum Petri & Pauli in somno, & de baptismo Constantini de quibus in præfatione concilij Nicæni.

Secundo Gregorij Nisseni locus pro veneratione imaginum.

Tertio Basilij magni testimonium in libro aduersus Iulianum de inuocatione sanctorum, & imaginum veneratione.

Item Chrysostomi in eandem rē sententia.

Item Cyrilli ad idem locus.

Item

Item Athanasij, & Ambrosij ad Imperatorem Gratianum sententiæ.

Item Hieronymi locus de imaginibus habendis.

Item Stephani episcopi Bostrorum sermo de imaginum veneratione.

In eadem actione lecta est epistola synodica eiusdem Adriani papæ ad Tarasium patriarcham in qua primo dicitur quòd pictura illa veneranda in qua agnus digito præcursoris demonstratur, à sexta synodo probata sit, vnde vsus inualuit eius frequentissimæ picturæ.

Deinde tractat de authoritate Romani pōtificis, & quòd ecclesia Romana sit caput omnium ecclesiarum.

Postremo adiectæ sunt sententiæ omnium episcoporum & synodi.

Petrus, & Petrus locū tenentes sanctissimi papæ veteris Romæ Adriani dixerunt: Dicat nobis Tarasius patriarcha regiæ vrbis, consentitne literis sanctissimi papæ, ao minus?

Tarasius patriarcha respondit: Nos patrum præceptis imbuti, sic confessi sumus, & confitemur, concordamus, & vim literarum lectarum confirmamus, & imaginum picturas secundum priscam patrum traditionem recepimus, & has desiderio nostro adoramus, vt in nomine Christi Dei nostri & intemeratæ Deiparæ virginis, sanctorum angelorum, &

omnium sanctorum factas : sed apertis verbis testamur nos dumtaxat in vnum Deum verum latriam, hoc est cultum & fidem nostram referre & reponere.

Sancta synodus dixit : Vniuersa sancta synodus sic credit,& sic docet.

Petr⁹ & Pet⁹ legati Apostolicæ sedis dixerũt,Dicat nobis sacra synodus,nũ recipiat sãctissimi papæ veteris Ro.literas,an minus?

Sancta synodus respondit: Sequimur,recipimus,& probamus.

In eandẽ sententiam & reliqui epi pronũciauerunt. Et sic absoluta est actio secunda.

Actio tertia.

In hoc secũdo cõcessu,primò restitutus est Gregorius episcopus Neocæsareæ ex hæresi veniens, in priorem gradum dignitatis suæ. Secundo, producta est epistola synodica Tarasij archiepiscopi ad episcopos Orientales, alia eorundem episcoporum ad prædictum Tarasium, in quibus explicantur per capita sex synodi generales,& quæ in eis gesta sunt.

Deinde adduntur sequentia.

His itaq; sex sacris synodis, quas solas vniuersales agnoscimus, cõcorditer orthodoxa fides stabilita est, nec aliã præter has synodũ accipimus. Locales autẽ synodos nõ auersamur,sed magis amamus,amplectimur,& recipimus,earum etiã diuinit⁹ inspiratas canonicas cõstitutiones,correctiões,&vtiles earũ.

legisla-

legislationes summa obseruantia colimus. Apostolicas autem ecclesiæ traditiones, quibus veneratio culturáq; sanctorum docetur, recipimus & veneramur. Eos autem vt ministros amicos, & filios dei existentes honoramus. Honor enim qui à conseruis idem sentiẽtibus inuicem exhibetur, indicium est beneuolentiæ erga dominum. Sunt enim prõptuaria Dei & pura Christi habitacula, spiritúsque sancti immaculata specula. Sancti enĩ in Dei manu sunt, ob idque pretiosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. Seruator noster Christus fontes salutares, sanctorum reliquias nobis reliquit multis modis beneficia fundẽtes, martyrũ enĩ ossa virtutes multas operantur, atq; id p Christũ q in ipsis habitat. Cũ his etiã sanctas imagines reueremur, principio adorãtes Dei verbi ꝓpter nos incarnati, Dñi nostri & seruatoris Iesu Christi, qui formã serui assumpsit, imaginẽ. Quãquã sciamus ipsam imaginẽ & typũ Deitatis, quę cũ carne illius immaculata incõuulsim vnita est, minime posse figuram præstare. Inuisibilis enĩ est diuina natura, nec depingi nec figurari se permittit: Deũ enim (vt ipse inquit) nemo vidit vnquã: sed humanitatis illius imaginẽ coloribus ducentes adoramus. Veneramur etiã & adoramus imaginẽ Deiparæ, & Dominæ nostræ irreprehensibilis, immaculatæ, & inexplicitæ castitatis matris, quæ illum peperit,

Sancti vt filij dei colũtur.

Reliquiæ sanctorum virtute potentes.

Quinetiã ſanctorũ apoſtolorum, prophetarum, & victorum martyrum, ſanctorúmq; & beatorum, veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materia, aut in coloribus honorem cõſtituentes ſed per hoc officium noſtrum, quòd ipſis à Deo quorum typum imagines geſtant, debemus impatiẽtes, cum ſciamus iuxta Baſilij magni ſententiam, quòd imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.

Cũa prædicta q̃ cõuenerãt epiſcopi receperunt & approbarunt, & ſubſcripſerunt omnes ẽpi nume. 350. & ſic abſoluta eſt actio tertia.

Actio quarta.

Imperãtib⁹ Cõſtãtino & Irene eius matre, conuenientẽ ſancta & vniuerſali ſynodo, &c. iuxta ordinem in prima actione præſcriptũ.

In hac actione quarta multa ex ſcriptura, & ſanctorum doctrinis afferuntur teſtimonia de vſu pio & vtili imaginum.

Quòd in ſacris ſcripturis imagines admittantur. Primo adducitur locus ex lib. Exodi, ibi. Facies propitiatorium, &c.

Exo. 25. Secundo ex Numeris, Ibi: Ipſa eſt dedicatio altaris, &c.

Eze. 41. Tertio ex Ezechiele, Introduxit me in templum, vt metiretur, &c.

Heb. 9. Quarto ex epiſtola ad Hebræos. Habebat quidem etiam prius tabernaculum iuſtificationes, &c.

Item

Item temporibus Chrysostomi sanctorũ imagines pingebantur : & ipse Chrysostomus habuit tabulam continentem picturam cædis Assyriorum veteris testamenti.

Item recensetur Gregorij Nysseni pathetica oratio de pictura, in qua à patre Isaac immolabatur, in qua in hunc modum loquitur Gregorius: Vide sæpius inscriptionis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cũ tam efficaciter ob oculos poneret historiam, &c. Quibus verbis auditis aliqui patres dixerunt : Si tanto doctori historia inspecta peperit vtilitatem & lachrymas, quanto magis rudibus & idiotis vtilitatem & commoditatem afferet? Alij verò sic dixerunt: Si Gregorius vigilantissimus ad diuina oracula, inspecta historia Abrahæ fleuit, quanto magis œconomia incarnati Domini nostri Iesu Christi verbi Dei nostri à nobis inspecta ad lachrymas & vtilitatem cõtemplantes nos adhortabitur? Et Cyrillus eandem picturã suo tempore extitisse probat in epistola ad Acacium episcopum.

Extat adhuc sermo sancti Athanasij de imagine dñi nostri Iesu Christi, & de miraculo in Beryto ciuitate prodito, cum imago cesa est à pfidis Iudæis, & percusso latere sanctę imaginis continuo exiuit sanguis & aqua, &c.

Hic sermo totus lectus est in concilio ad statuendam venerationem imaginum.

Ibidē annotatur à patribus ratio cur miracula à nostris imaginibus nunc non edātur:
1. Cor. 14. nempe (vt dicit Apostolus) quoniam miracula non credentibus data sunt, sed his qui in incredulitate versantur.

Ibidem docetur & decernitur à sanctis episcopis quòd templa non nugacibus & vanis picturis ornanda sunt, sed historiis veteris & noui testamenti parietes templi replere cōuenit, vt hi qui literas non norunt, nec sacrā scripturam legere queunt, contemplatione picturę in memoriam reducant quinam germane vero illi Dei per fortia facta seruierūt, atque in certamen excitentur laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terram commutauerunt.

Ibidē lecta est docta disputatio Leōtij epi Neapoleos Cypri contra Iudæos pro imaginibus sanctorum conseruandis: est dialogus quidem satis elegās, lectione dignus, desumptus ex lib. 5. apologiæ eius: extabant tunc & alia opera sancti episcopi Leontij.

Itē recēsita sunt tria miracula ex lib. miraculorū sanctorū martyrū Cosmæ & Damiani pro statuenda imaginum veneratione.

Item traditur quòd omnis honor imagini exhibitus ad prototypū refertur. Quod probatur primo ex 4. libro contra Arrianos patris Athanasij.

Secūdo ex codice 30. capitum ad Amphilochium

chiũ de ſpiritu ſancto beati Baſil. c. 7. Ex quo colligitur falſum & ſtultũ eſſe axioma, quod falſa ſynodus ſparſerat. Quicunque imaginẽ adorat, in duo Chriſtũ diuidit, & quicunque imaginem aſpiciens dixerit, aut inſcripſerit ei, hoc eſt Chriſtus, Chriſtum diuidit.

Deinde produxerunt vicarij Adriani papæ veteris Romæ in codice paruo verba Baſilij in epiſtola ad Iulianum apoſtatam, quæ ſic habent. Confiteor etiam filij incarnatam οἰκονομίαν. Deinde ſanctam Mariam quæ ſecũdum carnem illum peperit (hanc Deiparam vocãs) ſuſcipio enim ſanctos apoſtolos prophetas, & martyres qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum mediationem propitius ſit mihi Deus noſter benigniſſimꝰ, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palàm adoro: hoc enim nobis & à ſanis apoſtolis non eſt prohibitum, ſed in omnibus eccleſiis noſtris eorũ hiſtorias erigimus.

Poſtremo productæ & lectæ ſunt, 4. epiſt. 1. Gregorij papæ Rom. ad Germanũ patriarcham Conſtantinopolitanum. Alij tres Germani ad diuerſos epiſcopos Orientis pro refellenda hac improbitate hæreticorum, & ſtatuenda veneratione imaginum.

In confirmationem prædicti dogmatis adductus eſt ab Helia protopreſbytero

ecclesiæ Deiparæ virginis in Blachernis sextæ synodi, ca. 82.

Recitato itaque ab Helia practito canone, Tarasius patriarcha dixit.

Sexta synodus.

Ex hac sententia apparet nouē canones, qui in exēplaribus Latinis sextæ synodi scribuntur falso ei synodo ascribi.

Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? scandalum enim est dubitare, non sint sextæ synodi. Cognoscant igitur tales sextam synodum temporibus Constantini fuisse congregatam nimirū contra eos qui tātummodo vnam actionem & voluntatem in Christo collocāt. Illi igitur hęreticos anathemate verberantes, orthodoxámque fidem confirmantes sub annum decimumquartum imperij Constantini domū redierūt, post annos tamē quatuor aut quinque, iidem illi patres sub Iustiniano Cōstantini filio congregati prædictos canones ediderunt neque hac de re quisquam dubitet. nā qui tēporibus Cōstātini subscripserūt, iidem illi sub Iustiniano quoque pręsentē hāc chartā subsignarūt: quæ res satis clara est ex eorūdē propriarum manuum immutabili similitudine. Necessum autem erat post synodum vniuersalē definitā, canones quoq; ecclesiasticos ederēt. Igitur ad recordationē salutaris illius mortis in carne politiæ ex venerandis imaginib⁹ nos manu duci declararunt. Quòd si autem in dispēsationem Christi verbi Dei hoc modo manu ducimur, quales eos esse arbitrandum est, qui has subuertere conantur?

Petrus

Petrus primus presbyterorum in sancta Romana ecclesia subscripsi:&cæteri episcopi recipientes & approbantes omnia prædicta subscripserunt,& absoluta est actio quarta.

Actio quinta.

Imperantibus Constantino & Irene matre eius, conueniente sancta & vniuersali synodo, &c. Productus & lectus est liber quidam beati Ioãnis episcopi Thessalonicẽsis in quo disputat cum gentili quodam de vsu imaginum, interrogante gentili, respondente verò Ioanne. obiecit autem gentilis in hunc modum.

Sanctè Deũ verbũ hominẽ factũ icone exprimatis, quid ad angelos hoc facit quos vt homines pingitis& adoratis? Hi tamẽ homines non sunt sed intellectuales & incorporei, & simpliciter existentes dicuntur. Sanè ea ratione & à nobis Deos venerabiles existima, non enim sic quicquam absurdi agimus, quẽadmodum nec vos cum angelos adoratis. Sanctus dixit: De Angelis & Archangelis, & eorum potestatibus, quibus& nostras animas adiungo, ipsa catholica ecclesia sic sentit esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes & inuisibiles, vt vos gẽtiles dicitis, verũ tenui corpore præditos & aereo siue igneo, vt scriptum est: Qui facit angelos suos spãs & ministros eius ignem vrentẽ. Sic autem multos sanctorũ patrũ sensisse cogno-

Disputatur an angeli sint corporei.

uimus, quorum est Basilius cognomẽto Magnus & beatus Athanasius & Methodius &, q̃ stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus & informabilis: intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ, & imitabiles pictura existunt, quare etiam in loco existunt, & circunferentiam habent. Quanquam autem non sunt vt nos corporei, vtpote ex quatuor elementis & crassa illa materia: nemo tamen vel angelos, vel dæmones, vel animas dixerit incorporeas, multoties enim in proprio corpore visi sunt, sed ab illis in quibus dominus oculos aperuit. Nos igitur eos non vt Deum, sed vt creaturas intelligibiles & ministros Dei non tamen vt verè incorporeos pingimus & colimus. Quòd autem forma hominis pingãtur, in causa est quòd in ea visi sunt, si quando ministerium Dei apud homines obierunt.

Author. *Synodus non improbat, sed magis visa est approbare hãc sententiam, dicente Tarasio Patriarcha: Ostẽdit autẽ pater quòd & angelos pingere oporteat, quando circunscribi possunt, & vt homines apparuerunt. Sacra synodus respondit: Etiã Domine Aug. ad Nobridium epist. 215. dicit Angelos aerea aut etherea animantia, & in lib. de eccles. dog. c. 11. dicit. Nihil incorporeũ & inuisibili natura credendum, nisi Deũ solũ. Et c. 12. creaturam omnem corpoream esse, Angelos & omnes virtutes cœlestes, corporeas, licet non carne subsistant* (adden-

dentes) Ex eo autem corporeas esse credimus quòd caliter circũscribãtur, sicut aĩma quæ carne claditur. Et in q 67. dixerat in simos Angelos animaliter vivere, quod tamen in primo retrac. temperatur. Et nuper Card. Cate. in Comment. ad Ephe. 2. dixit Dæmones esse aer eos spiritus. Hæ dixerunt patres isti secuti Platonem. Econtra multi alij patres ecclesiæ sentiũt. Angelos omnino incorporeos: quos, vt videtur, secuti sunt patres concilij Latera. primi, dicentes: Deus ab initio vtranque de nihilo condidit creaturam corporalẽ & spiritualem. Angelicam scilicet & mundanam: Hæc illi. Quibus verbis spiritual. opposuerunt corporali. Sed hæc cõtrouersia nondum ecclesiæ censura terminata est.

Deinde productus est ab Epiphanio diacono locum tenente Thomæ episcopi Sardiniæ, codex quidam ex itinerariis falso inscriptis sanctorum Apostolorum, in quo multa indigna & ridicula de Christo domino legebantur, vt illum nec bibisse, nec ediſſe, nec pedibus terram calcasse, & his similia. Quo lecto sancta synodus dixit: Omnis hęresis ab hoc libro dependet.

Rursus sancta synodus dixit: Anrthema sit illi libro à principio vsque ad calcem.

Deĩde Cosmas cubiculari⁹ ptulit ex patriarchio codicem veteris testamẽtĩ cum scholiis suo loco appositis, in quo continebãt sequẽtia: Non erunt tibi Dij alieni præter me. Nõ facies tibi idolũ, nec alicuius similitudinem. *Exod. 20.*

Lenit. 6. Quæcunque existunt in cælo suprà, aut quæcunque in terra infrà, & quæcunque in aquis deorsum subter terram, non adorabis ea, nec seruies illis Scholiom. Et si facimus hominũ priorum similitudines non tamen ea fiunt vt adorentur vt Dij, sed vt eas videntes ad imitationem facinorum illorum irritemur. Si verò similitudines Christi facimus sanè non propter similitudinem adoramus, sed quo mens per ea quę conspexit, sursum volet. Nõ enim imaginem corruptibilẽ hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutare dignatus est fieri, facimus illius imaginem velut hominis, quanuis sciamus eum natura Deum existentem. Non idem igitur Deum & imaginem dicimus, sed Deũ cognoscentes, similitudinem in imagine dispensationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes, similitudines Deos esse arbitrantur.

Qualiter imagines adorantur à fidelibus.

Post hæc lectæ sunt historiæ quædam sanctorum cum miraculis quæ fiebant pro veneratione imaginum.

Postremo lectis omnibus prædictis & aliis fragmẽtis scriptorum ecclesiasticorũ, tota synodus ꝓclamauit: Diuiniloquiorũ patrũ doctrinæ nos correxerũt: ex illis haurientes fidẽ & veritatem potati sumus: illos insequentes mendacium persecuti sumus. Nos venerãdas imagines suscipimus. Nos ita non affectos

ana-

anathemate deuouemus, &c.

Actio sexta.

Hæc actio continet refutationem hæreticorum, qui in Constãtinopolitano conciliabulo sub leone hæretico Imperatore præsidente Photio imagines damnauerant, quorũ dicta referuntur per Gregorium, qui tũc fuerat conuersus ad meliorem mẽtem, & redarguuntur per Epiphanium. Distributa est hæc actio per sex tomo.

Tomus primus.

Quòd non fuerit vera synodus sub Leone celebrata quoniam non habuit cooperariũ, vt hæc quæ nunc celebratur. Romanum papam, nec illius sacerdotes, nec per vicarios, nec per prouinciales literas, quemadmodum fieri in synodis debet. Quin etiam nec concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum Antiochenum & vrbis sanctę summos pontifices. *Non est vera synod. quæ authoritate papæ Rom. caret.*

Secundo ostendit q̃ imagines ab Apostolorum temporibus in ecclesia fuerint: quod potissimum probat ex canone 82. sextæ synodi, de qua dicit in hunc modum.

Sacra sexta & vniuersalis synodus posteaquã sententiã suam de vna voluntate Christi sub Cõstãtino, qui per ea tẽpora imperiũ ad-ministrabat, cuiusq; nutu & volũtate conuẽtus is erat indictus, pnũciasset, cõtingit Imperatorẽ de vita decedere. Iustiniano autem

eius filio Imperium adsumente, iterum vnanimiter omnes diuina volutate post quatuor aut quinque annos congregati, de rebus ecclesiasticis statúsque earum correctione circiter duos & cētum canones edidere, in quorum octuagesimo secūdo de imaginibus sic tradiderunt.

In quibusdā venerandarum imaginum picturis agnus digito p̄cursoris indicatus, &c.

Videmus igitur omnes & intelligimus, q̄p & ante sacras sex synodos, & post has etiā sanctorum picturæ in ecclesia traditæ fuerint, non aliter ac sacra euāgelij lectio. Nā quę leguntur, vbi id aures venerint, ad animū deinde legamus & transmittimus: & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur, atq; ita per duo ista inuicem cōsequētia, lectionē & picturā, vnde cognitionem acq̄rimus, qua ad recordationē rerū gestarū p̄uenit. Vñ ex duobus istis sensibus in Canticis cāticorū inuenire licet efficacē cōiūctionem. Sic em̄ ibi dicitur: Ostende mihi faciem tuā, & audire fac mihi vocē tuam, &c. Quibus & adiungimus illud: Sicut audiuimus, ita & vidimus.

Cant. 2.

Psal. 47.

Tomus secundus.

De sex synodis cōtra hæreticos celebratis quas recensent hæretici Iconociastæ. Deinde Epiphanus ostendit picturam necessariam & vtilem, quæ vulgus erudiat. Nihil habet singulari annotatione dignum.

Idem

Idem prosequitur in tertio Tomo, tantum eludi verbo hæreticorum.

Tomus quartus.

Conueniente, in sceleſta ſynodo dixerunt. Imaginum falſi nominis praua appellatio, nec Chriſti nec Apoſtolorum, nec Patrum traditione cœpit, &c.

Epiphanius reſpondet.

Quòd autem cum multis aliis, quæ in eccleſia obſeruantur ſine ſcriptura nobis imaginum veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum temporibus late per hiſtorias traditũ eſt, de imagine maxime Hæmorrhoiſſæ, quã multis ſcriptoribus confirmare poſſumus Baſilius magnus in diuerſis opuſculis ſuis mẽtionem imaginum facit. Gregorius etiam illius & carne & ſpiritu frater, Nyſſenſi, præſul in ſermone in Abraham idem ſentit. Itẽ alter Gregorius, qui à theologia nomen ſortitus eſt, in vniuerſibus à ſe conditis qui de virtute inſcribũtur, aſſentit. Chryſoſt. etiam in oratione funebri in Meletium epiſcopum Antiochiæ, & in ſermone qui inſcribitur, quòd veteris & noui teſtamenti vnus ſit legiſlator, Cyrillus in epiſtola ad Acatium epiſcopum Scythopoleos, Athanaſius epiſcopus Theopoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes enim ſancti patres noſtri imagines receperunt. Quam ob cauſam mendaces deprehenduntur in hoc

Pro veneratione dignum imaginum veneratur patres eccleſiæ.

quòd dicunt non esse patruum traditionem.

¶ Et post pauca idem Epiphanius subdidit.

Qui imaginem Imperatoris videt, in ea ipm Imperatorem contemplatur. Et qui imaginẽ eiusdem adorat, ipsum Imperatorem & adorat. huius enim forma & figura illius est imago, Et quemadmodum despiciens imaginem Imperatoris, non aliter castigatur, quàm si ipsum Imperatorem contumelia afficisset (cum tamen illa ipsa imago præter lignum & colores nihil sit) eodem modo qui typum siue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipsum quem typus repræsentat, iniurius est. Quod quidem ipsa rerum natura repræsentat. Hoc etiam vniuersi mortales agnoscunt, patrésq; sanctos ita tradidisse norunt: & eos qui aliter docent, ecclesiæ catholicæ, immo naturæ rerum contradicere.

Qui imagines reis ciunt etiã contra naturã agũt.

Hæretici dixerunt.

Tã ex scriptura diuinitus afflata, quàm ex patrum electorũ testimoniis afferẽtibus piã nostram intentionem, exhibebimus nostram definitionem. Principio verbũ diuinæ vocis sic dicentis præmittimus. Deus est spiritus. Quicunque Deũ adorauerit, in spiritu & veritate adoret. Et iterum: Deum nemo vidit vnquam, &c. nec formam eius vidistis. Beati sunt, qui non viderunt, & crediderunt.

Ioan. 4.

Ioan. 1.

Ioan. 20.

Epiphanius pro synodo.

Quoties recta dogmata homines iuxta suã opinio-

opinionē ſubuertere conantur non miretur aliquis ſi ſcripturę verba vſurpēt. Nam, & omnes hæreſiarchę ſuorum errorum occaſiones è diuina ſcriptura collegerunt: & quæ rectè à ſpiritu ſancto dicta erant, peruerſa animi ſentētia cōuellūt. Atque hoc coryphæus apoſtolorum Petrus olim prædixerat dicens: Quæ imperiti & minimè eōſtātes ſecundum ſuas cupiditates peruertunt, &c. Quāob ē non eſt mirandū, ſi nouæ iſtius prauitatis hæretici nobis è diuina ſcriptura ſumptiones quaſdam adferunt. Et ideo quæ de inuiſibili & incomprehenſibili Deitate dicta ſunt, in diſpenſationē domini noſtri Ieſu Chriſti ſecūdum carnē commutarunt, vt illud Deum nemo vidit vnquam: quod de diuina natura ſcriptū eſſe nemo ignorat. Et illud: Nec vocem eius audiſtis, nec formam eius vidiſtis; Quòd ſi hæc ſecundum humanitatem quiſpiam intelllexerit, totum euangelium ſubuertet. Item cognouimus Deum eſſe ſpiritū, & qui adorant eum, in ſpiritu & veritate id facere debere, & quæ ſecundū fidē eſt, adorationē & cultum illi ſoli (vtpote omniū Deo in trinitate laudato) offerēdū. Nō em̄ Chriſtiani adorationem in ſpiritu & veritate imaginibus exhibuerūt, nec etiam diuinæ crucis effigiei, nec etiam vnquā inuiſibilis & incōprehenſibilis naturæ imaginē apparārūt. Nā cum diuinā crucis effigiē, & venerandas ima-

1. Pet. 3.

Deut. 4.

gines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Sed quemadmodū verbum caro factum est, ita quoq; humanam eius œconomiam describimus,& depingimus. Quam ob causam nugamenta illorum vana,& nupera,item putrida & à veritate exorbitantia deprehenduntur.

Leui. 26.

Hæretici dixerunt.

Ait Dñs ad Mosen & populum. Nō facies tibi idolum, neq; omnem similitudinē,quæcunque sunt in cœlo supra, & in terra infra. Quam ob causam in monte in medio ignis vocē verborum vos audistis,similitudinē autem non vidistis, sed tantummodo vocem.

Epiphanius pro synodo.

Quæ in veteri lege contra eos,qui inter filios Israel vitulum adorabant, & Ægypti abominationibus insistebāt,dicūtur,in Christianos quoque iactare non desinunt. Capiuntur autem labiis proprij oris. Vtinam autem cogitassent, quia Dominus eam gentem ducturus erat in terram promissionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabāt & colebant idola, dæmones, solem, lunam, & astra, reliquasq; creaturas,etiam volucres, quadrupedes, & serpentes, Deum autem verum ignorabant. Quare tam diligenter eis p̄cepit, ne facerēt vllam similitudinem eorū quæin cælo, aut in terra sunt. Postquā autē eos ab idololatria abduxisset, iussissetque taber-

bernaculum testimonij fabricari, Moses sensibilia Cherubim habẽtia hominum formã obumbrantia propitiatorium, quod Christum prefigurauit, (nam ipse propitiatio fuit pro peccatis nostris) formauit.

Heretici dixerunt.

Et mutauerunt gloriam immortalis Dei, per imaginem non solùm ad mortalis hominis similitudinem effectam, & venerati sunt, & coluerunt ea quæ condita sunt, supra eum qui condidit. *Rom. 1.* Et rursum: Si enim cognouimus Christum secundum carnem, iam non cognoscimus, per fidem enim ambulamus, non per speciem. *2. Cor. 5.* Et hoc quod ab Apostolo apertè dictum est. Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. *Rom. 10.*

Epiphanius pro synodo.

Clarum enim omnibus est, Apostolum gentes reprehendisse in eo quod ait: Commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Infert etiam volucrum, quadrupedum, & serpentium Dolosè tamen isti totam phrasim contaminauerunt, vt per eam immutatam simpliciores inescarent, quasi Apostolus de imaginum in ecclesia pictura verba faceret. Nam q̃ ab Apostolo inferuntur, apertã habent manifestationẽ: volatiliũ enim, quadrupedũ, & serpẽtiũ mentionẽ facit. Itẽa & venerati sunt, & coluerũt (creatu-

ras scilicet) supra creatorē. Norūt enim qui in historicis triti sunt, Ægyptios olim & boues, & reliqua animalia coluisse, vt diuersa volatilia mutes, vespas, item vtilia alia & abiecta animaliū. Persæ verò ignem & solē adorabāt. Græci præter ista quamūis creaturā colebāt, quinet ā Hebræi quidā, vt testatur libet Regum, & propheticæ enarrationes. Decepti deniq; sunt omnes, & gētes vanitatē induerūt, quare obscuratū est stultū cor eorum, & ante Christi aduentū & post Christū, maximè tamen omnium antequam in Christum credidissent: clarum enim est hoc.

Rom.1. Ad illud verò (Si enim cognouimus Christum secundum carnem, &c.) adducemus insignes huius loci interpretes. Ioannes Chrysostomus interpretando sic ait: Neminem fidelium iuxta carnem nouimus. Quid enim si in carne fuerint, cum vita illa carnalis perierit? de supernis enim nati sumus in spiritu. Nouimus aliam vitam & statum qui in cœlis est. Et mox eiusdem lucem christum existentem ostendit, quapropter etiam induxit, Si verò iuxta carnem Christum nouimus, sed amplius iam non cognoscimus, quia si passibilem cognouimus christum, at iam non amplius: non quòd reliquerit carnem, nam cum hac veniet iudicaturus terrarum orbem, &c.

Cyrillus Alexandrinus idem illud dictum expli-

explicans, ita commentatur: Quod Paulus inquit, tale est: Verbum caro factum est, & pro omnibus occubuit, atque ita illum cognouimus secundum carnem, sed amodo non cognoscimus: Nam etsi nunc sit in carne (resurrexit enim tertia die, ascendit in cælos.) Verum hæc supra carnem considerãtur. Non enim amplius moritur, nec vllam aliam carnis infirmitatem sustinet, omnibus enim his superior est.

Animaduertitis igitur qui aduersari semper didicistis, quòd non modo apostolicas sententias peruertitis: sed & sanctis patribus contraria statutis?

Ad alium etiam locum eiusdem Apostoli (Per fidem ambulamus, & non per speciem) idem Chrysostomus enarrans ait: Porrò nequis audiẽs, peregrinamur à Domino, dicat: cur hæc dicis? Alieni enim ab illo sumus, dũ hic agimus, prius hæc corrigit dicens: Per fidem enim ambulamus, non per speciem, & hic quidem ista scimus, verũ haud ita aperte. Quod & alibi dicit, in speculo & ænigmate, 1. Cor. 13. tunc autem facie ad faciem,

Atque hæc à diuinis istis patribus dicta sunt.

Tomus quintus.

Gregorius pro hæreticis.

Eadẽ etiã & apostolorũ discipuli, & successores diuini patres nostri tradiderunt. Epiphanius emñ Cyprus, inter anteſignanos præ-

clarus sic inquit: Estote memores dilecti filij, ne in ecclesiã imagines inferatis, nec in sanctorũ cœmeteriis eas statuatis, sed ꝑpetuo circunferte Deum in cordibus vestris. Quin etiam nec in domo communi tolerentur. Nõ em̃ fas est Christianũ per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis.

Epiphanius pro synodo.

Decet omnem Christianum cum libros aliquos adulterinos audit aut legit, respuere, nec omnino animum adhibere. Nam & inter epistolas diuini Apostoli quædam fertur ad Laodicenses, quam patres nostri tanquam alienam reprobauerunt. Ad hæc Manichæi euangelium secundum Thomam inuexerũt, quod ecclesia catholica merito (vt impium) auersatur, quemadmodum etiam id quod nũc è beato patre nostro Epiphanio dictũ est, cum illius nequaquam existat. Diuinus enim hic pater octoginta capitũ librum edidit, in quo oẽs hęreses Gẽtiles & Iudaicas, itẽ quotquot post christianismum susceptũ inuectæ sunt, damnauit: in quo proculdubio & eam posuisset, quę de imaginibus ab istis fertur, si alienam à christi religione hanc existimasset. Ita & libros illos contra imagines nemo Christianorum præter istos nouitatis magistros, recepit. Quod si tanto tẽpore in ecclesia nõ sunt recepti, quã ob rem nũc à nobis recipi debent? Attendamus autẽ q floruerint

rint per tempora supradicti patris nostri Epiphanij in ecclesia, quos tanquã glorioſos doctores & tuta monimẽta ecclesiæ dicere possumus. Profecto Basilius magnus, Grego. cognomento Theologus, Greg. Nissenſium episcopus, quem omnes patrum patrẽ vocant, Chrysostomus. Præter hos etiã Ambro. Amphilochius, Cyrillus Hierosolymorum episcopus. Quòd si is qui hanc expositionem doctorum contra venerandas imagines edidit, ait se à sanctis patribus qui per ea tẽpora floruerũt, nõ fuisse receptũ, quomodo ea q̃ sancti patres nõ probauerunt, nos qui circa fines sæculorũ occurrim⁹, & indigni sumus vt discipuli eorũ vocemur, recipiemus: Præsertim cum falso contra ecclesiã edita sint. Apage cũ ista impia & intolerabili editione. Neq; hic linguas suas acuant & exerceãt vaniloqui isti accusatores rectè sentientiũ, quasi illi qui antiquã ecclesiæ traditionẽ recipiũt, beato Epiphanio aduersentur. Nequaquã. Cõmentariũ enim illud reiicimus, beatum autem patrem catholicæ ecclesiæ doctorem cognoscimus. Nam & diuini patres qui in quarta vniuersali synodo fuerunt congregati, epistolam quæ nomine Ibæ episcopi Edessæ ad Marin Persam circunferebatur, anathemate damnauerunt quasi Nestorio consentientem. Eodem etiam modo in sacra quinta synodo conuenerunt: ipsum autem Ibam nequaquam (non

enim demonstrari poterat quòd esset Ibæ.) Quamobrem in anathematismis nō ipsum Ibam vouerunt, sed Ibæ epistolam. Dicebāt enim Ibæ, cum tamen illius nequaquam esset. Iudicate ergo omnes qui auditis,& verū à falso discernite, quia editiones istæ nō sunt beati istius patris, sed potius Manichæacæ, quas veluti amarabile plenas fugiamus. Manichæi enim & quicunque confusionis fuerunt authores, contemplationem istam nunquam ferre potuerunt.

Gregorius pro hæreticis.

Similiter & Gregorius theologus in versibus suis dicit: Flagitium est, fidem habere in coloribus & non in corde. Ea enim quæ in coloribus existit, faciliter eluitur, quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica.

Epiphanius pro synodo.

Peruersè rursus cogitantes,& aliud dictū Gregorij theologi subiiciunt, quod à dicto patre sic editum est. Flagitium fidem habere in colorib⁹, nō in animis quę facilè elui pōt sed profunditas mihi chara: Ab his autem sic falsò scribitur. Flagitiū est fidē habere in coloribus,& nō in corde: ea enim quę in coloribus existit, faciliter eluitur: quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica. Beatus enim Greg. theolog⁹ in metricis suis opusculis dictū illud qđ hi citant, ad moralem quendam sensum attulit. Corrigit em̄ vitam nostrā, vt abstī-

abstineamus à temporalibus & mundanis rebus voluptatibus scilicet carnalibus, & spiritualem rursus vitam (quæ ad cælestia perducat) eligamus. Nec credamus mundo huic, nec temporaneis, & non manentibus adhæreamus (hæc enim colores vocauit) sed potius spiritualibus & veris insistamus, quæ in corde stabilimentum habent, & in æternum manent.

Gregorius pro hæreticis.

Chrysostomus sic docet: Nos per scripta sanctorum fruimur præsentia nõ sanè corporum ipsorũ, sed animarũ imagines habentes. Nam quæ ab ipsis dicta sũt, animarum illorum imagines sunt. Maxima vero recti inuestigatio (inquit Magnus Basilius) meditatio scripturarum diuino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inueniuntur, & vitæ beatorum virorum præscriptæ, veluti imagines quædam animatæ.

Epiphanius pro synodo.

Qui quicquam recte sapit, nequaquã hæc ad subuersionẽ sacrarũ imaginum pertinere intellexerit. Omnibus enim manifestum est, cum audimus virilia & fortia sanctorum facta, constantiam similitudinémque animorũ illorum nos beatificare, & laudare. Quinetiã cum in diuinis scripturis sanctorum vitas legimus, cúmque in picturis eadem contemplamur, in memoriam reuocamus quanto-

pere in Deum feruore fuerint accensi. Nam quæ orario per auditum exhibet: hęc scriptura tacens per imitationem ostendit, vt Magnus inquit Basilius.

Gregorius pro hæreticis.

Et Alexandriæ lumen Athanasius dixit: Quomodo nō miseratione persequendi sunt qui creaturas adorant, ꝙ illi qui vident, non videntibus cultum exhibent, & audientes nō audientes orant, precantúrq;. Creatura enim à creatura nunquam seruabitur.

Epiphanius pro synodo.

Papæ quanta insania. Nunc enim nouam quandā blasphemiæ viā excogitātes, planè à veritate deuiant. Nā ea quæ diuinus vir contra idola locutus est, hæc isti homines etiam post cognitionē veritatis & cōfessionis synceræ & diuinæ regenerationis tribuunt, & p̄ter vnū vniuersorū dominū, creaturis Christianos & idololatriam commisisse asserunt.

Gregorius pro hæreticis.

Similiter Amphilochius Iconij ep̄s ita inquit: Non em̄ nobis sanctorū corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ est, quoniam his opus non habemus, sed politiæ illorum virtutum memores esse debemus.

Epiphanius pro synodo.

Hæreticis propriū est mutilatas exquirere sententias. Nā siquis studiosè exquitat, haud facilè hanc beati patris sententiam inuenerit

contra

cõtra venerandarum imaginũ repręsentationem: sed affectionis animæ sanctorum virilitatem & constantiã, celebrans & prædicans virtutum efficaciam, hæc dicit beatus pater: maximè quo nos ad imitationem perducat. Non enim sanctos propter carnalem amorẽ laudamus, nec pingimus, sed quo virtutũ illorum simus memores. Et in libris quoque vitas illorum describimus, in talibúsque illos depingimus: nõ ꝙ hoc à nobis postulent ipsi, verum id nostra causa, & propter vtilitatem nostrã sancimus. Non enim solum passiones martyrum nos instituunt, sed & contextus, & scriptũ de illorũ passionibus, picturáq; idẽ indicãs. Vnde (vt veritatis verbũ nos docet) hæc oportet facere, & illa non omittere. Hoc idẽ late disputat magnus Basilius in suis moralibus sermonibus. Asterius etiã Amasiæ eps similiter docet veterẽ esse de imaginibus traditionẽ, vt patet præter alia ex sermone quẽ in Lazarum & diuitẽ epulonem conscripsit. *Mat. 23.*

Gregorius pro hæreticis.

Consentanea his etiã Theodorus Ancyræ episcopus sic docet: Sãctorũ formas & species ex materialib⁹ colorib⁹ formari minime decorũ putamus: horum autẽ virtutes, quæ per scripta traditæ sunt, veluti vivas quãdã imagines reficere subinde oportet. Ex his enim ad similiũ imitationẽ & zelũ peruenire possumus. Dicant enim nobis qui illas erigunt

ſtatutas quænam vtilitas ex illis ad ſe redit, an quòd qualiſcunq; recordatio eos habet ex tali ſpecie ac contemplatione? Sed manifeſtum eſt quòd vana ſit eiuſcemodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inuentum.

Epiphanium pro ſynodo.

Multi noſtrum diligenter quęrentes & indagantes in ſermonibus hui⁹ Theodoti prę-ſentem ſententiam, nuſquam ſanè inueniamus. Ex quo conuincitur ementita eſſe teſtimonia ab iſtis citata: ideóque nec locum ſermonis, nec librum vnde hęc ſententia deſcripta eſſet, deſignarunt. Deinde adducunt & quędam alia teſtimonia ſimilia ex Euſebio Pamphili hæretico, quæ Epiphanius cõtemnẽs, refellit, quoniã author in reprobũ ſenſũ traditus, Arrij placitis conſenſit, vt ex cunctis hiſtoricis ſuis libellis conſtat, in quibus filiũ & verbum Dei creaturam vocat, & ſecundo adorandum loco. Huic apponit Epiphanus Athanaſium in dogmatica ad Heſichiũ presbyterum epiſtola cuius initium: In quibus exiſtimaſti nos, &c. Et Cyrillum in epiſtola ad Succenſum, &c. & contrarium docentes.

Tomus ſextus.

Continet tantum anathematiſmos 19. cõciliabuli ſub Leone habiti: in quorum ſeptẽ prioribus rectè ſentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicunt, quippe myſteriũ ſanctæ Trinitatis, & incarnationis Dominicæ

iuxta

iuxta orthodoxas fidei regulas explicant. In reliquis verò anathematizant abrogãdũ imaginũ vsum & dãnandum in ecclesia catholica definiunt.

Actio septima.

Conueniente sancta & vniuersali synodo, iuxta diuinũ & piũ Imperatorum à Deo electorum decretũ, congregata in Nicæa, &c.

Definitio sanctæ, magnæ & vniuersalis in Nicæa synodi secundæ.

In hac definitione primò approbant sex vniuersales synodos. Deinde pronunciãt profitentúrq; symbolum fidei. Tertiò damnant omnes hæreticos, quos & sex vniuersales synodi damnauerunt. Vltimò subiiciunt sic.

Fatemur autem vnanimiter nos ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue consuetudine valẽtes & decretas retinere velle: quarum de numero est imaginum effiguratio, vt quę historiæ euangelicæ promissionis concinnat ad credulitatem veræ & non phantasticæ incarnationis Dei, & ad vtilitatem similitudinis; quam nobis exhibet vtiliter inuentam. His se sic habentibus regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum & diuinorũ patrum doctrinæ insistẽtes, & catholicæ ecclesiæ in qua sanctus spiritus habitat, traditionẽ obseruantes, definimus cum omni diligentia & cura, veneradas & sanctas imagines ad modum & formã venerandę & viuificantis cru-

cis à coloribus & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas dedicandas, & in tẽplis ſanctis Dei collocandas habendáſq;, tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus priuatis, in viis publicis: maximè autẽ imaginẽ Domini & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorũ angelorum, & omnium deinde ſanctorũ virorum. Quo ſcilicet per hãc imaginũ pictarum inſpectionem omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriã & recordationẽ & deſideriũ veniãt, illíſq; ſalutationẽ & honorariã adorationẽ exhibeant. Nõ tñ ſecundum fidẽ noſtrã verã latriã, quæ ſolùm diuinæ naturæ cõpetit, ſed quẽadmodum typo venerandæ & viuificantis crucis, & ſanctis euangeliis & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum & luminarium reuerenter accendimus, quemadmodum veteribus, pie in conſuetudinẽ hoc adductũ eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat, & qui adorat imaginẽ, in ea adorat quoq; deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorũ noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio catholicæ eccleſiæ, quæ à finibus vſq; ad fines euãgelium ſuſcepit. Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hęreticorũ eccleſiaſticas traditiones cõtaminare, aut nouã vaniloquentiã inducere, aut quicq̃ de cõ-

ſecratis

secratis in ecclesia abiicere, euãgelij inquam depictum codicem, aut figurã crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias martyrum, quas sciuerit esse germanas & veras, aut contra ista vafre & improbe aliquid cogitare, & fit contra constitutionem ecclesiasticã, aut vti tanquam communibus sacratis Deo, repositis pretiosis, aut monasteriis reuerendis, si fuerint episcopi aut clerici, deponuntur: si monachi, aut laici, cõmunione priuãt. *Reliquiæ sanctorum venerãdæ.*

Sancta synodus exclamauit: Omnes si credimus, omnes idem sapimus, omnes approbantes subscripsimus. Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides patrum, hæc est fides orthodoxorum, hęc fides orbẽ terrarum cõfirmauit. Credentes in vnum Deum in Trinitate laudatũ, venerandas imagines amplexamur. Qui secus agunt, anathemate percellũtur: qui sic non sentiunt, ab ecclesia depelluntur.

Quicunque sententias sacræ scripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema.

Qui venerandas imagines idola appellant, anathema.

Qui dicunt quòd Christiani imagines vt Deos adorent, anathema.

Qui scientes] communicant cum illis qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema.

Qui præter Christum dominum Deũ nostrum dixerit alium nos à cultu idolorum liberasse, anathema.

Qui audent ecclesiam catholicam dicere idola aliquando suscepisse, anathema.

Si quis ex Iconocrastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema.

Si quis Deum secundũ humanitatẽ nõ circunscriptibilem confessus fuerit, anathema.

Si quis euãgelicas narrationes per picturã repræsentatas non acceptauerit, anathema.

Si quis has non salutauerit in nomine domini, & sanctorum eius, anathema.

Si quis traditiones ecclesię siue scripto, siue consuetudine valentes non curauerit, anathema.

Ex hac septima synodo desumit argumenta Nicola. primus in epistola ad Michaelem Imperatorem.

SEPTIMA SYNODVS, QVÆ semel excusa est Coloniæ, non habet suos Canones Latinè excusos, nos autem ex Nomo canono Græco, ex quo canones sextæ synodi assumpsimus, eos partim integros, partim in epitomen redactos, ne cresceret volumen summæ, hic adiecimus: interprete eodem Gentiano, Herbeto, Gallo.

In primo canone huius sanctæ synodi hæc dicunt patres. A sanctis Apostolis prius edi-

tos canones, & à sanctis vniuersalibus & localibus synodis amplectẽtes, eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuere, deponimus, qui depositi fuere, nihilque his adiicimus: non inexplebiles vt auari existentes: sed his quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. Atque hic est quidem scopus huius canonis.

Hic can. Apostolorum tantum & synodalium canonum meminit, secundus tamen Can. synodi in Trullo aliorum quoque sanctorum decreta vt sacros canones obseruari iubet.

Can. 2. *Non ordinandus quispiam, nisi saltem bene norit Psalterium.*

Decernimus, quemlibet quidem, qui ad episcopalem gradũm est prouehendus, psalterium omnino nosse, vt ex eo omnem quoq; suũ clericum ita initiari moneat. A Metropolitano autem bene examinari, an ad sacros canones diligenter ac cũ perscrutatione, non autem cursim obitérq; legendos, prõpto paratóq; sit animo, & sacrũ etiã euangeliũ, & librũ diuini apostoli, omnémq; diuinam scripturã, & in diuinis præceptis versari, & populum docere. Nostræ enim hierarchiæ substãtia, sunt eloquia diuinitus tradita diuinarum, scilicet scripturarũ vera scientia: sicut & Magnus Dionysius ostendit. Siquis autem dubi⁹ fuerit animi, & nõ lubenter hæc facere & docere voluerit, non ordinetur. Propheticè e- *D. 38. ca. omnes psallentes.*

Osee 4. nim dicit Deus: Tu repulisti scientiam,& ego te repellam, ne sis mihi sacerdos.

Can.3. Electiones episcoporum quæ vi principum procedunt, infirmari debent.

Omnem electionem quæ fit à magistratibus episcopi,vel presbyteri,vel diaconi,irritam manere ex canone dicente: Siquis episcopus magistratibus secularibus vsus per eos ecclesiam obtinuerit,deponatur & segregetur,& omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum qui est promouendus ad episcopatum ab episcopis eligi,quemadmodum à sanctis patribus Nicææ decretum est, can.4.

31. c. Apostolo. 16. q.7. si quis episcopus. Et habetur etiam.d.63. omnis. 16 q.1. Prædicator.

In episcopo electio proprie dicta est, in presbytero autem & diacono abusiue pro ordinatione, quod non infrequenter offendes in canonibus.

Can.4. Pœna talionis puniendus antistes, qui iniuste clericos arcet, vel templa claudit.

Præco veritatis Paulus quendã veluti canonẽ Ephesiorum presbyteris imponens vel vniuersæ potius sacerdotali multitudini,sic libere dixit: Argentum vel aurum vel vestem nullius concupiui,omnia vobis ostendi,quoniã oportet sic laborantes infirmos acquirere,& apprehendere, dare beatum existimantes. Quocirca nos ab eo edocti statuimus ne turpis lucri gratia antistiti in mẽtem veniat quærenti excusationes in peccatis, aurum,

Act.20.

vel

vel argentum, vel vllam aliam ſpeciem ab iis qui ſibi ſubſunt epiſcopis vel clericis vel monachis exigere. Dicit enim Apoſtolus: Non debent liberi parentibus theſaurum parare, ſed parentes liberis. Siquis ergo per auri exactionẽ, vel alicuius alius ſpeciei, vel propter aliquam propriam affectionem à miniſterio arcere inuentus fuerit vel ſegregare ſuorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo fiant diuina myſteria, talionis erit legi obnoxius, vt qui ſit mãdati Dei tranſgreſſor. Præcipit enim & Petrus apoſtolorum ſummus: Paſcite gregem domini non coacte, ſed ſpontanee, &c. *2. Cor. 12.* *1. Pet. 5.*

In Ca. 5. definiunt patres ſeuere puniendos clericos qui per auri dationem primas ſedes, priorésque honores quærunt. *Can. 30. apoſto. & ca. 12. concil. Chalced. d. 18. c. Quoniam quidem. Eccleſiaſticus mos erat.*

Sexto canone definitur, ſaltẽ ſemel in anno celebrari ſynodos prouinciales, ſicut patres ſextæ ſynodi in Trullo ſtatuerunt, ca. 8. Additur autem non licere Metropolitano exhis quæ ſecum affert epiſcopus, vel iumentum vel aliquam rem aliam petere. Si verò hoc feciſſe deprehenſus fuerit, reddet quadruplum.

Can. 7. Vt templa ſine reliquis ſanctorum non conſecrentur.

Qui venerabiliũ imaginũ aſpectũ ex eccleſia ſuſtulerunt, alios quoque mores reliquerunt, quos quidem oporteat renouari, & tam

pla per sanctas martyrum reliquias consecrare.

ex iure scripto quàm nõ scripto sic obseruari. Quæcunque ergo templa consecrata sunt absque reliquiis martyrum, in eis fieri statuimus reliquiarum depositionẽ cum consuetis precibus. Qui autem templum consecrauerit sine sanctis reliquiis, deponatur.

Iudæi cum quorundam criminum rei agerentur, vellent autẽ dãnationem effugere, ad fidẽ Christianã ficte accedebãt, quod cauetur in sequẽti canone.

Can. 8.

Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes Christum Deum nostrum subsanare vbi sunt sese Christianos esse fingentes, ipsi autem clanculum eum negãtes, sabbata obseruantes, & multa alia Iudaica facientes: statuimus, vt nec ad communionem, nec ad orationem, nec ad ecclesiam admittantur, sed apertè sint secundum suam religionem Hebræi: & nec filios eorum baptizent, nec seruũ emant, vel possideãt. Si autem ex pura & syncera, fide quis eorum conuertatur, & ex toto corde confessus fuerit eum recipiant, & baptizent eorum filios. Et caueant ipsi se ab Hebræorum studiis, & institutis destitutos. Si autem non ita se gerant, eos nullo admittant modo.

Scripta hæreticorum puerilia, ludibria, quia sunt solutu facilia, vt puerorum ludibria.

Can. 9. Hæreticorum scripta vulgo non permittuntur.

Puerilia omnia ludibria, furiosáq; dicta ac scripta, quæ aduersus sanctas imagines edita sunt

sunt oportet dari epō Constantinopolitano, vt cū reliquis hæreticis libris reponantur. Si quis autem hæc cælare inuentus fuerit, si sit epūs, vel presbyter, vel diaconus, deponatur, si autem laicus aut monachus, segregetur.

21.q.2. quoniam versorum. 9.q.3. cum sing. 19 q.3. quoniam à quibusdam. D 96.ca. quoniam videmus.

Canon. 10. est ca. 17. & 18. sextæ synodi in Trullo, etiam 13. & 23. Chalcedonen.

Can. 11. est ca. 26. concilij Chalcedonensis.

Can. 12. est ca. 39. Apost. Cauit synodus non alienandas res ecclesię, aut monasterij,

Canon 13. est ca. 24. in cōcilio Chalce. & 49. can. 9. synodi in Trullo.

Can. 14. Absque episcopi manus impositione nullus fiat lector.

Nullus efficiatur lector absque episcopi manus impositione. Hoc ipsum etiā in monacho seruetur. Lectoris autem manuū impositionem licet in proprio monasterio etiā soli manasterij præfecto facere, si ipsi præfecto ab episcopo manus est impōsita. Similiter & ex antiqua consuetudine Coepiscopus, episcopi permissu, oportet per manuum impositionem lectores creare.

Abbates nūc in propriis possunt etiam lectores creare. 21.q.1. Clericus. *Matt. 3. 1. Cor. 7.*

Ca. 33. Ne aliquis clericus in duabus collocetur ecclesiis.

Clericus ab hoc deinceps tēpore in duabus ecclesiis non collocetur, hoc enim est negotiationis & turpis lucri ꝓpriū & ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Dñi voce audiuimus non posse quenquam

Malunt patres vt clericus artificio paret victum, quàm vt duab. collocetur ecclesiis. Act.20.

duobus dominis seruire, aut vnum amplectetur, & alterum negliget. Vnusquisq; ergo (vt vos est apostolica) in eo in quo vocatus est, debet manere, & in vna ecclesia assidere. Quę enim propter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena. Ad huius autem vitæ vsum sunt diuersa studia: ex his ergo si quis velit, ea quæ sunt corpori ad vsũ necessaria, cõparet, Dixit Apostol⁹: vsui meo, & his qui mecum sunt subministrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac regia ciuitate, in his autem qui extra sunt locis propter hominum inopiam permittitur.

Ca.16. Ne insignem vestem induat clericus.

21.q.4. Omnis ianctura.

Omnis ornatus corporeus est à sacerdotali ordine alienus. Episcopos ergo vel clericos qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, corrigere oportet. Sinautẽ permaneãt, supplicio tradi, similiter & eos qui sunt vnguendis delibuti. Et si inuenti fuerint aliqui qui eos qui vilem & modestum amictum induti sunt, irrideant, pœna corrigantur: à superioribus enim vsque temporibus, omnis vir sacerdotalis cum moderato & honesto indumento versatur.

Hostes imaginum irridebant eos qui vilioribus vtebantur vestib. propter humilitatem.

In cano. 17. prohibetur ne alicui monacho permittatur oratorium extra monasterium ædificare, si non habeat ea quæ ad perfectionem domus pertinent.

In can. 18. cauetur ne vlla ratione in epi-

sco-

scopatu aut monasterio mulier aliqua, ancilla vel libera versetur ad aliquod ministeriũ. Si secus fiat, episcopus aut præfectus deponatur.

Canon 19. est ca. 2. synodi Chalcedo. Additur ad illud, ne quis admittatur in monasterium per largitionem pecuniæ, excepta ea quæ datur liberis à parentibus instar dotis, vel cum sponte offertur.

Ca. 20. Ne fiant duplicia monasteria.

Statuimus nõ fieri duplex monasteriũ, quoniam hoc fit multis scandalum & offensio. Si qua autem sunt duplicia, seruetur secundum constitutionem patris Basilij, quæ sic definit: In vno monasterio ne versentur monachi & monachæ: nec monachus libere cum monacha loquatur, &c. Si autem eueniat vt aliquã cognatam monachus velit aspicere, præsente præfecta cum ea colloquatur exiguo & breui sermone, mox ab ea recedat.

Duplicia vocant monasteria, quia ĩ vno & eodem viri & mulieres habitabant. 18. q. 2. definimus. Habetur etiã en 59. ca. Apost. & in c. 62. sextæ synodi in Trullo.

Can. 21.

Non oportet monachum vel monacham proprium relinquere monasterium, & ad aliud se cõferre. Si autẽ hoc contigerit, ipsum in hospitem accipi est necessarium.

Can. 22.

Præsens canõ prohibet laicis, ne cũ scenicis ludicris, & saltationibus, aut meretriciis vocibus comedãt, sed ei q. nutrimentũ dat, gratias agant. Porrò monachis & sacerdotibus

prȩcipit,ne seorsum cum mulieribus comedãt,etiã si cognatæ fuerint, nisi peregre versentur,& non haberent ea quæ sunt ad vsum necessaria. Hic est huius canonis scopus.

Explicit septima synodus generalis cum suis canonibus.

an.d. 798. Leo 3.pontifex.97.

Leo 3.Papa 97.natione Romanus,patre Azupio, vir castus & integer,doctorum virorũ ita amator, vt eos vndequaque præmiis alliceret,eorúmque cõsuetudine mirum in modum delectaretur. Prȩterea verò ægrotos vidisere eósque ad patiẽtiam adhortari, eleemosynas indigentibus præbere:prædicationibus & admonitionibus, quibus plurimum ad eloquentiam & doctrinam valebat,incumbere ei peculiare fuit. Moritur anno 21.pontificatus sui. Quo etiam cometes apparuit, vt nonnulli putant tantæ calamitatis indicium.

an.d. 1555. die quarta martij cometa apparuit,& die 23.eiusdem mensis Iulius pa. 3.vbi diem extremum clausit. Con. Magunt.

Prædicti pontifi.fuerunt sub Constantino & Irene eius matre.Sub hoc pontifice translatum est Imperium ad Germanos.Hic coronauit Carolum Magnum.

CONCIL. MAGVNTIACVM

celebratum anno salutis 813.5.Id.Iunij.

Congregati sunt ad concilium celebrandum episcopi,presbyteri, & monachi iussione Caroli Imperatoris,qui inchoãtes tractare de statu veræ religionis & profectu Christianæ plebis.

Pri-

Primò statueaunt de toto collegio clericorum siue laicorum tres turmas fieri, in hunc modum. *In tres turmas distinguitur concilium ad instaurandam collapsam ecclesiam.*

In prima turma consederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes ac tractantes sanctum euangelium, & epistolas, & actus apostolorum, canones quoque ac diuersa sanctorum patrum opuscula, & pastoralem librum Gregorij, cum cæteris sanctis dogmatibus, diligenti studio perquirentes quibus modis statum ecclesiæ Dei & Christianæ plebis perfectum sana doctrina & exemplis iustitiæ inconuulsum, largiente gratia Dei perficere & conseruare potuissent.

In secunda turmà consederunt Abbates ac probati monachi regulã sancti Benedicti legentes ac tractantes diligenter qualiter monachorum viram in melioré statũ atq; augmentum Dei gratia perducere potuissent. *Secunda turma.*

In tertia turma sederunt comites & iudices in mundanis legibus decernentes, vulgi iustitias perquirentes, omniúmque aduenientium causas diligenter examinantes, quibus modis poterant iustitias terminantes. *Tertia turma.*

Statuta concilij Maguntiaci.

Ca. 1. Sine operibus fides mortua est.

Initium actionis nostræ de fide esse decreuimus, quæ bonorum omnium est fundamẽtũ: quia sine fide Deo placere non possumus, fides tamẽ indiget opere, quia fides sine ope-

ribus mortua est. Vnde Greg. Ille verè credit qui exercet operando quod credit.

Can. 2. 3. & 4.

Commendant fidem, spem, charitatem, & sacramẽta Christiana secundum Romanum ordinem celebranda.

Can. 5.

Commẽdatur pax & concordia in populo Christiano, quoniam ad vnam & veram hæreditatem regni cælestis vocati sumus, ad quam cupimus peruenire.

Can. 6. & 7.

Commendatur episcopis res pauperum.

Can. 8.

De conuenientia episcoporum cum laicis.

Can. 9. De regulari obseruantia canonicorum.

Decreuimus vt canonici clerici canonicè viuant, obseruantes diuinam scripturam & doctrinam, & documenta sanctorum patrũ, & nihil sine scientia episcopi sui vel magistri eorum agere præsumant, & vt simul manducent & dormiant, vbi his facultas id faciendi suppetit vel qui de rebus ecclesiasticis stipẽdia accipiunt, & in suo clausto maneant, & singulis diebus mane. Prima ad lectionẽ veniant, & audiant quod eis imperatur. Ad mẽsam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

Can.

*Ca.*10.*De vita clericorum.*

Placuit sancto concilio,vt qui dicunt se seculum reliquisse , & qui adhuc seculum sectantur,ita discernantur sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege patrũ cauetur,vt à vulgari vita secluſi,à mundi voluptatibus sese abstineant. Non spectaculis,nõ pompis intersint.Conuiuia inhonesta,turpia fugiant.Hieronymus ad Nepotianum dicit: Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus,vt consolatores nos in mœroribus suis,potius quam cõuiuas in prosperis nouerint.Et Isidorus:Clerici tamẽ cõuiuia priuata,non tãtum pudica,sed & sobria colant, vsuris nequaquam incũbant,nec turpium occupationes lucrorum, fraudísque alicuius studium non appetant. Amorem pecuniæ quasi matrem cunctorum criminum, fugiant, secularia officia negotiáque abiiciant. Honorum gradus per ambitionem nõ subeant,non vagis oculis,nõ infræni lingua, aut petulenti tumidóque gestu incedant,sed pudorem ac verecundiam mentis , simplici habitu & incessu ostendant , obscœnitatem etiam verborũ , sicut& operum,penitus execrentur , viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia fœminarum nullatenus apperant , castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo cõserua re studeant, senioribus quoq; debitã prębeãt obedientiam , neque vllo iactantiæ studio se

attollant. Postremò in doctrina & lectionibus, psalmis & hymnis, & canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos studeant exhibere, scilicet vt dum scientię operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

Can. 11. De vita monachorum.

Abbates autem censuimus cum monachis suis pleniter viuere, secundum doctrinam regulę sancti Benedicti, quantum humana permittit fragilitas.

Can. 12. Ne monachi ad placita secularia veniant.

Hoc tamen omnino volumus, vt monachi ad secularia placita nullatenus veniant, nec ipse abbas sine consensu episcopi sui, & cum necessitas exigit, tunc per iussionem & consiliū episcopi illuc vadat: nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi mouere præsumat, sed quicquid quærendum vel respondendū sit, per aduocatos suos hoc faciat.

Can. 13.

Abbatissæ cum monialibus regulariter viuant.

Ca. 14.

Ministri altaris clerici vel monachi à negotij secularibus omnino abstineant.

Can. 15.

Interpretatus est hic locus Paul. Philip. 3. Imitatores mei estote, &c. ex Hierony. in Com-

Comment.ad Galat.& Auguſt.in 1.lib.de Agone Chriſtianorum.

Can.16.17.

Quòd clericos conueniat mundum & arma relinquere. *Ca.18.*

De fictis virtutibus,& ex veris vitiis diſcernendis. *Ca.19.*

Vt plus non mittantur in monaſteria canonicorum , vel monachorum aut puellarum,quàm ſufferri poſſit.

Ca.20. De *locis monaſterierum prouidendis.*

Deinde dignum ac neceſſarium eſt vt miſſi per quæque loca directi ſimul cum epiſcopis vniuſcuiuſque diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum canonicorum pariter & monachorum,ſimilitérque puellarum,ſi in apto & congruo loco ſint poſita vbi commodum neceſſarium poſſit acquiri , quod ad vtilitatẽ pertinet monaſterij , ſicut in ſancta regula dicitur. Monaſterium autem ita debet conſtitui,vt omnia neceſſaria intra monaſterium exerceantur , vt non ſit neceſſitas monachis vel clericis vel puellis vagandi foras , quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monaſteriorum ſupradicti miſſi & cum eis epiſcopi,per diuerſa loca præuideãt,ſi apta ſint, & congruenter ſanctæ profeſſioni compoſita : vel ſi clauſtrum firmum habeant , in quo ſaluari poſſint animæ in eis cõmorãtium ſub diſciplina can-

Proſpicien-dũ monaſterijs,vt nulla ſit neceſſitas monachis vagandi.

nica vel regulari. Vbi autē aliter inuētū fuerit, hoc omnimodo eps loci ipsi⁹ faciat emēdari, ita vt condignā professionis eorū custodiam habeant canonici vel monachi atq; nōnanes, ne detur eis occasio malefaciēdi, quod absit. *Can.* 11.

Sciant episcopi qualiter canonici viuant.

Can. 12. *De clericis vagis.*

De clericis vagis seu de acephalis, id est de his qui sunt sine capite, neque in seruitio domini nostri, neque sub episcopo, neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, vt in libro Officiorum secundum capitulum & tertium de eis dicit. Hos neque inter laicos secularium officiorū studia, neq; inter clericos religio tenet diuina, sed solituagos atque oberrātes sola turpis vita complectitur, & vaga: quíq; dum nullum metuūt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectātur, quasi animalia bruta, libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, nō religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino vbicūque inuēti fuerint, p̄cipimus vt episcopi sine vlla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabūdos & vagos secundum desideria voluptatum suarum viuere permittant. Sin autē episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur, vsq; ad iudicium archiepiscopi regio-

Hos potes nunc dicere exēptos ab obedientia suorum prælatorū.

gionis illius. Et si ille eos corrigere non valuerit, tunc omnino sub vinculis constringãtur vsque ad synodum, vt ibi eis indicetur: verum ad iudicium domini nostri, aut ad istã magnam synodum afferantur sub custodia publica.

Ca. 23. De clericis iniuste tonsuratis.

De clericis verò hoc statuimus, vt hi qui hactenus inuenti sunt, siue in canonico siue in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, vt ita permaneant: & deinceps cauendum, vt nullus tondeatur sine legitima ætate & spontanea voluntate, vel cum licentia domini sui.

Can. 24.

De clericis adeuntibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis obseruare, quòd de eis in sacris canonibus constitutum est.

Can. 25.

De officio prædicationis si forte eps non fuerit in domo sua aut infirmus est, aut aliqua causa exigente non valuerit, nunquam tamẽ desit dieb⁹ Dominicis aut festiuitatibus qui verbum Dei prædicet, & iuxta quod intelligere vulgus potest. *Ca. 26.*

Diebus Dominicis & alijs festiuitatibus verbũ Dei prædicandum.

Vt presbyteris p monasteria puellarũ opportuno tẽpore liceat missarum solennia celebrare, & iterum ad ꝓprias ecclesias redire.

Can. 27. Diligenter chrisma custodiendum.

Presbyteri sub sigillo custodiãt chrisma, &

nulli sub prætextu medicinæ vel maleficij donare inde præsumant: quòd si fecerint, honore priuentur. *Can.28.*

Presbyteri sine intermissione vtantur orariis propter differentiam sacerdotij dignitatis. *Ca.29.*

Vt laici presbyteros non eiiciant de ecclesiis neque constituant sine consensu episcoporum suorum.

Can.30.

Vt laici omnino munera iniusta non exigant à presbyteris propter commendationē ecclesiæ cuiquam presbytero.

Can.31. De clericis fugitiuis.

Vt vnusquisque episcopus in sua parochia diligenter presbyteros vel clericos inquirat vnde sint: & si aliquem fugitiuum inuenerit, ad suum episcopum redire faciat.

Can.32. Quid sit Litania.

Litaniæ autē Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur rogationes. Inter λιτανείας autem & ἐξομολογήσεις hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum cōfessione agantur: litanię verò dicuntur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrunque vocabulum sub vna dignatione habetur.

Can.33. De Litania maiore.

Placuit nobis vt Litania maior obseruanda sit à cūctis Christianis diebus tribus, sicut legen-

legendo reperimus,& ſicut ſancti patres noſtri inſtituerunt, non equitando,nec pretioſis veſtibus induti, ſed diſcaltitia, cinere & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit.

Can.34.De quatuor temporibus obſeruandis.

Conſtituimus vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur.in menſe Martio hebdomada prima, & feria quarta & ſexta, & ſabbato veniant omnes ad eccleſiam hora nona cum litaniis ad Miſſarum ſolemnia. Similiter in menſe Iunio, hebdomada ſecũda, feria quarta & ſexta & ſabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembri hebdomada tertia, & in menſe Decembri hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis domini, ſicut eſt in Romana eccleſia traditum.

Can.35.De indicto ieiunio.

Si quis indictum ieiunium ſuperbiẽdo cõtempſerit,, & obſeruare cũ cæteris Chriſtianis noluerit,in Gangrenſi cõcilio præcipitur vt anethematizeẽ, niſi emẽdare ſe ſtudeat.

Can.36.De feſtiuitatibus.

Feſtos dies in anno celebrari ſancimus,hoc eſt diẽ dominicã Paſchæ, cum omni honore & ſobrietate venerari.Similiter feriam ſecũdam, tertiam & quartã, à feria quinta ante Miſſam licentia ſit arandi vel ſeminandi, & hortũ & vineã excolendi, & ſeptẽ circunclu-

dēdi, ab alio verò opere cessare decreuimus. Post Missam autem ab opere vacare, Diem Ascensionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecostem similiter vt in Pascha. In Natali apostolorum Petri & Pauli, diem vnū. Natiuitatē sancti Ioannis Baptistæ, Assumptionē sanctæ Mariæ, Dedicationem sancti Michaelis, Natiuitatem sancti Remigij, sancti Martini, sancti Andreæ. In Natali domini dies quatuor. Octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem sanctæ Mariæ: & illas festiuitates Martyrū vel confessorum obseruare decreuimus quorū in vnaquaque parochia sancta corpora requiescunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Can. 37. De Dominicis diebus.

Oēs dies Dominicos cum omni veneratione decreuimus obseruare, & à seruili opere abstinere, & vt mercatus in eis minime fiat. nec placitum vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur. *Can. 38. De Decimis.*

Admonemus vel præcipimus, vt decima de omnib⁹ dari non negligatur, quia Deus ipse sibi dari cōstituit. Quia timendū est vt quisquis Deo debitum suum abstrahit, ne fortè De⁹ p peccatum suū auferat ei necessaria sua.

Can. 39. De fugientibus ad Ecclesiam.

Reum confugientē ad ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnā vel ad mortem, vt honor Dei & sanctorum eius

conser-

conseruetur: sed rectores ecclesiarum, pacẽ & vitam ac membra eius obtinere studeant, tamen legitimi cõponant quod iniquè fecit.

Can.40.

Præcipimus vt in ecclesiis, aut in domibus ecclesiarum vel atriis placita secularia minime fiant.

Can.41.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuatur. *Can.42.*

Quicunque beneficium ecclesiasticum habent ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias emendendas, omnino adiuuent, & nouam decimam reddant.

Ca.43. Ne solus presbyter peragat sacrificium.

Nullus presbyter, vt nobis videtur, solus Missam cantare valet recte. Quomodo enim dicet, Dominus vobiscum, vel sursum corda admonebit habere, & alia multa his similia cum alius nemo cum eo sit?

Can.44.

Oblationem quoque & pacem in ecclesia facere iugiter admoneatur populus Christianus, quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarũ, & in ipsa pace vera vnanimitas & concordia demonstratur.

Can.45. De symbolo & oratione Dominica.

Symbolũ & est signaculũ fidei, & orationẽ Dominicam discere, semper admoneant sa-

Nota. cerdotes populum Christianum. Volumúsque vt disciplinam condignam habeant, qui hæc dicere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, vt fidem catholicam recte discant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

Can.46. De malo ebrietatis.

Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cauere, & qui hoc cauere noluerit excõmunicandum eum esse decreuimus vsque ad emendationem congruam. *Can.47.*

Deinde præcipimus vt vnusquisque comparer spirituales filiolos suos catholice instruat. *Can.* 48.

Canticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias agere omnino cõtradicimus, quod vbique vitandum est.

Can.49. De subintroductis mulieribus.

Omnibus igitur clericis fœminas secum in domibus suis habere vltra licentiam canonum, firmiter sit contradictum.

Can. 50. *Quales debeant esse ministri episcoporum.*

Omnibus igit̃ episcopis, abbatib⁹, cũctóq; clero omnino præcipim⁹ vice dominos præ

posi-

positos,aduocatos,siue defensores bonos habere nos malo, non crudeles, non cupidos, non periuros, nõ falsitatẽ amantes,sed Deũ timentes, & in omnibus iustitiam diligẽtes. De iudicibus autem vel centenariis, atq; tribunis seu vicariis dignũ esse censemus, vt si mali repti fuerĩt,de ministerio suo abiiciãt.

Can.51. Corpora sanctorum de loco ad locum non transferantur.

Deinceps verò corpora sanctorum de loco ad locum nullus præsumat tranferre sine consilio principis vel episcopi, & sanctæ synodi licentia.

Can.52.Qui mortui possunt in ecclesia sepeliri.

Nullus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates,aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Can.53. De incestuosis.

Vt episcopi incestuosos pariter inuestigare studeãt,omnino præcipimus. Et si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur. *Can.54.*

Contradicimus quoque,vt in quarta generatione nullus amplius cõiugio copuletur,& si post interdictum inuentũ fuerit,separetur.

Can.55.Ne proprium filium de baptismo quis suscipiat.

Nullus igitur propriũ filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat,nec filiolam,nec cõmatrẽ ducat vxorẽ,nec illa cuius filiũ aut

filiam ad confirmationem duxerit: vbi autem factum fuerit, separentur.

Can. 56. De damnatis Nuptijs.

Si quis vxorem vidum duxerit, & postea cũ filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus ſororibus nupserit, seu cũ patre & filio: tales copulationes anathematizari & disiungi præcipimus, nec vnquam amplius coniugio copulari, sed magna districtione feriri.

Can. 57. Clerici horis matutinis intersint.

In Concil Veneto. ca. 14.

Clericus quem intra muros ciuitatis suæ manere constiterit & matutinis hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inuentus fuerit defuisse, septem diebus à communione habeatur extraneus, quia ministrum sacrorum eo tempore quo nõ potest ab officio suo vlla honesta necessitas occupare, fas non est à salubri cessare.

CONCILIVM VORMACIENSE, est Prouinciale.

Primò pronunciatur professio fidei Christianæ, in qua fusius quæ habẽtur in symbolo explicantur: maxime illud de incarnatione Christi in hũc modum. Dei filius personã hominis non accepit, sed naturam. Naturã quippe nostram in vnitatem suę personę assumpsit: & idcirco filius Dei & filius hominis vnus est Christus. In eo namque ꝙ filius est Dei, æqualis est patri: & in eo quod est filius hominis, minor est patre. *Can. 1.*

Quid

Quid in ſacrificio altaris offerri debeat, &c. nihil additur ad ea quæ in concilio Bracaren. tertio ca. 1. Eſtque can. 3. Apoſt. *De conſe. d. 2. cum omne.*

Can. 2. Epiſcopus pro paruis cauſis neminem excommunicet.

Mandamus quòd nullus ſacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus cauſis à communione ſuſpendat præter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri iuſſerunt aliquid committentes. *Nota.*

Can. 3. Qualiter ſe expurgare debeant fratres à furtis.

Sæpe contingit vt in monaſteriis furta perpetrentur, & qui hæc committat, ignoretur. Idcirco ſtatuimus vt quando ipſi fratres de talibus ſeſe expurgare debeant, Miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus, & ſic in vltima Miſſæ celebratione pro expurgatione ſua, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant. Vbi additur ad hæc, vt communicantibus dicatur, corpus Domini ſit tibi hodie in probationem. *2. q. 4. Sape contingit.* *Author.*

Eſt derogatus hic canon de conſec. diſt. 2. c. tribus, & alius locis prohibetur, ne ſuſpectu detur euchariſtia. Et per beatum Stephanum Papam, vt S. Tho. vult in 3. p. q. 8. ar. 6. ad 3.

Ca. 4. De clericis iter agentibus ſine epiſtola epiſc.

Preſbytero, aut diacono aut clerico ſine antiſtitis ſui epiſtola ambulanti, cõmunionem in officio celebrando nullus impendat.

Ca.5.De paruulis à parẽtibus traditis monaſterijs.

Si pater filium filiámque intra ſepta monaſterij in infantiæ annis ſub regulari tradiderit diſciplina, non liceat eis poſtquam ad pubertatis peruenerint annos, egredi, & matrimonio copulari, quia nefas eſt vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatum fræna laxentur. Igitur vt prædiximus, non liceat eis ſuſceptum habitum vnquam deſerere, ſed cõuicti quòd tonſuram aut religioſam veſtem aliquando habuerint, in religionis cultu habituque velint nolint permanere cogantur.

Ca.6.De profeſſione monachorum.

Monachum ergo aut paterna deuotio, aut profeſſio facit. Quicquid horum fuerit allegatum tenebit. Proinde huic ad mundum reuerti intercludimus aditum, & omnes ad ſeculum interdicimus regreſſus.

Can.7.Cautus ſit ſacerdos erga pœnitentes.

De hoc ſupra Can. 102. ſextæ ſynodi.

Pœnitentibus ſecundum differentiã peccatorum ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernãtur. Debet itaque ſacerdos in pœnitentia danda ſingulorum cauſas ſingulatim cõſiderare: originem quoq; modumq; culparum & affectus gemitúſque delinquentiũ diligẽter examinare manifeſtéque cognoſcere, tẽporũ etiam

etiã & ꝑsonarũ locorũ quoq;& ætatum qualitates inſpicere, vt etiã pro conſideratione locorũ,ætatũ, vel temporũ, ſeu pro qualitate delictorũ atq; gemituum vniuſcuiuſque delinquẽtis,à ſacris regulis oculos nõ reflectat.

Can.8. De his qui ſacerdotem ſponte occiderint.

Qui ſacerdotem morti voluntate tradiderit, carnẽ nõ comedat, nec vinum bibere præſumat:& ieiunet vſque ad veſperã, exceptis feſtis diebus atque Dominicis, arma nõ ſumat, & vbicunque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed propriis pedibus proficiſcatur. Eccleſiam per quinquennnij tempus non ingrediatur, ſed cũ ſacrarũ orationũ officia aut Miſſarum ſolẽnia celebrantur, ante fores baſilicę perſeueret orrãs ac deprecans Dominum, vt tanto crimine abluatur. Poſt expletum verò quinquẽniũ ingrediatur eccleſiã, nondũ verò communicet, ſed inter audientes tantũmodo ſtet, vel dum facultas cõceditur, ſedeat. Et cum decimus anni curſus fuerit finitus, cõmunicãdi ei licentia cõcedatur, & æquitandi tribuatur medela, maneátque in reliquis obſeruationibus, & tres dies ꝑ hebdomadã ieiunet, vt perfectius ad culmen purificationis peruenire mereatur.

Can.9. De adulteris.

Si cuius vxor adulterium fecerit: aut vir in alienam vxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat. *Can.10.*

De his qui suspenduntur in patibulis, ne iis denegentur sepulturæ, & quòd oblationes pro eis fiant, & Missæ celebrentur.

Reliqua decreta huius concilij sunt ex Carthaginensi conci. 2. 3. & 5. desumpta, ideo missa fecimus.

Rhemēsis synodus sub Leone tertio anno domini 813. cōgregata per piissimum Carolū Cæsarem, more priscorum imperatorum.

Capitula in hoc concilio ordinata vniuersa tractant de institutione clericorum, aliqua duximus annotanda.

Can. 11.

Lectæ sunt sententiæ libri pastoralis beati Greg. in præsentia omnium, vt pastores ecclesiæ intelligerent quomodo ipsi viuerent, qualiter sibi subiectos deberent admonere, quoniam teste eodem beato Gregorio, aliter monendi sunt prælati, aliter subditi.

Can. 12.

Vētilata est ratio pœnitentiæ, vt sacerdotes certius intelligerent quomodo confessiones recipere, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicere. *Can.* 13.

Ventilata est ratio octo principaliorum vitiorum vt vnusquisque diuersitatem illorum sciret, & ab aliis domino auxiliante se intelligerent custodire, & aliis prædicare.

Can. 14. *Cui lectioni episcopi incumbere debeant.*

Epis-

Episcopi diligentius operam dent, lectioníque diuinæ incumbant, id est canonicis libris & opusculis patrum, & verbum Dei omnibus prædicent.

Can. 15. Quid episcopi prædicare habeant.

Episcopi sermones & homilias sanctorum patrum, prout omnes intelligere possint, secundū ꝓprietatē linguæ prædicare studeāt.

Can. 16.

Vt episcopi & presbyteri examinent qualiter confidentibus peccata diiudicēt, & tempus pœnitentiæ constituant.

Can. 17. Qualis debet esse mensa episcoporum & abbatum.

Episcopi & abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigētes secū ad mensam habeant, & lectio diuina ibi personet & sumant cibū cū benedictione & laude Domini secundum Apostolū: siue māducent, siue bibāt, omnia in laudē Dei faciāt. *1. Cor. 10.*

Can. 18. Vt ministri Dei sobrij sint.

Episcopi & Dei ministri non debent comessationibus & vinolentiis nimis incūbere sed considerent sententiam Domini: Attendite ne grauētur corda vestra crapula, &c. Moderate enim cibū & necessariū potū sumāt, vt iuxta Apost. sobrinij sint, pati ad seruitiū Dñi. *Luc. 12.* *1. Petr. 5.*

C. 19. Non omnia delicta ab hominibus punienda.

Episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt q̄dā iudicanda modo, quædā Dei iudicio

1.Cor.4. reseruanda, scriptum est: Nolite ante tẽpus iudicare quoadusque veniat Dominus, &c.
Matt.7. Et illius memores sint: In quo enim iudicio iudicaueritis, ita & iudicabitur de vobis.

Can.20.

Vt monachi ad placita secularia nullatenus vadant.

An.do. 819. Stephanus ponti. 98. An. d. 820. Reliqua capitula in Laodicen. & Carthaginen.3.& 6.require.

Stephanus Papa quartus sub Petro. 98. vir sanctus, sedit menses septem, sub Ludouico Pio secundo Germano Cæsare.

Paschalis Romanus sedit annos septem.

Pascha põ. 99.An, do. 829. 99.Papa sub Petro.

Eugenius secundus Papa.100.sub Petro.

Euge.pon. 100. Eugenius secundus patria Romanus sedit ãnos quatuor, mẽses sex, dies 24. sub hoc Eugenio celebrata est synodus apud villã Theodonis per Carolum Magnum congregata, ad cohibendam præsumptionem quorundam tyrannorum in sacerdotes domini grassantium. Nihil habet præterea.

An.do.833. Valent. pont.101. Valentinus papa 101. tantæ sanctitatis, vt nondum presbyter, sed diaconus summum Pontificatus gradum ascendere meruerit, sedit dies 40.

Eod. Greg. pont.102. Gregorius quartus 102. Papa sub Petro sedit annos 19. Sunt qui velint post mortẽ eius annis 8. mensibus 7. diebus 9. sedem vacasse. Prædicti Pont. fuerunt sub Ludouico pio secun-

cundo Germana Cæsare, à quo eorum quilibet sui pontificatus confirmationem petiit, adeò tunc premebatur ecclesia Christi, vt recusaret electus pontificatum recipere priusquam à Cæsare confirmaretur. *Nota.*

Sub hoc corpus sancti Marci ab Alexandria à mercatoribus Venetis in patriam delatum est, vbi nunc in maxima veneratione habetur, extructo templo in celebriore vrbis loco. Sergius secundus, Papa 103. sub Petro sedit annos duos, mensem vnum, dies 3. sub Lothario primo Germano Cæsare 3. Is Pont. primus mutauit suum nomen, nam antea Os porci fuit appellatus. *An. do. 849. Ser. 2. pontif. 103. An. do. 841. Leo pont. 104.*

Leo 4. papa 104. sub Petro.

Ioannes 8. papa. 105. sub Petro sedit annos 2. mensem 1. dies 4. De hoc ferunt quòd malis artibus Pontificatum adeptus est, quoniam cum esset fœmina, sexum mentitus est, & postea à seruo compressa, doloribus circuenta mortua est. Hæc vulgo feruntur, incertis tamen & obscuris authoribus. *Ioan. 8. pont. 105. An. do. 860. Benedictus pont. 106. An. do. 862. Nicolaus pont. 107.*

Benedictus 3. papa 106. sub Petro, diu reluctatus & inuitus Pontificium munus suscepit. Sedit annos 2. menses 5. sub hoc tempore magnę contentiones & tumultus exorti sunt propter electionem, sed hoc sedauit Lotharius Imperator.

Nicolaus 1. papa. 107. natione Romanus. sedit annos 59. menses 6. dies 21. sub Ludo-

uico 2. Germano Cæsare quarto, circa annũ domini 858. Scripsit plures decretales epistolas, vt patet ex volumine per Gratianũ collecto. Extat Nicolai Papæ antiquæ & insignis epistola ad Michaëlem Imperatorẽ Cõstãtinopolitanũ, sup depositione Ignatij Patriarchæ Cõstãtinopolitani quem quidã episcopi ab ecclesia, cui iure præsidebat, tyrãnice proiecerunt, & Photium quendã ex foro ac seculari militia eductum, ac subito tõsuratum, eidem ecclesiæ contra sacros canones præfecerunt. Tractat multa in epistola. Primum inuehitur acriter in Imperatorem (seruata tamen modestia Christi vicaria digna) ppter epistolã quam ab eo acceperat, irreuerentẽ admodum, blasphemiis vndique & iniuriis plenã. Docet ibidem, quanta secundum Deũ sacerdotibus reuerentia debeatur, & quanta religione venerati sint apostolicã sedem Catholici Imperatores, vt ex historia ecclesiastica libr. 10. cap. 28. di. 97. c. victor. facile cõstare potest.

Secundo demonstrat quomodo inimici & suspecti Iudices esse non possunt.

Hæretici iudices esse nõ possunt. Subditi nec le-

Tertio idem de hæreticis & excommunicatis demonstrat, quia neminem deiicere potest ipse primo prostratus.

Quarto eleganter & erudite differit, quòd subditi prælatos suos aut iudicare, aut accusare aut leuiter etiã reprehendere nec debẽt,

nec

nec possunt. In quod probandū inter cætera habet argumētum ex facto Dauid, primi Regū ca. 24. vbi legimus quòd Dauid percussit cor suum, eò quòd oram chalamydis Saulis abscidisset, &c. Sic, inquit, faciunt piæ subditorum mentes, si quando contra prælatos suos vix sese pro infirmitate sua cōtinere valentes leuia quidā loquuntur, eorum manifesta mala tenuiter mordentes: vtique ad semetipsos redeunt seque vehementissime vel de tenuissima verbi lace ratione reprehendunt. Facta quippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt. Secūdo addit & aliud argumentum, quo & tempore eius Pontificis adhuc ea seruaretur consuetudo in ecclesiis, vt nullus sacerdos maiore suo consacerdote non innuēte, cuilibet rei benedicere sit ausus. Sed & anterior sacerdos stans ad pronūciandum aliquā lectionem, benedictionē quidē postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere, quia ad Hebræos legimus quòd minor à maiore benedicitur: per quod inuenitur quantæ cēsuræ fræno inferiores quique à suis iudicandis præpositis coē cēdi sunt, si his nec ad bñdicendū ius vllū penit' obtineant, vt reuera appareat quòd non est discipulus supra magistrum. Et si ad benedicēdū nō est ius, quanto minus ad maledicēdum? Quo circa minor non accuset ne maledicat maiorem sacerdotem.

Quiter reprehendere prælatos suos debēt.

Quanta reuerentia à minoribus suos circa maiores consacerdotes.

D.21.in tãtum.

Quinto, Quòd Romana ſedes à nemine iudicari poteſt: quod inter cætera duobus demonſtratur exemplis. Primo Concilij Chalcedonenſis, in quo ſancti patres Dioſcorum Alexandrinum Antiſtitẽ inter cætera idcirco potiſſimum, & ſine vlla reſtitutione damnauerunt, ꝙ ponens in cælum os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationẽ in ſanctũ Leonem papã dictauit. Secũdo exemp. concilij Romani in quo habetur ſic. Vnde factum eſt, vt in concilio epiſcoporum nullus in Marcellinum Papã, qui tẽpore Diocletiani & Maximiani auguſtorum idolis cõpulſus ſacrificauerat, ſed poſtea inſignis martyr effectus eſt, ſententiã proferre auſus fuerit, dum ei ſæpiſſime omnes dicerent. Tuo ore iudica cauſam tuã, non noſtro iudicio. Et iterum: Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, ex te iuſtificaberis, & ex ore tuo condẽnaberis. Et rurſus. Prima ſedes non iudicatur à quoquam, &c.

Sedes Romana à nemine iudicatur.

D.21.c.nũc autem.

Eccleſiæ Romanæ nulla ſynodus priuilegium aliquod contulit.

D.22.c.1.

Vltimo differuntur multa de primatu Ro. ſedis. Maxima pars epiſtolæ in hoc inſumitur, vt demonſtret hãc primam eſſe inter omnes, ſuperque omnes poteſtatem habere, vt pote quæ ſola à domino immediate ſuper Petrum fundata fuerit. Ibidem, quod ſynodus abſque authoritate Romani Pont. nõ valet. Deinde quòd eccleſiæ Romanæ non Nicæna nec vlla alia ſynodus priuilegium aliquod

uerat eam totius poteſtatis iura pleniter meruiſſe, & cunctarum Chriſti ouium regimen accepiſſe, cum cæteras alias epiſcopatuum cathedras inſtituerit eccleſia Romana.

Decre. eiuſdem Nicolai ex Gratiani volumine in vnum collecta, & in aliquot titulos diſtributa.

De ſede Apoſtolica titulus primus.

Si quis pecunia vel gratia humana, aut popular ſeu militari tumultu, Apoſtolicæ ſedi, ſine concordia & canonica electione Cardinalium eius eccleſiæ, & ſequentium clericorum religioſorum intronizatur, non Papa vel Apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur. *d.79.c.1.& c. Si quis. Non papa, ſed apoſtata qui ſine canonica electione Cardinalium eligitur.*

Contra contemnentes mandata Apoſtolica.

Siquis dogmata, mãdata, interdicta, ſanctiones, vel decreta pro catholica fide, vel eccleſiaſtica diſciplina, ꝓ correctione imminẽtiũ & futurorum malorũ à ſedis Apoſtolicę p̃ſule ſalubriter promulgata contẽpſerit, anath. ſit. *25.q.7. Siquis.*

Quanti facienda decreta Apoſtolica in his quæ ad fidem ſpectant.

Si Romanorũ Pontificũ decreto, cæterorũ opuſcula tractatorum approbant̃, vel reꝓbãtur, ita vt quod vere ſedes Apoſtolica probarit, hodie teneatur acceptum: & ꝙ illa repulit, hactenus ineffícax habeatur, quãto potius ea quæ ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, & multifariis eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tẽpore ſcri- *d.19. Si Romanorum.*

pſit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorſus in quibuſlibet neceſſitatibus, vel opportunitatibus, diſcretione vel diſpenſatione magiſtra, reuerenter aſſumi?

De Imperatoribus titulus ſecundus.

d 96. Vbinam. Imperatores vniuerſalibus duntaxat ſynodis intereſſe poſſunt.

Vbinam legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe, niſi forte in quibuſdam vti de fide tractatum eſt quę vniuerſalis eſt, quæ omnium cõmunis quæ non ſolum ad clericos, verumetiam ad laicos & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos?

Quæ ſpiritualia ſunt, non ad Imperatores attinẽt.

Mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, idem Rex & pontifex, actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, vt Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerẽt, & pontifices pro curſu tẽporalium tãtummodo rerũ imperialibus legibus vterẽtur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans, minime ſe negotiis ſecularibus implicaret, ac vicißim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negotiis implicatus.

d. 99. cum ad verum.

Non vita, ſed dignitas in ſacerdotibus conſideranda.

1. q. 1. Non quales.

Non quales ſacerdotes dñi ſint, ſed quid de Domino loquãtur, eſt vobis magnopere prouidẽdum, nec in vicariis beati Petri apoſtoli vobis

vobis est attendēdum quid sint, sed quid pro correctione ecclesiarū, quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos dicetis inferiores Scribis & Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Dominus præcepit dicens: Quęcunque dixerint vobis facite, &c. *Malus prælatus non amittit potestatem.* *Mat. 23.*

De dignitate sacerdotali idem Nicolaus in epistola ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit: Proposueramus, &c. in 2. to. concil. multa dicit.

An non districta vltione feriendus est qui in duabus vxoribus adulterium Lamech & flagitium imitatus esse dignoscitur? Quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes suo salutifero aduentu deleuit, cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit cataclysmy, id est diluuij. *24. q. 2. An non.*

De episcopis titulus tertius.

Episcopi ab omnium bestiarum, vel volucrum venatione penitus alieni existere, & ab immoderata filiarum suarum familiaritate, vnde mala oriatur fama, abstinere debent. Nullum enim sanctum (vt ait beatus Hieronymus) venatorē legimus Episcopis dispēsatio cælestis seminis iniuncta est, væ si non sparserint, væ si tacuerint, sicut vas electionis formidat & clamat. *d. 34. c. 1.* *d. 43. c. fi.* *1. Cor. 9.*

Propter infirmitatem impediti Pontifices abiiciendi non sunt.

Pōtifices qui aliqua occupantur infirmitate

abiiciendi non sunt, nec alij in loco eorum consecrãdi sunt, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quòd si de ministerio sibi concesso conqueruntur: quæ licita sunt, sacerdotes expleant. In iis verò quæ his præsumere non licet, vicinorum episcoporum vsque ad recipiendam sanitatem auxilia subrogentur.

Ibidem.

Vt soliciti sint prælati ne vel coronam amittant.

Eos verò qui dominicis gregis suscipiunt curam atq; solicitudinẽ, ab administratione eorũ discedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorũ salubriter augeatur, & triplicetur fructus.

Ibidem.

In persecutionibus episcopus oues suas non deserat.

Ibidem.

Sciscitaris.

Sciscitaris, vtrum cum à Normanis episcopio depellaris, debeas de cætero in monasterio conuersari: In quo scias charissime frater quòd si pernicioſum est proretam in trãquillitate nauim deserere, quãtò magis in fluctibus? vbi non dicimus quòd persecutorum nõ fugiamus insidias (maximéque paganorum) cum ad tempus sæuiũt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitus assequũtur, præsertim cum eis prodire vitio non debeamus, & multos prophetas & apostolos, ipsum quoque dominũ huiusmodi fugisse insecutores luce clarius cõstet, sed quòd præcipue nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, imo qui

& ho-

& horum paſtores ſumus Deo Authore, cum eis in periculis pro viribus perſiſtere pro cætero conueniat. Et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitáque furẽtium infeſtatio mox gregem perquirere, & in vnum colligere, & eius ánimos cæleſti pane pace ac ſecuritate prædicata, erigere debemus.

Non licet epiſcopis ſecularibus implicari negotiis. Quid enim ad epiſcopos & milites Chriſti pertinet, niſi vt vacent orationibus? *22 q. 8. Reprehenſibile.*

De presbyteris titulus quartus.

Nullus Miſſam audiat presbyteri quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. *D. 32. Nullus.*

De ſacerdote fornicario.

Sacerdotes ſi in fornicationis ceciderint laqueum & criminis manifeſtus ſit actus, ſacerdotij honorẽ habere non poſſunt ſecundum canonicæ inſtitutionis authoritarem. *d. 50. Sacerdotes.*

Etiam à ſacerdote manifeſte malo licite ſacramenta ſumuntur.

Ab omni ſacerdote & manifeſte malo poſſunt fideles ſacramenta percipere, quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt. Fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, aliis verò lumen in tenebris adminiſtrat, & vnde aliis commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo, &c. qualiſcunque enim ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt. *15. q. 8. ca fin.*

De clericis titulus quintus.

32. De illo. Clericus qui vsque ad subdiaconatum caste vixit vxorem ducere non potest.

d. 50. clericus. Clericꝰ qui Paganũ occiderit, erit irregularis, nã discretis sũt milites seculi à militibus ecclesiæ, quibus militare seculo non cõuenit.

De votis monasticis titulus sextus.

20. q. 3. Præsens. Nõ debet quispiã ad regularẽ disciplinã inuitus cogi, idcirco dominus nõ ferẽdũ in via virgã, per quã violẽtia vlli inferatur, præcepit, &c. Nullum enim bonũ nisi volũtarium.

De laicis titulus septimus.

D. 28. c. sic. Nõ debẽt laici presbyterũ iudicare, nec de vita eius quicquã inuestigare sed episcoporum iudicio quicquid id sit, est reseruandum.

Facta pontificum Imperator iudicare non debet.

d. 96. In scripturis. Non debet princeps secularis facta pontificum quorũcunque presbyterorúmque iudicare, exemplo Constantini Imperatoris, quem scripturæ narrant dixisse. Verè si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui in monachali habitu amicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirẽ eum, ne ab aliquibus videretur. Hoc dicimus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus (qui iure patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire, quòd confusionẽ piis mẽtibus ingerat, non infrunitos, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternã verecundiã cõtega-

tegatis, vt affluenti benedictione repleti, sicut & illi, moderante Domino mereamini.

De ecclesiis titulus octauus. 17.q 4. Sicut.

Sicut antiquitus à sanctis patribus statutũ est, statuimus vt maior ecclesia per circuitũ quadraginta passus habeat, capellæ verò vel minores ecclesiæ triginta. Qui autẽ confinia eorum cõfringere tẽtauerit, aut personã hominis aut bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro erit, quousque emendet, & nisi quod rapuerit, reddat, excommunicetur.

De baptismo titulus nonus.

A quodam Iudæo nescitis vtrum Christiano an Pagno multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid inde sit agendum consulitis. Si profecto si in nomine trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in actis Apostolorum legitur) baptizati sunt, rebaptizari non debent. d.4. A quodã Iudæo.

De pœnitentia titulus decimus.

De publica pœnitentia, qua inuasores & grassatores itinerum pœnitere debent, habes 12.q.2.c.de viro.

De pœnitẽtia publica interfectorum suarum coniugum, &c. 33.q.2.c. Interfectores.

Statuitur pœna pro matricidis.

Matricida sic pœniteat, per vnũ annũ integrũ ecclesiã non ingrediatur, sed ante fores Basilicę stans orans & deprecãs Deũ perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Cõpleto 33.q. 2. Latorem.

anno introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantũ inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis tribus annis sacræ communionis ei gratia concedatur, oblationes verò nõ offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleãtur. His autem omnibus annis carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecostem. Et quocũque ire voluerit, nullo deducatur, sed pedes proficiscatur. Arma non sumat, nisi contra Paganos. Ieiunet autẽ tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam, & à propria & legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginẽ corruat. Si autẽ ante annorũ triũ cursũ finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sãguinis dñi nostri particeps fiat. Sinautẽ, vt supra statuimus efficiatur: tamẽ si illius conuersionem & lachrymarũ fontem in omnibus videritis floridis actionib⁹ & optimis operibus pullulare, humani⁹ circa eũ solicitudo puigil appareat, mitíque in omnibus demõstretur.

De matrimonio titulus vndecimus.

27.q.2. *Sufficiat.* Sufficiat solus secundum leges consensus ad cõiugium: qui solus si defuerit, cætera etiã cum ipso coitu celebrata frustrantur.

33.q.4. *Nec vxorem.* Nec vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesima, conuenire posse, vllo modo arbitror.

Reli-

Reliqua can. huius tituli explicant impedimenta matrimonij: quæ quia circunferuntur in iure canonico, missa fecimus.

De bellis titulus duodecimus.

Manomachiam in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus, cum hæc & huiusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur. *2.q.4. Monomachiã.*

Quod omni tempore sit à præliis abstinendum. *23.q.8. Si nulla.*

Si nulla vrget necessitas, non solũ quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore est à præliis abstinendum. Si autẽ ineuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tẽpore pro defensione tam sua quam patriæ, seu legum paternarum, est bellorum præparationi proculdubio parcendum, ne Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & suæ ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Eadem vel aliqua capitula Nicolai papæ omisimus ne cõmunia toties repeteremus.

Adrianus 2. pap. 107. sedit an. 5. mens. 9. dies sub Ludouico 2. Germano Cæsare quarto à clero & populo electus est.

SYNODVS VNIVERSALIS 8.

An. do. 871. Adrianus. pont.

Constantinopoli anno Basilij Imperatoris tertio celebrata sub Adriano papa 2.

De origine huius synodi dixi in controuersia quarta, & etiã cum ageremus de Nicolao

primo. Tota synodus consumitur in depositione Photij & restitutione Ignatij Archiepiscopi Constantinopolitani.

Actio prima.

Anno tertio pijssimorum Imperatorũ Basilij & Constantini, conuenientibus Danato & Stephano episcopis & Marino diacono, & locum tenentibus Adriani sanctissimi archiepiscopi senioris Romæ, & Ignatio archiepiscopo Cõstantinopolitano nouæ Romæ, &c. Hic primo synodus exegit à legatis Romanę sedis literas quibus notam facerent potestatem suam vt præsiderent in synodo. At illi produxerunt epistolam Adriani papæ ad Basilium Imperatorem, cuius titulus est.

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo & desiderabilissimo filio. Legationis excellentiæ tuę, &c. Et post pauca subiungit. Volumus per vestræ pietatis industriam Constantinopoli numerosum celebrare cõcilium, cui nostri quoque missi præsidentes, & culparum personarúmque differentias liquido cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum liberè discretiones exerceãt: in quo sacrato cœtu execrandi vanitatis concilij, quod aduersum hãc sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria à possessoribus suis ablata, contemplantibus cunctis, igne cremari, nec superesse apud

se apud quemlibet ex his omnibus saltem vnum iota vel vnum apicem, nisi quis totius clericatus, immo totius nominis Christiani (anathemate perculsus) carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium, nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatũ sanctæ ecclesiæ Hostiensis, & Stephanum ecclesiæ Repesinæ reuerend. episcopos, atque filium meum Marinum apostolicę sedis diaconum consiliarios nostros tuæ commendamus pietati. Precamur, vt eos ob amorẽ præcipuorum apostolorum Petri & Pauli, à quorum sede mittuntur, benignè suscipias, & tãquam nobismetipsis aures credulitates accommodes.

Deinde productus est libellus à sancta Romanorum ecclesia missus, & lectus audiente tota synodo, cuius summa est.

Anathematizam⁹oẽs hæreses simul cũ Iconomachis. Anathematizamus etiã Photium, qui cõtra sacras regulas, & sanctorum pontificum Romanorum venerãda decreta repẽte de curiali administratione, secularíque militia sublatus (superstite Ignatio patriarcha) in Constantinopoli est peruasorie, imo tyrãnice à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus ecclesiã, donec sedis apostolicæ sanctionibus inobe-

33. q. 2. Latorem. definitio synodi Romanæ celebrata sub Nicolao.

diens perſeuerans, eius ſententiam tam de ſe quam de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreuerit, & conciliabuli acta, quòd ſe authore contra ſedis apoſtolicæ congregatũ eſt, anathematizare diſtulerit. Sequimur autem ſanctã ſynodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe domine angelicæ ſumme pontifex Adrianæ ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri & Pauli (apoſtolorum eximij) corpus celebrauit. Simul & quæ tu ipſe nuper egiſti, & omnia quæ in his ſtatuta ſunt, ſecundum decreti veſtri moderationem venerabiliter conſeruabimus: recipientes quos recipiunt, & damnãtes omnes qui in illis damnati ſunt, & præcipue iam dictum Photium & Gregorium Syracuſanum, patricidas videlicet, qui contra ſpiritalem patrem ſuum linguas eximere minime formidarunt, atque perſeuerantes in ſchiſmate ſequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis ſocietate permanſerint.

Sãcta ſynodus dixit, Omnibus placet libellus à ſancta Romanorum eccleſia expoſitus.

Deinde lecta eſt definitio epiſcoporum Orientis ſuper depoſitione Ignatij, quæ facta fuerat priuſquam vicarij ſenioris Romæ veniſſent, quæ conueniebat cum ea quæ facta fuerat à ſynodo Romana præſente Nicolao Papa. Et ſic abſoluta eſt actio prima.

Actio ſecunda.

Ad

Ad hanc sessionem venerunt, qui cecide-derant cum Photio, episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi, & proferentes libellos pœnitentiæ coram synodo, recepti sunt ab ea cum sola manus impositione. Et absolutus est conuentus secundus.

Actio tertia.

In hoc conuentu lecta est epistola Imperatoris Basilij, & epistola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaum Papam: & deinde epistola Adriani Papæ ad Ignatium Patriacham super damnatione Photij, & suorum sectatorum.

Actio quarta.

In hac sessione primo legitur epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, missa per Rhodoaldum & Zachariam olim episcopos: in qua ostendit Cæsari, hominem laicum nõ promouendũ ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardicense concilium, vt de laicis non intelligerẽtur antistites, in cap. 13. per omnia prohibuit. Itẽ & Cœlestin⁹ Papa in decreto suæ sanctionis cap. 21. & Leo Romanæ sedis pontifex hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit, cap. 33. Item & Gelasius non solum episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros ne talia præsumerent, vetuit in decretorum suorum cap. 3. *D. 63. c. Adrianus.*

Accedit, ꝙ prædecessor noster Adrianus primus in epistola, quã Cõstantinopolim pro venerandis imaginibus destinauerat, ita in-

stituit, vt amplius de laicis nullatenus ordinarentur antistites. Hæc Nicolaus. Subinde verò commendat venerationem sanctarum imaginum.

Secundo legitur altera eiusdem Nicolai ad Photium epistola, in qua inuehitur in illum propter vsurpatum sacerdotium cõtra ordinem sacrorum canonum, Deinde ad illud quód scripserat ad Nicolaum Papam, quòd exemplo aliorum patrum fecerat, respõdet:

Temere & imprudenter ad tanti honoris culmen ascendere præsumpsisti, assumẽs tibi quasi à sanctissimo viro Nectario occasionẽ quem sancta secunda synodus non ob aliud ad sacerdotalẽ eligere atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis cõtritione anxiebatur, eò ꝙ in Constantinopolitana ecclesia nullus clericorũ inueniri poterat, qui pessimæ hæreseos nimbosa caligne nõ fuerat impeditus. Et ob hoc ne diutius dicta ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret, prædictũ Nectariũ expugnatorẽ hæreticorũ, & defensorẽ ecclesiarũ ad ecclesiasticam curam & dignitatem sacerdotalẽ secũda sancta synodus elegit. Sed ne hoc iterum fieret, nõ cõfirmauit, nec instituit. Et ideo licet cõtra patrũ atque canonicas institutiones, qđ per necessitatis fieri euẽtus cõprobat, non in authoritate tenẽdum est: sed ne iterũ talis, proueniat ne-

ces-

ceſſitas, magis magíſque cauendum.

Tarasius ex laico ordine assumitur ad archiepiscopatum.

De Tarasij quidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatus ex tẽplo culmen promotus eſt, quã & vos quaſi in authoritatẽ veſtræ defenſionis aſſumere vultis, ſi ſanctam, quę apud vos tempore ſanctiſſimi viri Adriani Papæ celebrata eſt, ſynodum diligentius ſcrutati fueritis, inuenietis quid in eadem ſanctiſſimus vir conſultus decreuit: & quòd dum eius conſecrationes reprehenderet actus, mœrorem ſe pro tã præſumptiua factione nimium ſuſtinere profitetur. Dicit enim, ℣ niſi in erigendis imaginibus feruẽtius contra illorum depoſitores, atque conculcatores vt vetus miles Chriſti reſiſteres, nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine Patriarchatus veſtram dilectionem ſuſciperemus, quæ tantum declaratur inordinate promota, quantum comprobatur cõtra apoſtolica decreta enormiter præſumpta.

Hiſto. eccle. li. 11. Ambroſius catechumenus aſſumitur ad epiſcopatum.

Beatiſſimum quoque Ambroſium ſplendidiſſimã lucernã eccleſiæ, qui ex catechumeno diuino præſagio, ad epiſcopalem per cõtinuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis? Qui non inſtinctu hominum, ſed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt.

Tertio legitur & alia epiſtola Nicolai ad Imperatorẽ, quæ idem tractat argumentum.

Actio quinta.

Ad sessionem venit Photius & stantem in præsentia patrum interrogauerunt eum ter legati, si susciperet constituta sanctorum patrum. At Photius non respondit verbum sed tamen vrgentibus vicariis senioris Romæ, tandem dixit: Vocem meam etiam me tacẽte Deus audit.

Præsidẽtes synodi dixerunt: Per silentiũ nõ effugies manifestiorẽ dãnationẽ. Et eo præsente fecerunt vt legerentur epistolæ quæ in actione quarta fuerant lectæ. Quibus lectis vicarij senioris Romę dixerunt: Nos ergo nõ nouum aliquod vel recens iudiciũ iudicabimus, aut introducemus, sed vet⁹ ex multo tẽpore iudicatũ à beatissimo papa Nicolao: firmatum autem à sanctissimo papa Adriano; & nos nõ possumus commoueri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergo nec sedes nostra apostolica, nec sedes receperunt Oriẽtalium, quis de cętero Christianus esse volẽs, vlterius suscipiet? Sed talem cõatũ abiicimus, & anathematizamus, ne vlterius cõtra ecclesiã talis quælibet alia forte in omne seculum maligna introducatur actio, nec temere à mũdana potestate eiiciat̃ legitimus põtifex, & pro eo subrogetur alter iniq; & illegaliter.

Sacta & vniuersalis synod⁹ exclamauit: Recipim⁹ hæc oĩa, valde quippe sunt discreta, & congrua ecclesiasticis regulis, atque legibus.

Et

Et sic commonitus est ad pœnitentiam Photius & dimissus, & absoluta est actio quinta.

Actio sexta.

Vocati sunt ad synodum episcopi Photij, ante quos lectæ sunt epistolæ Nicolai papæ ad Michaëlem Imperatorem & Photium per Leonem à secretis missæ (quásque quarta cõtinet actio) cum nollent resipiscere, commonuit eos coram synodo Basilius Imperator. Et cum nec sic agnoscerent errorem suũ, denuo commonuit eos imperator dicẽs: Ecce qualiter & quoties admonuimus vos, & audistis, & non est vobis rationis sermo. Si enim vultis subiici admonitionibus omnium nostrum, ecce potus & medicina: quòd si non Imperium nostrum præbet vobis inducias septem dierum, vt si quidem curam gesseritis salutis vestræ, bñę & optimè: si verò minimè, ventura sexta feria in sancta & vniuersali synodo state omnes, & quicquid definierit vniuersalis synodus fiet. Et absoluta est actio sexta.

Actio septima.

Ingressus est Photius ad synodum baculo innixus, quẽ ab eo Marinus vicarius Romanus iussit auferri dicens, Baculus signũ est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullaten⁹ debet, qa lupus est, nõ pastor. Et hortabantur illũ vicarij senioris Romæ ad faciendũ libellum pœnitentiæ: & tota synodus prouocabat

illum ad pœnitentiam, sed ille eos ecõtrario cũ suis epis ad pœnitẽtiã magis impellebat.

Lecta epistola Nicolai papæ ad clerum Cõstantinopoli. in qua latè tractat hoc argumẽtum de scelesta depositione Ignatij,& introductione Photij.

Episcopus Roma non iudicatur à quoquam nisi in casu hæresis.

Mox recitata sunt gesta synodi quæ facta est ab Adriano Romano papa super promotionem Photij. In tertia autem allocutione Adriani ad synodum sic habetur: Romanum pontificem de omnium ecclesiarum pręsulibus iudicasse legimus: de eo verò quenquam iudicasse nõ legim⁹. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, qui fuerat super hæresi accusatus, propter quam solum licitũ est minoribus, maiorum suorum motibus resistere, vel prauos suos sensus liberè respuere, quamuis & ibi nec patriarcharum, nec cæterorum antistitũ cupiã de eo quamlibet fas fuerit proferre sententiã, nisi eiusdẽ primæ sedis pontificis consensus præcessisset.

Hic damnatur synod. in templo apostolorum celebrata Constan. per Photiũ qu. habet 71. cano.

Adrianus papa de profano conciliabulo Constantinop. cõgregato penitus abolẽdo.

Conciliabulo vanitatis à Photio, & huius fautore Michaële, videlicet tyrannice impetrãte, Cõstãtinopoli nuper aduersus Apostolicæ sed. reuerentiã & priuilegiũ cõgregatũ, vt potè v r tatis inimicũ,& oñi falsitate repletũ:cũ & sibi cõsentientiũ animas interficiens

eiens Ephesino latrocinio comparandũ fore statuimus, & ipsius execranda gesta (quibuscunq; habeantur monumẽtis inserta) summi iudicis dñi nostri Iesu Christi, sanctorum Apostolorũ principum Petri & Pauli, nostrę; mediocritatis authoritate penitus abolenda decernimus, ita vt igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de cæteris scripturis, quæ viris iam nominatis authoribus contra eandem sedem tempore diuerso sunt editæ, gerendum definimus.

De conuẽticulis cõtra Ignatium collectis similiter abolendis.

Pari etiam modo de conuenticulis ab eisdem viris Michaële scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano inuasore bis aduersum fratrem & coepiscopum nostrum Ignatium factiose collectis, deliberamus.

De Photio iuuasore iterato dãnato.

Photium, qui licet sit à decessore meo & à nobis pro criminibus antè patratis iure dãnatus & anathematizamus, nunc tamen quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cælum os suum aduersus veneranda sed. Apost. priuilegia noua temeritate prorupit, cui resistere minime formidauit apostol. authoritatis cẽsuras iterato damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viua voce ac propria apostolicę sed. in omnibus obedire spoponderit, & prophanum conciliabulũ à se Constantinopolitan. celebratum damnauerit, laicæ communionis gratiam non negamus.

Dãnatur & altera synod. Photij in templo Sophiæ celebrata habens. 3. canones.

His sententiis subscripsit Adrianus papa, etiam & alij episcopi.

Post hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematismum Photij, sequacium & cooperatorum eius, in quo ipsum Photium, vt secularē & tyrannū, vt schismaticū & dānum, vt mœchū & patricidā, vt fabricatorē mēdacij, & vt nouum Dioscorum anathematizat cum omnibus sequacibus & fautoribus eius.

Actio 8.

In conuentu octauo tractatum est de abolendis chirographis iniustis, & vniuersis actis conciliabulorum quæ à Photio cōtra papam Nicolaum, & Patriarcham Ignatium celebrata sunt. Quæ vniuersa præcepto Imperatoris & synodi combusta sunt.

Deinde venerunt ad synodum aliqui sacerdotes Iconomachi, & monitis sanctæ synodi & Imperatoris conuersi, recepti sunt cum sola manus impositione.

Postremo Stephanus diaconus è sugegestu anathematizauit Iconomachos & Photium in hac forma: Concilio quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema.

His qui sumunt diuinæ scripturæ dicta quæ sunt aduersus idola, contra venerandas imagines, anathema. Cætera sicut in synodo septima & vniuersali actione 7. in fine.

Actio 9.

Quæ nona continentur actione: Nuncia-

tur

tur synodo veniſſe Ioſeph vicariũ Alexandrinæ ſedis: huius hortante ſynodo epiſtola commendatitia legitur, & ipſe receptus quæ acta ſunt in octo actionibus prædictis approbat.

Mox examinantur falſi teſtes qui contra Ignatiũ iurauerant, & cũ præſcripta à ſynodo ſatisfactione pœnitẽtiæ recepti ſunt ad cõmunionem eccleſiæ. Sic recepti ſunt & cæteri qui defecerant ad Photium deſerto legitimo antiſtite Ignatio. *Actio* 10.

In poſtrema ſeſſione annuente tota ſynodo præceperunt vicarij ſenioris Romæ, vt legerentur canones quos ſtatuerat ſancta ſynodus: quos integros nec libuit nec licuit tranſcribere propter intolerabilem codicum deprauationem. Nactus ſum exemplar quoddam Latinum, & per amanuenſem ſcriptum inſignenter deprauatum. Græcum aliquod exemplar cum quo conferrem Latinum nunquam potui videre, ideo pleróſq; canones in epitomen redegi.

Can. 1. *De obſeruatione canonum vniuerſalium & localium ſynodorum.*

Regulas quę ſanctæ catholicæ, & apoſtolicæ, tã à ſanctis apoſtolis, q̃ ab orthodoxorũ vniuerſalibus necnõ & localibus cõciliis, vel etiã à quolibet deiloquo patre ac magiſtro eccleſiæ traditæ ſunt, ſeruare ac cuſtodire ꝓfitemur: q̃bus & ꝓpriã vitã & mores, &

omnem ſacerdotij catalagum regamus. Sed & omnes qui Chriſtiano cẽſentur vocabulo, damnationib⁹ & iuſtificationibus, quę p illas prolatæ ſunt, canonice ſubiici decernimus. Tenere quippe traditiones quas accepimus, ſiue per ſermonẽ, ſiue per epiſtolã ſanctorũ qui ante fuerunt, Paulus aperte admonet. 2.Th 2.

Can. 2. Vt ſeruentur definitiones Nicolai & Adriani papæ.

d.63.c. Adrianus. Secũdus canon habet, vt conſeruentur definitiones ſynodicæ à beatiſſimo Nicolao papa & Adriano Romanis Patriarchis pro defenſione eccl. cõſtant. ac reſtitutione Ignatij, atq; Photij neophyti expulſione, ac cõdẽnatione eiuſdẽ Photij. De qbus in actione 4.

Ca. 3. Vt venerentur imagines.

De obſeruatione imaginum. Sacram imaginẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium ſaluatoris æquo honore cum libro ſanctorum euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarũ eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem & ſapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptum eſt, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura quæ in coloribus, prædicat, & cõmendat. Dignũ eſt enim vt ſecundũ cõgruẽtiam rationis, & antiquiſſimam traditionem propter honorem, quia ad principalia ipſa refertur, etiam deriuatiuè imagines honorẽtur

tur, & adorentur, vt sanctorum euangeliorũ sacer liber, atque typus pretiosæ crucis.

Quartus canon declarat quòd neophytus Photius nunquam fuerit episcopus, nec illi qui in sacerdotali gradu consecrati sunt ab eo, putentur esse sacerdotes: sed subuertenda esse omnia quæcunque ille ad dandum aliis gradum sacerdotij operatus est.

Can. 5. Nullus ex laico ordine assumatur episcopus.

Nullus de Senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper tonsus eligatur vel suscipiatur Patriarcha, nisi secundum definitionem quæ prolata ab hac est sancta & magna synodo, s. si omnem gradum ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irreprehensibilis inuentus extiterit & probatus, ita vt in gradu lectorum annum compleat, in subdiacono verò duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ & vniuersali synodo eligi hunc & admitti.

Hoc idem de sacerdotali dignitate statuitur in c. 38. conc. Brac. 2.

Can. 6. Anathematizatur Photius.

Anathematizamus Photium. Primo propter nequissimam inuasionem eccle. Cõstãtinop. cum aliis malis operibus suis. Secundo propter inuentionem falsorum vicariorum. Tertio propter concilium vanitatis quod celebrare tentauit. Quarto propter crimina quæ falsò contra sanctissimum papã Nicol. ũ

in ſuo conciliabulo propoſuit.

Ca.7. De non admittendis hoſtibus imaginum.

Valde proficuum eſt venerabiles imagines pingere, ſed & proximo diſciplinas diuinæ ac humanæ ſapientiæ docere. Nō autē bonū eſt, nec omnino proficuū ab indignis horum aliquid fieri huius rei gratia nequaquam imagines operari in ſacris templis: ſed neque in quouis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & vniuerſali ſynodo, definimus & promulgamus quouſque à propria ſeductione, ac malitia conuertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem ad picturæ ſanctarū imaginū in eccleſiis, aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiſerit, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: ſi laicus, communione priuetur. *Ca.8. & 9.*

Apparet ex actis octauæ ſeſſionis huius ſynodi ſolitum fuiſſe Photium, cum eius vigebat hæreſis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum, tum etiam à nobilibus & ignobilibus vſque ad cerdones & pelliones, & reliquā plebis fæcē, quibus promittebant ſe illi adhæſuros, pugnaturóſque pro eius opinione. Ipſe præterea Photius ſolebat alias viciſſim chirographas dare, quibus facultatem dabat ad docendum vel diſcendum. Ex hoc improbo more arripuere anſam & catholici, vt vellent à piis ſacerdotibus habere ſyngraphas, vt diſcerent

rent & docerent, essentque tuti & securi talibus muniti scripturis. Ob hoc sancitum est his duobus canonibus octauo & nono, vt qui creantur episcopi vel Patriarchæ, nullas chirographas à catalogo clericorũ expostulent, sed tantum fiant solẽnitates de more: & vt liceat omnibus idoneis discere vel docere libere, sine facultate per chirographas.

Can. 10. Ne quis vitet superiorem præsalem ante sententiam.

Nullus clericus ante diligentẽ examinationem & synodicam sententiam à communionem proprij Patriarchæ se separet licet criminalem quamlibet causam eius se nosse prætendat, nec recuset nomen ipsius referre inter diuina mysteria. Idem statuimus de episcopis erga proprios Metropolitas: similiter & de Metropolitis circa Patriarcham suũ. Qui verò contra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honore decidat.

Can. 11. Quod vnica sit hominis anima.

Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt hominem duas animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inuentores & similia sentientes, cum vetus & nouum testamentum, omnésque ecclesię patres vnam animã rationalem habere hominem asseuerent, sancta & vniuersalis synodus anathematizat.

Can.12. Ne quis potentia principum fretus assumat dignitatem episcopi.

Si quis ep̃s p̃ versutiã vel tyrannidẽ principum suę dignitatis consecrationẽ susceperit, deponatur, vtpote qui nõ ex volũtate Dei, & ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus ex hominibus & per homines Dei donum possidere voluit, vel consensit.

Can.13. Ex minoribus ordinibus assumantur ad maiores.

Decernimus, vt soli clerici magnæ ecclesiæ qui in minoribus ordinibus morati sunt, ad maiores gradus & honores ecclesiasticos (si digni inueniantur) ascendere debeant. Nullo tamen modo hi qui foris sunt, ad tales dignitates vel honores admittantur.

Can.14. In quanto honore habendi sunt episcopi à principibus secularibus.

Qui diuina gratia episcopalem sortiuntur dignitatem, ordinem cælestis hierarchiæ referunt in terris. Quare merito sancimus, vt digno in honore tam à principibus quàm à cæteris oĩbus habeantur. Non oportet itaq;, vt principibus, vel viris militari dignitate præditis obuiam lõgissimè procedant ab eorum ecclesiis: nec à mulis equísve descendant in occursu, aut timide abiectéque ante genua procidant, velut adoraturi. Imò verò non accedat ad mensas secularium principum, sed cum omni modestia quæ spiritalem

lem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. Dummodo principes, & pij Imperatores agnoscant sibi æquales episcopos, vt libere audeant reprehendere increparéq; & principes & cæteros qui militari honore fruuntur, siquid peccauerint. Siquis verò episcopus post hanc sanctionē suam dehonestauerit dignitatem, cadens ab honore sibi per canones debito, vixerítq; abiecte secundum veterem & agrestē consuetudinem amoueatur per annum, & princeps qui in causa fuerit, excommunicetur per biēnium.

Can. 15. In quem vsum ecclesiæ possessiones seruari debeant.

Decernimus, vt episcopo vendere vel vtcūque alienare vasa, aut vestes sanctas nec alias rusticas possessiones venūdare liceat, ne propter hoc ecclesiastici redditus lædantur, quos ad propriam vtilitatem & in escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse definimus. Nec etiam per emphyteosim salaria ecclesiarum tribuere possit, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captiuorum. 12. q. 2. apostolicos.

Can. 16.

Colligere licet solēne fuisse in aulis principū statis quibusdā diebus cōponere aliquē laicū insignibus episcopalibus, qui & tonsura & cæteris ornamentis personarum episcopū

ageret : & creasse etiam ridiculum Patriarchã, quo se oblectarent. Quæ omnia, vt inde decus ecclesiæ accersita, prohibẽtur sub grauibus censuris. *Can.17.*

Author. *Quia deprauata exemplaria reddunt hunc canonem insigniter obscurum, visum est hac summa illum complecti, & non integrum transcribere, triáque continet canon præsens.*

Primum, ꝙ Metropolitani super vniuersos episcopos qui ab ipsis promouentur, & siue per manus impositionem, siue per paludationem eplis dignitatis firmitatẽ accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad conuocandum eos (vrgente necessitate) ad synodalem conuentum : vel etiam ad coërcendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusauerit. Hoc primũ est ex canone sexto Nicæni consilij desumptum, quem refert in hac forma : Quia & in Romanorum ciuitate hmõdi mos prꝙualuit.

De episcopis qui causantur se impeditos à mundi principibus ne veniant ad synodos.

Secundum, Quoniam sunt quidam episcoporum qui ne secundum vocationẽ apostolici præsulis occurrant, se à mundi principibus impeditos causantur : Placuit talem excusationem omnimodo esse inualidam. Cum enim principes pro suis causis frequenter conuentum agant, impium est vt summos præsules ad synodos pro ecclesiasticis negotiis celebrandas impediant, vel quosdam à conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum,

mentum,& fictam prohibitionē episcoporū suggestione diuersis modis fieri didicerim[9].

Tertium est: Illud autem tanquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque principali præsentia celebrari, cum nusquam sacri canones conuenire seculares principes in conciliis sanxerint, sed solos antistites. Vnde nec interfuisse illos synodis, exceptis conciliis vniuersalibus, inuenimus. Nec enim fas est seculares principes spectatores fieri rerum quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt.

Quòd ad principes seculares non pertineat synodis interesse.

Can.18. Vt in ecclesiis antiqua conseruentur priuilegia.

Placuit huic sanctæ & magnæ synodo, vt res vel priuilegia quæ Dei ecclesiis ex longa cōsuetudine pertinent,& siue à diuinę recordationis Imperatoribus,siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam à potestate præsulis quæcūque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat, sed sint omnia in potestate ac vsu præsulis ecclesiæ quæcunque intra triginta spatium annorū ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Qui contrà fecerit vt sacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia seu res restituerit,anathema sit.

Ca.19. Ne Metropolitanus grauet subiectos epōs.

Definiuit sancta hæc & vniuersalis synodus nullum archiepiscoporum aut Metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam,& sub occasione quasi visitationis ad alias accedere & consumere redditus qui apud illos inueniuntur ad ecclesiasticam dispositionem & alimenta pauperum. Sed tãtum si contingat aliquò per illas ecclesias necessario iter agere, tunc non alia nisi ex his quæ ad præsens de compendio præparata inueniuntur, cum reuerentia & cum timore Dei dignanter accipiat,& maturius propositum iter perambulet. Si enim vnumquenque episcoporum ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias vtilitates importune ac sine ratione consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt, qua putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis episcopis cõmissas ecclesias grauare nõ formidat? Qui contrà fecerit,deponatur,& sequestretur vt sacrilegus, & alter idololatria factus iuxta magnum Apostolum.

*Can.*20.

Hoc canone sancitum est vt possessiones in emphyteosim datas ab ecclesia, non liceat emphyteotam spoliare prætextu non seruati pacti. Verùm si per tres annos continuos pensionem non soluerit, liceat tunc ecclesiæ vindicare suas possessiones,dummodo id fiat ordine iudiciali coram competente iudice.

Qui

Qui secus fecerit, cogetur ad restitutionem in integrum. Quod si noluerit parere, deponitur.

Can. 21. Quanta reuerentia agendum est erga episcopum Romanum.

Definimus neminem prorsus mundi potentium quenquam eorum qui patriarchalibus sedibus præsunt inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare, sed omni reuerentia & honore dignos iudicare, præcipuæ quidem sanctissimum Papam senioris Romæ: deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham. Deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hierosolymorum. Sed nec alium quenquam conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare vel componere liceat sub occasione quasi diffamatoriorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multo antè Dioscorus. Quisquis autem tale facinus contra sedem Petri principis apostolorũ ausus fuerit intentare, æqualem & eandem q̃ illi condemnationem recipiat. Porrò si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum ecclesia quæuis ambiguitas & controuersia, oportet venerabiliter & cum conuenienti reuerentia de proposita quæstione suscitari, & solutionem accipere, aut proficere aut profectum facere: non tm̃ audacter sententiam dicere

22. d. c. definimus.

contra ſummos ſenioris Romæ pontifices.

Can.22. Ne princeps ſecularis ſe immiſceat promotioni epiſcoporum.

Sanctas & vniuerſalis ſynodus definit neminem laicorum principum vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc & incõgrua fiat confuſio vel contentio: præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quẽquam poteſtatiuorum vel cæterorum laicorũ habere conueniat, ſed potius ſilere, ac attendere ſibi vſque quo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat fine electio futuri pontificis. Quiſquis autem ſecularium principum & potentum, vel alterius dignitatis laicæ aduerſus communem, ac conſentaneam, atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathem. ſit.

Can.23. Ne quid præſumat agere epiſcopus in aliena eccleſia.

Nullus epiſcoporum poſſeſſionum aliarũ eccleſiarum locationem ſibi fieri ab alio epiſcopo rogare audeat: nec ipſe rogatus ſuæ eccleſiæ poſſeſſiones alicui conferat, nec etiam conſtituat preſbyteros aut quemlibet alium clericum in eccleſiis quę ſibi ſubiectæ non ſunt præter voluntatem epiſcopi.

Can.24. Ne Metropolitæ exerceant miniſteria epiſcopalia per ſubiectos epiſcopos.

Diuida

Diuina scriptura dicente, Maledictus homo qui facit opus domini negligenter: quidam Metropolitanorum extrema negligengentia & desidia delapsi, præceptionibus suis subiectos ad se adducunt episcopos, & committunt eis eccleſiæ propriæ diuina officia & litanias, & cūcta omnino sacra quæ ad se pertinent mysteria, vt per illos celebrent omnia quæ per semetipsos alacriter agere debuerūt: ac per id eos qui episcopalem dignitatē meruerunt, quodammodo clericos sibi subiectos exhibent. Vacant iidem præter ecclesiasticas leges secularibus curis, atq; dispositionibus, dimittētes perseuerare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantiis: quod nusquam apud aliquos penitus inuenitur, cum sit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis. Hæc autem omnia magnis & multis ac vehentissimis damnationibus dignos huiusmodi statuunt, probantur enim tales per hæc quæ faciunt, etiam satanica iactantia & superbia languere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hāc sanctę ac vniuersalis synodi definitionem eadem audacia vel superbia & contemptu abusus, non per se cum timore & alacritate, seu conscientia bona debita ministeria in propria ciuitate, sed per suffraganeos episcopos suos efficere tētauerit, pœnas exoluat coram proprio patriarcha, & aut corrigat, aut deponat,

Ecclesiastici præsules abstineant à curis secularibus, & vacent orationi & lectioni.

Can.25. Vt deponatur clerici qui defecerunt ad Photium.

Definimus, vt clerici rite prius ordinati à Methodum vel Ignatio, & resiliuerunt à cõsortio fidelium vt adhærerent Photionis hęresi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt resipiscere, deponantur omnino: nec postea recipiantur in ordinẽ clericorũ, imo semper exosi sint, vt Esau. Ne fortè ad magnã pœnitẽtiã à misericordia ecclesiæ admissi fuerint.

Can.26. De ordine appellationis.

Ordo prouocationis datur in hoc canone, vt qui se læsum arbitrabitur à proprio episcopo, possit Metropolitanum appellare, qui datis dimissoriis ad se causam aduocet. Liceat tamen episcopis prouocare ad Patriarcham, si crediderint se iniustitiam pati à Metropolitano, à quo litibus finis imponatur, vt nullatenus Metropolita in metropolitam, aut episcopus in episcopum vicinum ius habeat.

Can.27.

Diebus dominicis & aliis festivitatibus verbum dei prædicandum.

Hic canon decernit qualiter oporteat vti pallio, vt scilicet episcopi non vltra stata tẽpora & loca eo vtãtur, ne signum sit superbię aut arrogantiæ: Præterea monachi qui vita & doctrina vt episcopi creentur meruerint, non mutẽt habitus vestísq; rationẽ ob nouã dignitatem: non minus enim hoc arrogans esset, q̃ palio inepte vti. Quisquis ergo episco-

scopus præter definita sibi tempora se pallio induerit, aut monasticã vestẽ deposuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha ꝓprio deponat̃.

Postremo iussu vicariorum senioris Romæ prolatus est & lectus terminus, vt illi vocant, in quo admodum epilogi continentur omnia quæ acta sunt in hac sancta synodo. Primo ibi paucis explicantur mysteria sanctæ Trinitatis, & Dominicæ incarnationis. Mox explicatur ratio septem synodorũ generalium & probantur à tota synodo præsenti. Deinde explicatur etiam intentio huius octauæ synodi, & quæ acta sunt ꝓ Ignatio Patriarcha contra Photium: & vltima episcoporum vniuersorum acclamatione recepta sunt & probata, subscribẽtibus vniuersis, Primo vicariis senioris Romæ. Secundo Ignatio Patriarcha Cõstantino. Tertio vicariis ecclesiarum Oriẽtis. Quarto Imperatoribus Basilio, Cõstãtin & Leone, q̃ noluerũt ante vicarios subscribere. Postrẽo reliquis epis. Et absoluta est octaua synodus generalis.

Extat allocutio quædam Basilij imperatoris ad totã synodum, in qua post alia amica & gratulatoria verba subiũgit: Quisquis habet aliquid hãc cõtra sãctã & vniuersalẽ synodũ, aut eius canones, stet in medio, & quæ sibi videntur dicat, siue sit de ecclesiastico clero, siue etiam laicus sit, aut ex his qui ciuilibus officiis mancipantur. Quanquam non

datum sit istis secundum canonem dicendi quicquam penitus de ecclesiasticis causis. Opus enim hoc pontificum & sacerdotum est. Sed ex abūdanti omne os iniquum obstruere volentes, licentiam præstamus omnibus, vt qui in mente habet quid ambiguum de his quæ decreta sunt in hac sancta synodo, hoc si medium exhibeat, & suscipiat satisfactionis salubre remedium. Nam soluta sancta & vniuersali synodo, qui apparuerit ecclesiæ Dei contradicens, aut non communicans ei, quicunque ille sit, veniam ab imperio nostro minime consequetur, sed iustè condemnabitur, & à ciuitate nostra pelletur vt pestilens & corruptor, & membrum putridum & inutile, & commune corpus ecclesiæ violans.

Explicit octaua synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata.

In decreto Gratiani ascribuntur multa decreta huic octauæ synodo, quæ in exemplaribus Latinis non inuenimus. Vnde vel falsò illi ascribuntur, vel Gratianus nactus fuit alia exemplaria magis integra.

an. d. 877. Ioan 9. Ioannes 9. papa 109. sedit annos decē, dies duos sub Ludouico secundo Imperat.

pont. 109. an. d. 883. Mart. 3 pon. 110. Martinus secundus papa 110. malis artibus pontificatum adeptus, sedit annum vnum, menses quinque, sub Arnolpho Germano Cæsare sexto.

Adria-

Adrianus 3. papa 111. sub Petro natione Romanus, hic tanti animi fuit vt initio sui pontificatus ad senatum populúmque retulerit ne in creando pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera essent & cleri & populi suffragia quod instituto à Nicolao primo tẽtatum potiusquam inchoatum fuerat, &c. Obiit anno primo, mense secundo sui pontificatus, sepelitúrque in basilica S. Petri collachrymantibus omnibus tantum parentem tam repente sibi sublatum esse. *an. d. 888. Adrian. 3. pap. 111.*

CONCILI. TRIBVRIENSE

prouinciale, Celebratum est sub imperatore Arnolpho à viginti duobus episcopis Germanorum, anno Domini 895. ad reformationem morum & status non modo clericorum, sed etiam laicorum à quo Gratianus transcripsit multa in volumine Decretorum.

Quod excommunicati si post excommunicationem non se inclinauerint ad pœnitentiam, per principem puniri debent. *Can. 1*

Vt eps non deponatur nisi à duodecim episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus. *Can. 10.*

Si quis clericus homicidiũ fecerit, etiam si nimium coactus, ab ordine cessare debet. *Can. 11.*

Vt p̃ter Pascha & Pentecostẽ baptisma nõ celebretur, excepta necessitate periclitantiũ. *Can. 12.*

Ca. 13. Quibus de causis offerendæ sint decimæ.

Decimæ offerẽdæ sunt à populo, vt hac ra-

tione Deus placatus largius præstet quæ necessaria sunt,&vt ministri ecclesiæ exinde releuati liberiores fiant ad spiritalis officij expletionē,&vt munus populi ex hinc in quotidiano oblatione Domino immoletur,necnon secundum statuta canonum in sustentationem pauperum & restaurationem ecclesiarum proficiant.Quatuor enim fieri partes iuxta canones iudicamus de decimis & oblationibus fidelium, vt vna sit episcopi,altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi ecclesiarum seruetur,sicut in epistola Gelasij papæ.c.27.legitur.

Ca.15.Vbi quis decimam soluit,ibi sepeliendus.

Vbicunque facultas rerum & opportunitas temporum suppetit, sepulturam morientium apud ecclesiam vbi est episcopi sedes ordinamus celebrari.Quòd si ex aliqua causa difficile æstimetur,vbi decimam persoluebat viuus,sepeliatur mortuus.

Ca.16.Ne sepulturæ pro mortuis vendantur.

Interdictū sit oībus Christianis terrā mortuis vendere,& debitam sepulturā denegare, nisi fortè proximi & amici defuncti propter nomen domini,& redemptionem animæ viri gratis aliquid donare velint.

Ca.17.Vbi sepeliendi sint laici.

Eleemosynæ prosunt defunctis.

Nullus laicus in ecclesia sepeliatur, nisi in cōmuni cœmeterio : corpora tñ antiquitus in ecclesia sepulta nequaquam proiiciantur:

sed

sed pauimento desuper facto nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesiæ reuerentia conseruetur.

Can.18. De vasculis in quibus mysteria sacra conficiuntur.

Vasa in quibus sacrosancta cõficiũtur mysteria calices sunt & patenæ, de quibus Bonifacius martyr & eps interrogatus si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respõdit: Quondam sacerdotes aurei, ligneis calicibus vtebantur: nunc econtra lignei sacerdotes aureis vtũtur calicibus. Zepherinus 14. Romanus eps patenis vitreis Missas celebrari constituit. Nos statuimus vt deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis & sanguinis Domini in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat. *De cons. d. 1. Vasa in quibus &c.*

Ca.19. Ne vinum sine aqua in calice offeratur.

Nõ debet calice Domini aut vinum solũ, aut aqua sola offerri, sed vtrũque permistum quia vtrunque ex latere eius profluxit: sed sic vt duæ partes sint vini, tertia verò aquæ, quia maior est maiestas sanguinis Domini, quam fragilitas populi, qui per aquam designatur iuxta illud; populi multi, aquæ multæ. *Est canon 32. sextæ synodi.*

Can.20. De rasura clericorum.

Clerici in hoc tradũtur vt solicitudinẽ coronæ Domini in capitibus suis gerãt, quos & seruos suos dici & esse voluit, sortémq; illorũ *Apoc.17.*

Num.18. Deut.8. se cõstituit, sicut de eis scriptum est. Ego hæreditas eorum, quos qui percusserit, aut iniuria aliqua affecerit, grauiter puniri debet.

Ca.21. Vt presbyteri iurare non cogantur.

2.q.4. Si quis presbyter. Presbyter in iudicio ad iurandum cogi nõ debet, sed vice sacramenti per sanctam consecrationem interrogetur: quia sacerdotes ex

Matth.5. leui causa iurare non debent, cum Dominus in euãgelio discipulis suis dicat. Nolite iurare omnino, &c. quod autẽ his abũdantius est, à malo est. Non dixit, Quod amplius est, malum est, sed à malo est, id est à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare.

Can.22. Qui infamia laborat, permittitur, vt per ignem candenti ferro se purget. Colligitur ex hoc non esse natura sua malum. Sunt tamen hæc iam abrogata.

Ca.27. De his qui in clero iam deputati sunt.

Semel in clero deputati, nec ad malitiam, nec aliquam veniant dignitatem mũdanam vt in synodo Chalcedonen. statutum est. c.7. ne tales sint, sicut S. Isidorus dixit esse, similes hippocentauris, qui nec equi nec homines, sed quasi bruta animalia libertate ac desiderio suo feruntur.

Can.31. De furibus & latronibus.

Dura admodũ sancta. Si inuentus fuerit quis furtum aut rapinã exercere, & in ipso diabolico actu mortẽ meretur incurrere, nullus pro eo p̃sumat orare aut eleemosynã dare, & eleemosyna pro eo

data

data in memoriam nec clericorum nec pauperum veniat sed execrabilis fordescat.

Ca.35. Placita in diebus festis iudices non habeãt.

Vt nullus iudex diebus festis vel dominicis seu ieiuniorum aut quadragesimæ placitum habere præsumat. Et vt nullus pœnitens eò veniat, in hoc sancto statuimus concilio, quia inde irascitur Deus, cum quãdo suo sancto seruitio debet populus desudare, inuenia tur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dominicis & sanctorum festis, vigiliis & orationibus insistendum, & ad Missas cuilibet Christiano cum oblationibus est currẽdum, & tantum Deo vacandum. Diebus quadragesimæ & ieiuniorum summa deuotione ieiunandum, & omni deuotione est orandũ, atque ab vnoquoque pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ, & nullæ lites vel cõtentiones habendæ. Arguit enim Dominus per prophetam, eos qui contentiones & lites tempore ieiuniorum exercent.

Quid in ieiuniis xl. agendum.

Esai 58.

Ca.39. De matrimonio inter alienigenas.

Si quis alienigenam, hoc est alienæ gẽtis, nõ tamen religionis, fœminã in matrimoniũ duxerit, velit nolit tenenda est, nec vltrà ab eo separanda, excepta fornicationis causa, sicut synodus Romana ait, quòd non dimittẽda sit vxor post baptismum, quæ habita est & ante baptismum. In baptismo soluuntur crimina, non tamen legitima coniugia.

Can. 40. Prohibetur matrimonium inter adulteros.

Extra de eo qui duxit ma. &c. cum haberet.

Qui vxorem alterius eo viuente cõstuprauit, & insuper iuramẽto cõfirmauit, si ambo eius legitimũ superuixissent maritum, vt ille fornicator illam adulterã adulterio pollutã sibi associaret legitimo coniugio: Nos tale coniugium anathematizamus, & Christianis oĩbus obseruamus, quia non oportet Christianæ religioni vt vllus ea vtatur in matrimonio, cũ qua prius pollut⁹ est adulterio. Idẽ sine vlla limitatione prohibetur infrà ca. 51.

Ca. 45. De illo qui cum duabus sororibus fuerit pollutus.

Qui cum duabus sororibus fuerit pollutus, vsque ad exitũ vitæ pœnitẽs & cõtinens permaneat, & soror quæ posterior scienter secum eodem commaculauerit, vsque ad finẽ vitæ pœnitens & continens perduret.

Can. 46. De confugiente ad episcopum ne ob adulterium à marito interficiatur.

Si cuius vxor cõstuprata fuerit, & ꝓpterea maritus capitali sentẽtia delere illã machinauerit, ipsa verò vrgentis mortis periculo ad eꝑos cõfugerit, & auxiliũ quęsierit, operosiore, si potest eꝑs labore desudet ne occidatur, si vitam ei obtinere possit, reddat, sin autem, omnino non reddat. Maritus verò quandiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.

Ca. 54. Statuimus pœna pro homicidio volũtario.

Qui

Qui voluntarie homicidium fecerit, quod in Ancyrano concil. c. 22. legitur, obſeruet, quia inſtituta canonica & S. Patrum decreta, noſtro & omnium orthodoxorum iudicio inuiolabilem habent infirmitatem. Nobis tamen, quia paſtores ouium Chriſti ſumus, pro moderni temporis qualitate, & hominũ fragilitate, bonum & vtile videtur, vt authoritate ſynodali modum caſtigationis imponamus ne prolixum tempus pœnitentiæ generet faſtidium negligentibus. Igitur ſiquis ſponte homicidium fecerit 40. diebus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & nihil manducet in illis 40. diebus præter ſolum panem ſalẽ, nec bibat niſi puram aquam, nudis pedibus incedat, lineis non induatur veſtibus, niſi tãtum femoralibus, ſecularia arma non portet, nullo vehiculo vtatur, &c. Poſt illos 40. dies vnum annũ integrũ ab introitu eccleſiæ ſuſpẽdat̃, & abſtineat ſe à carne & caſeo & vino. Secũdum verò & tertium annũ. Simili modo pœniteat. 4. autem annũ & 5. 6. & 7. iſto modo obſeruet. Ieiunet autẽ his ſingulis tres quadrageſimas. Vnam ante paſcha Domini à caſeo & pinguibus piſcibus, à vino & medone. Alterã ante natiuitatem S. Ioan. Baptiſtæ. Tertiam ante natiuitatẽ Domini ſaluatoris ieiunet, & abſtineat ſe à carne & cęteris rebus prædictis. His ſeptẽ annis rite expletis recõcilietur, & more pœnitentiũ ſacris altarib⁹ &

sanctæ communioni restituatur, atque perfectionem consequatur, idest communionis Christi gratiam.

Vnanimes subscripserunt. 22. episcopi præsidente & adiurante pio principe Arnolpho.

Reliqua capitula requirat Lector in volumine magno conciliorum, quæ sustulimus, ne alias dicta repeteremus.

an.d. 890. Steph. 5. ponti 112.

Stephan⁹ 5. pa. 112. sub Petro sedit annos 7.

an.d. 896. Formosus. 5. pont. 211.

Formosus. 5. pa. 113. sedit annos 6. Iterum tũ ingens dissidium fuit Romæ de electione.

an.d. 901 Bonifa. 6. ponti. 114.

Bonifacius 6. papa 114. sedit dies 26. De tẽpore quo sedit in sede Petri, magna controuersia est inter scriptores.

an.d. 901. Stepha. 6. pont. 115.

Stephanus 6. papa 115. sedit annum 1. Hic magno odio persecutus est Formosi nomen, cuius & ordinationes omnes rescidit & damnauit. Iam enim tunc cœperat pontificum & virtus & integritas deficere.

an.d. 902. Roma. 1. pont. 116.

Roman⁹ 1. papa 116. sedit mẽses 3. in quibus vniuersa acta Stephani improbat & abrogat.

an.d. 904. Bened. 4. ponti. 119.

Theodorus 2. papa 117. sedit dies 20.

an.d. 907. Christoph. 1. pont. 121.

Ioannes 3. papa 118. sedit annos 2.

Benedictus 4. papa 119. sedit annos 4.

Leo 5. papa 120. sedit dies 40. quem Christophorus familiaris illius honore pontificatus spoliauit, cupidine quadam dominandi Christophor⁹ 1. pa. 121. põtificatũ malis artibus adeptũ, male amisit, septimo mẽse dignitate eiectus, monasticã vitam obire cogitur.

Ser-

Sergius 3. papa 122. sedit annos 7. Hic Christophorum è monasterio tractum in vincula coniecit, & Formosi nomen subinde prosequitur, cuius corpus humatum truncari capite iussit, res plena horroris, vt videas quantum degenerabant pontifices à maioribus suis, ne cui mirum sit interim si qui abusus & peruersę opiniones in ecclesiam irrepserunt. *Sergius 3. pont. 122. an. d. 907.*

Anastasius 3. papa 123. sedit annos 2. *Anast. 3. papa 123. an. d. 914.*

Landus 1. papa 124. sedit menses 6. *Landus. 1. pont. 124.*

Ioannes 11. papa 125. sedit annos 13. *Ioannes 11. ponti. 125.*

Leo 6. papa 126. sedit menses 7. sub Henrico Germano. Cæsare 9.

Stephanus 7. papa 127. sedit annos 2.

Ioannes 12. papa 128. sedit annos 4.

Leo 7. papa 129. sedit annos 3. sub eodem Henrico Cæsare.

Stephanus 8. papa 130. sedit annos 3.

Martinus 3. papa 131. sedit annos 3. menses 6. dies 10. Electus fuit sub Othone primo Germano Cæsare decimo.

Agapetus 2. papa 132. sedit annos 9. sub eodem Cæsare. *Agapit. 2. ponti. 132.*

Ioannes 13. papa 133. potentia patris fretus pontificium munus sibi desumit. Vir qui venationibus magis quam orationibus vacabat, & multa alia auditu indigna de eo dicuntur. Sedit annos 8. Is Othonem Cæsarea corona exornauit. *Benedi. 5. pont. 134.*

Benedictus 5. papa 134. sedit menses 6. Hūc

eiecit Otho imperator à sede sua, & compulit clerum vt susciperet Leonem illius loco.

Leo 8. pontif. 135. Leo 8. papa 135. sedit annum 1.

Ioannes 14. papa 136. sedit annos 6. Ab hoc Otho. 2. corona imperij donatus est.

Benedi. 6. ponti 136. Benedictus 6. papa 137. sedit annum vnũ. Hic à Cynthio Romano eiue capitur, & in arcem (quam sancti Angeli vocant) includitur, & eodem loco non multò post fame moritur sub Othone 2. Cæsare.

Donus 2. pon. 138. Donus 2. papa 138. sedit annum vnum sub eodem Cæsare.

Bonifacius 7. papa 139. sedit menses septẽ, malis artibus pontificatum adeptum, malè amisit sub eodem Cæsare.

Benedictus 7. papa 140. sedit annos octo sub eodem Cæsare.

Ioan. 15. pont. 141. Ioannes 15. pap. 141. sedit menses quatuor. Hic mense 3. sui poncificatus à Roma. capitur, & in mole Adriani incluſus, pædore carceris media moritur sub Othone 3. Germano Cæsa. 12.

Ioan. 16. pont. 142. Ioannes 16. papa 142. sedit menses 8. nihil commemoratione dignum gessit hoc tempore, sub eodem Cæsare.

Ioannes 17. papa 143. sedit annos decem, menses 6. dies 10. sub eodem Cæsare.

Gregor. 5. pont. 144. Gregorius 5. papa 144. sedit annos duos, menses quinque. Hic seditione quadam eiectus est à pontificatu, sed vndecimo mense præ-

præsidio Imperatoris Othonus restitutus est.

Ioannes 18. Hic fuit qui viuente Gregorio sedit per tyrannidem occupauit. Moritur autem & cum ignominia decimo mense vsurpati pontificatus sub eodem Cæsare. Annumeratur papa 145.

Syluester 2. papa 146. malis artibus pontificatum adeptus, anno 4. moritur sub eodem Cæsare. Is magus fuisse fertur. *Syluest. 2. pont. 146.*

Ioannes 19. papa 147. sedit menses 4. dies 20. electus sub Henrico 2. Germano Cæsare 13.

Ioannes 20. papa 148. sedit annos 4. menses 4. sub eodem Cęsare. ad otium conuersus, nihil dignum memoria gessit.

Sergius 4. papa 149. sanctissimus pater ecclesiæ, anno 2. sui pontificatus moritur sub eodem Cæsare. *Sergius 4. pont. 149.*

Benedictus 8. papa 150. sedit annos 11. sub eodem Cæsare.

Ioannes 21. papa 151. sedit annos vndecim sub eodem Cæsare.

Benedictus 9. papa 152. sedit annos 11. electus sub Corrado 2. Germano Cæsare 14. Hunc propter ignauiam eiecerunt Romani à sede, & in eis locum suffecerunt Ioannem Sabinum episcopum, Syluestrum tertium appellantes: sed post nouem & quadraginta dies pulso adulterino pontifice Benedictus restituitur. *Bened. 9. pont. 152.*

Sylueſt. 3. pont. 153. Syluester tertius annumeratur papa 153. qui tamen, vt diximus, non fuit verè papa, ſed ſeditione populi intruſus.

Greg. 6. pont. 154. Gregorius 6. papa 154. ſedit annos 2. viuẽte adhuc Benedicto, à quo pontificatum, vt quidam volunt, acceperat, quamuis alij aliud dicunt.

Clemens. 2. pont. 155. Clemens 2. papa 155. in ſynodo pontifex creatur, imperante & cogente Henrico 3. ſed abeunte Imperat. Romani veneno pontificẽ è medio ſuſtulere põtificatus ſui mẽſe nono.

Damaſ. 2. pont. 156. Damaſus 2. pap. 156. per vim põtificatũ occupat, nullo cleri populíque conſenſu. Adeo inoleuerat hic mos, vt cuique ambitioſo liceret Petri ſedem inuadere. Sed non diu tulit Deus hanc tyrannidem, nam 23. die vſurpati pontificatus moritur, quare merito à nonnullis non recenſetur inter pontifices.

an. d. 1049. Leo 6. pontif. 157. Leo 6 pa. 157. anno Domini 1049. pontificatum optima ratione obtinuit, non aſſumẽs ſibi honorem, ſed à Deo vocatus velut alter Aaron, ſic optimè functus eſt officio ſuo. Sedit annos quinque menſes duos & dies ſex, ſub Henrico 3. qui nigeri dictus eſt. Sub hoc tempus fuit Berengarius author erroris de ſacramento cœnæ Dominicæ: cuius error à Leone in concilio Vercellenſi damnatus eſt.

Victor. 2. pont. 158. Victor 2. pap. 158. hic magnã ſynodum Florentiæ habuit, in qua multos epiſcopos tũ ſimoniæ tum fornicationis cauſa ẽpatu priuauit

uit

uit clerúmq; admonuit quid maxime, ad se pertineret, propoſita pœna his q̃ leges trãſgrederentur. Moritur anno 2. menſe 3. die 14.

Stephanus nonus papa 159. ſedit menſes ſeptem dies octo. *Steph. 9. pont. 159.*

Benedictus 10. papa 160. ſedit menſes 9. dies 20. eiectus eſtè ſede, ſuborta Romæ cõtentione quadam ſuper electione ſua: ſubrogatus eſt eius loco Gerardus quidam epiſco. Florentinus. *Bened. 10. pont. 160.*

Nicolaus 2. papa 161. qui pro Benedicto ſuffectus eſt. Hic apud Lateranum habito concilio ſacerdotali, legem tulit, quæ ſic habet: *Nic. 2 pon. 161. 1057.*

Si quis pecunia aut gratia humana, aut populari militatíve tumultu ſine concordi & canonica electione Cardinaliũ fuerit in throno Petri collocatus, in non apoſtolicus, ſed poſtaticus, id eſt à ratione deficiens merito vocetur. Liceátque Cardinalibus, clericis, & laicis Deum colentibus illum vt prædonem anathematizare, & quouis humano auxilio à ſede apoſtolica propellere, atque quouis in loco ſi in vrbe nõ liceat, catholicos huiuſce rei cauſa, congregare. *Is pon. primus ſtatuiſſe dicitur ius eligẽdi põt. in poſterum penes cardinales tantum fore.*

In eodẽ concilio ferunt reuocatum ab errore ſuo Berẽgarũ diaconũ Andegauẽſis eccleſiæ, qui arbitrabatur in ſacramento euchariſtiæ non eſſe verũ Chriſti corpus integrúmq; ſanguinẽ, niſi vt in ſigno & figura: quem errorem inſtante & vrgente Nicolao,

publice cõfessus est. Tertio põtificat⁹ sui anno moritur sub Henrico 3. Germano Cæs. 15.

Alex. 2. pont. 162. Alexander secundus papa 162. sedit annos vndecim, menses sex, sub eodem Cæsare.

Gregorius 7. papa 163. omnium bonorum consensu Pontifex creatur anno salutis 1072. Habes formam electionis suæ, & alia annotatione digna in Platina, ex quibus vnũ est, quòd Henricum quartum Imperatorem, qui quia multis malis & iniuriis affecerat ecclesiam Romanam, ipsum primatũ prius oĩ regia administratione anathemate notauit, nec fuit absolutus, donec depositio regali ornamento, nudis pedibus quamuis aspera esset hyems, & gelu cuncta rigescerent, venit ad ipsum Pontificem, & veniam petens absoluitur, & ecclesiæ reconciliatur, pace iureiurando confirmata, & integra obedientia promissa. sedit annos 12. mensem vnum.

Vict. 3. põt. 164. Victor tertius papa 164. ex abbate mõtis Cassini pontifex creatur, qui (vt aliqui ferũt) opera Hẽrici veneno in calicẽ iniecto, dũ sacrificat, necatur anno primo sui pontificatus, sub Henrico 4. Cæsare Germano 16.

Vrb. 2 põ. 165. 1086. Vrbanus secundus papa 165. Hic Archiepiscopo Toletano pallium & priuilegia multa concessit, eũdémque totius Hispanię primatẽ instituit, & regẽ Galiciæ cũ omni diœcesi sancti Iacobi anathematis vinculo illigauit, quia prouinciæ episcopum in carcere inaudi-

ta

dita causa coniecerat. Cistercienſium ordinē primo in Burgundia excitatum, ſua authoritate confirmauit. Sunt etiam qui ſcribant Carthuſianos monachos eius pontificis tempore originem habuiſſe, quamuis alij temporibus Victoris tertij hoc adſcribant. Sedit annos 12. ſub eodem Cæſare.

Paſchalis ſecundus, Papa 166. Hunc totus clerus nolentem & latitantem Pontificem creat quòd diceret humeros ſuos nequaquā tanto oneri ſuffecturos. Sub hoc floruit Anſelmus virq; æque ſanctus & doctus, & diuus Bernardus vitæ monaſticæ facilè princeps, Abbas Claræuallenſis. Sedit autem Paſchalis annos decem & octo, menſes ſex, electus ſub eodem Cæſare. *Paſchalis. 2. pont. 166.*

Gelaſius ſecundus, papa 167. Huius temporibus ſcribunt quidam habuiſſe originem Templarios milites, qui non longè à ſepulchro Domini habitantes, peregrinos ſuſcipiebant, eóſque per loca ſacra armati ducebant, ac reducebant: quò eis ſine periculo inuiſere loca ſacra liceret. Sedit annum vnum. *Gelaſius 2. pontif. 167.*

Calixtus ſecundus, Papa 168. electus eſt in Cluniacēſi cœnobio, in quo loco obierat Gelaſius. Verùm is non prius pontificiū habitū ſibi deſumpſit, quā intellexit ſe ab his quoque cardinalibus confirmari, qui Romæ & in Italia remāſerant Ann. 5. menſ. 10. ſui pōtifi- *Calixtus 2. pontif. 168.*

catus moritur in Domino, electus sub Henrico 5. Germano Cæsare 17.

Honorius 2. pontif. 169.

Honorius 2. papa 169. familiaritate præclarorum virorum mirifice delectatus est, quos & Romæ retinebat. Sub hoc floruit Hugo de Sancto Victore, qui scribẽdo sui ingenij præclara monimenta reliquit. Huius tempore Arnulphus Christianæ religionis prædicator egregius clericorum insidiis necatur, quòd acerbe nimium in eorum lasciuiam & & libidinem inueheretur, quódque eorum pompam & in comparandis diuitiis nimium studium improbaret, paupertatem Christi & integerrimã vitam ad imitationem omnib⁹ proponẽs. Moritur anno quinto sui põtificatus, & mẽse secundo sub eodẽ Cęsare.

Innoc. 2. pont. 170.

Innocentius 2. papa 170. Contra huuc Petrus Romanus ciuis Rõ. Antipapa (eo absẽte) creatur, Anacletúsque vocatur: quẽ post dies aliquot Lotharius Germanorum rex Rom. expulit, & Innocentium restituit. sedit annos 14. menses 7. sub eodem Cæsare.

Cœlest. 2. pont. 171.

Cœlestinus 2. papa 171. sedit menses 5. elect⁹ sub Corrado Sueuo Germano Cæsare 19.

Luc. 2. pont. 172.

Lucius 2. papa 172. Hũius consensũ in Gallia synodus episcoporum & Abbatũ facta est cõtra Biliardum philosophum peripateticũ q̃ præsente Ludouico rege rationib⁹ victus, nõ modo sententiã mutauit, sed monasticã vitam & religionem professus est. Sedit mẽ-

ses

ſes 7.dies quatuor ſub eodem Cæſare.

Eugenius tertius, papa 173.antea ſcti Anaſtaſij Abbas, quem ſanctus Bernardus monachũ induerat, ad quẽ ſedẽtẽ in cathedra Petri ſcripſit libros de conſideratione, ſua religione & eruditione refertiſſimos. Sedit annos 8.menſes 4.dies 20.ſub eodem Cæſare. *Eug. 3. pont. 173.*

Anaſtaſius 4.papa.174.ſedit annum vnum, menſes 4.ſub eodem Cæſare. Tunc doctrina & vita florebat Ricardus de ſancto Victore, cuius ſcripta nunc extant integra. *Anaſtaſius 4. pontif. 174. Adr. 4. pont. 175. 1161.*

Adrianus quartus, Papa 175.ſedit annos 4. menſes 10.ſub eodem Cæſare. *Alexan. 3. pont. 176.*

Alexander 3.papa 176.ſub eodem Cęſare. Contra hunc electus eſt per tres cardinales Octauianus Romanus ciuis, Victor appellatus, & fuit ſchiſma in eccleſia fermè per 20. annos. Alexander verò poſt longos & aſſiduos labores, cum iam quieturus à tyrãnicis perturbationib⁹ videretur, põtificatus ſui anno 21.Romæ moritur, ſublatis prius è medio quatuor ſchiſmaticis pontificibus, quorum ſeditionibus eccleſia Romana ferè ſubuerſa eſt. Sub hoc põtifice beatus Thomas Cantuarenſis archiepiſcopus martyrij mercedem aſſecutus eſt. *Hic Senatus Veneti opera contra vim Imperatoris eſt in ſede repoſitus.*

Lucius tertius.Papa 177.Hic ab vrbe deiectus, eo ꝙ conſulũ nomẽ abolere adnitebat, põtificatus ſui anno 4.mẽſe.2.die 18.Moritur Veronæ ſub Friderico 1. Germa. Cæſare 20. *Lucius 3. ponti. 177.*

Scribunt aliqui Petrum comestorem, qui historiam vtriusque testamenti conscripsit, in pretio tunc fuisse.

Verb.3. pont.178. Vrbanus 3.papa 178. Hoc administrāte sacerdotium, occupata est ab infidelibus Hierosolyma ciuitas sancta. Vrbanus proficiscens Venetias comparādæ classis gratia dolore animi quē ex calamitate Christianorum acceperat, Ferrariæ moritur pōtificatus sui anno 1.mense 10.die 25.sub eodem Cæsare.

Gregorius 8.pon.179. Gregorius octauus Papa 179.tractat de recuperāda Hierosolyma, sed dum hęc agit Pisis moritur pontificatus sui die quinquagesimo septimo, sub eodem Cæsare.

Clemens 3. pont.180. Clemens tertius papa 180.sedit annos tres, menses quinque, sub eodem Cæsare.

Celæstinus 3.pont.180. Cœlestinus 3.papa 181. Hic Constantiam monacham rege Regerio natam occultè è monasterio Panormitano eduxit, & Henrico sexto dispensatione apostolica in matrimonium collocauit. Vir sanctissimus nihil in vita prærermisit, quo terra sancta recuperaretur, sedit annos sex, menses septem, dies 11.electus sub Friderico primo.

Innocentius 3 pon. 182. Innocētius 3.papa 182.vir ante pontificatū doctrina & moribus insignis à Cœlestino in numerū cardinalium refertur, quo mortuo, omnium cōsensu in eius loco pōtifex sufficitur, sub Hērico 6.Germano Cęsare 21.Huius tēporibus oborta apud Tholosam hæresis est

quam

quam eodem procurante beatus Dominicus, à quo ordo fratrum Prædicatorum fuit instituturus, mira celeritate compescuit.

CONCILIVM LATERANENse. Cõcilium Lateranũ maximum sub Innocentio tertio celebratum, anno salutis 1215. cui interfuit Hierosolymitanus & Constãtinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 79. Episcopi 400. Abbates 12. priores conuentuales 800. Græci & Romani imperij legati, regum vero Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ & Cyprioratores. Papa moritur Petrutij pontificatus sui an. 18. mense 7. die. 16. Adiuuarunt huius pontificis virtutem & doctrinam beati Dominici & beati Francisci Assisinatis sanctitas, è quibus prędicatorum & Minorum ordo ortum habuit.

ACTA CONCILII LATERAnensis per titulos distributa.

De fide catholica. Can. 1.

In capitulo primo sunt articuli sequentes, qui ad fidem pertinent.

Vnus est Deus indiuisus in essẽtia & discretus in personis, creator omniũ, &c. Is ab initio tẽporis vtrãque de nihilo cõdidit creaturã corporalẽ & spiritualẽ, angelicam scilicet & mundanam. Deinde humanam quasi cõmunem ex spiritu & corpore constitutã.

Diabolus à Deo quidẽ natura creatus est bonus, sed ipse p se fact⁹ est mal⁹: homo verò

diaboli suggestione peccauit, &c.

Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates est discreta, &c.

Vnigenitus Dei filius à tota Trinitate cõmuniter est incarnatus, ex Maria virgine spiritus sancti cooperatione conceptus.

Omnes mortales cum suis propriis corporibus resurgent quæ nunc gestant, vt recipiãt secundum merita sua, siue bona fuerint, siue mala, mali cum diabolo pœnam perpetuam, boni cum Christo gloriam sempiternam.

Vna est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus saluatur, &c.

De sacramento altaris.

Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina, &c.

Hoc sacramentũ nemo potest cõficere, nisi sacerdos fuerit ritè ordinatus secundum claues ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis & eorum successoribus Iesus Christus.

Sacramẽtũ baptismi, quod cũ inuocatione Trinitatis cõsecratur in aqua, tã paruulis quã adultis in forma ecclesiæ à quocunque rite collatũ fuerit, proficit ad salutem, &c. Si tamen post susceptionem baptismi contingat prolabi in peccatum, per veram pœnitentiã super potest recuperari, &c.

Non

Non solùm virgines & continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam ad æternam merentur beatitudinem peruenire, &c. *De summa trini. & fi. cap. 1.*

De errore abbatis Ioachim. Can. 2.

Damnamus ergo & reprobamus libellum siue tractatum quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de vnitate seu essentia Trinitatis, appellans hæreticum & insanum, pro eo quòd in suis dixit sententiis qūo quædam summa res est pater & filius & spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita nec procedens. Vnde asserit quòd ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem abstruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam, manifeste protestās quòd nulla res est quæ sit pater & filius & spiritus sanctus. (*Hic deest aliquid.*) sunt vna essentia, vna substantia, vnáque natura, verùm vnitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectiuam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credētium erat cor vnum & anima vna. Et qui adhęret Deo, vnus spirit⁹. Itē, Quia plātat & qui rigat, vnū sunt: & omnes vnū corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regū, Populus meus & populus tuus vnū sunt. Ad hanc autē suam sententiam *Act. 4. 1. Cor. 6. & 12. 3. Reg. 22.*

astruēdā illius potissimum verbum inducit qđ Iesus Christus de fidelibus inquit in Euā-
Ioan.17. gelio: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnū sum⁹, vt sint consummati in vnū. Non enim ait, vt fideles Christi sint vnū.i.vna quędā res quæ communis sit cībus, sed tātū sint vnum.i.vna ecclesia propter catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charita-
1.Ioan.5. tatis, quemadmodum in canonica Ioannis epist. legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, & Verbū, & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt, statimque subiungit: Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt, sicut in codicibus quibusdam inuenitur. Nos autē sacro & vniuersali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quòd vna quædā res est incōprehēsibilis quidem & inæstimabilis, quæ veraciter est pater & filius & spiritussanctus, tres simul personæ, ac singulatim quælibet earūdem: & ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas: quia quælibet trium personarū est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura diuina, quę sola est vniuersorum principium, præter quā aliud inueniri nō potest: & illa res non est generans, neq; genita, nec procedens: sed est pater q generat, filius qui gignitur, & spiritussanctus q procedit, vt distinctiones sint

perso-

pſonis & vnitas ī natura. Licet igitur alius ſit pater, alius filius, alius ſpirituſſanctus, nō tamen aliud ſed id quidem pater, eſt & filius, & ſpirituſſanctus. Omnino, vt ſecundū orthodoxā & catholicā fidē cōſubſtātiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno filium generando, ſuam ſubſtantiā ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur. Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus. At dici non poteſt quòd partē ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partē retinuerit ipſe ſibi, cum ſubſtātia patris indiuiſibilis ſit, vt pote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quòd pater in filium tranſtulit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſeruiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo quòd ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtātiam patris accepit, & ita pater & filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt pater & filius & ſpirituſſanctus ab vtroq; procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat, Volo inquiens, vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro perſonis verò diuinis, vt attendatur identitatis in natura vnitas, quemadmodum veritas alibi ait. Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt, perfectione naturæ, vtrumque videlicet ſuo modo, quia

Ioan.10.

Aliter ſūt vnum fideles Chriſti, aliter tres perſonæ diuinæ

Matth.7.

inter

Non ipse Ioachim, sed eius liber damnatur.

inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam siue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc florenti monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari, quoniam regularis institutio est & obseruantia salutaris, maxime cũ idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, apostolicæ sedis iudicio approbanda seu etiam corrigenda, dictans epistolam cui propria manu subscripsit, in qua firmiter cõfitetur se illam fidem tenere, quã Romana tenet ecclesia, quæ cunctorum fidelium disponente domino mater est & magistra. Reprobamus etiam & damnamus peruersissimum dogma impij Amalrici, cuius mẽtẽ sic pater mẽdacij excæcauit, vt eius doctrina nõ tam hæretica censenda sit q̃ insana.

De hereticis. Can. 3.

Excommunicamus & anathematizamus omnem hæresim extollentem se aduersus hãc sanctam orthodoxam catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes vniuersos hæreticos, quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum.

Dam-

Damnati verò, ſecularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum baliuis relinquantur animadueꝛſione debita puniendi, clericis priꝰ à ſuis ordinibus degradatis: ita quòd bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur: ſi verò clerici, applicentur eccleſiis à quibus ſtipendia perceperunt.

Punitis hæreticorum ſecularibus poteſtatibus committẽda. Contra ſuſpectos de hæreſi.

Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles niſi iuxta cõſiderationes ſuſpicionis qualitatémque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint extunc velut hæretici condemnentur.

Quod iuramentum debeant præſtare ſeculares poteſtates.

Moneantur autẽ & inducantur, & ſi neceſſe fuerit, per cenſurã eccleſiaſticã cõpellãtur ſeculares poteſtates cuiuſcunq; officij etiam ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita ꝓ defenſione fidei præſtent publice iuramentũ quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare ſtudeant, ita quòd amodo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſiue ſpiritualem ſiue temporalẽ aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si verò dominus temporalis requiſitus &

monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hac hęretica fœditate, per Metropolitanum & comprouinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc summo pontifici, vt extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis sine vlla contradictione possideant & in fidei puritate conseruent, saluo iure dominij principalis dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadē nihilominus lege seruata circa eos qui non habent Dominos principales.

De priuilegiis concessis catholicis qui hæreticorum exterminio insistunt.

Catholici verò qui crucis assumpto charactere, ad hęreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illóq; priuilegio sint muniti, quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.

Excommunicentur qui sine licentia prædicant.

Quia verò nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apostolus) abnegantes authoritatem sibi vendicant prædicandi, cum ipse Apostolus dicat: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, præter authoritatem ab Apostolica sede vel catholico episcopo loci

2. Tim. 3. Rom. 10.

loci susceptam publice vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quantocyus resipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Deponatur episcopus qui ad expurgandas hæreses negligens inueniatur.

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda episcopi per diœceses suas diligenter inuigilẽt, si canonicã effugere voluerint vltionem. Siquis enim episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem.

Can. 4. De superbia Græcorum contra Latinos.

De hoc habes extra de ba. & eius effectu, &c.

Can. 5. De ordine sedium Patriarchalium.

Vt post Romanam ecclesiã, quæ mater vniuersorum Christi fidelium est & magistra. Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, &c.

Can. 6. Vt singulis annis prouincialia celebrentur concilia.

Metropolitani singulis annis cũ suis suffraganeis prouincialia nõ omittãt cõcilia celebrare, in quibus de corrigẽdis excessib⁹, & mo-

ribus reformandis, præsertim in clero, diligẽtem habeant cum Dei timore tractatum, &c.

Can.7. De correctione excessuum.

De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Irrefragabili.

Can.8. De inquisitionibus.

Extra de accusa. Qualiter & quando.

Contra delinquentes tribus modis potest procedi, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem. Diligens tamen adhibeatur cautela, vt sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire, &c.

Can.9. De diuersis ritibus in eadem fide per episcopum tolerandis.

Ibid. c. sequenti.

De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Quoniam.

Can.10. De prædicatoribus instituendis cum episcopi prædicare non valeant.

Officium episcoporũ prædicare populo.

Cum sæpè contingat quòd episcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceses & diffusas, generali constitutione sancimus, vt episcopi viros idoneos ad sanctę prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone,

ne, quam plebes sibi commissas vice ipsorũ (cum per se idem nequeunt) solicite visitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipsi cum indiguerint congrue necessaria ministrent: quos habebunt episcopi coadiutores, & cooperatores, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis ac cęteris quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subiaceat vltioni.

Can. 11.

De magistris scholasticis in ecclesiis cathedralibus instituendis, de triennio in triennium celebrandis, &c. *Extra de magistr. quia.*

Can. 12. *Extra de Statu mona. in singulis.*

Can. 13.

De nouis religionibus prohibitis. *Extra de relig. domi. c. fin.*

Can. 14. *De incontinentia clericorum punienda.*

De hoc habes extra de vita & honesta. cleri vt clericorum. *Can.* 15.

De arcenda ebrietate clericorũ ibid. c. seq.

Can. 16.

De iumentis clericorum. ibid.

Can. 17. *De comessationibus prælatorum, & negligentia eorum super diuinis officiis, &c.*

De hoc habetur de celebratione missarum ea. dolentes. *Extra de cle. vel mona. sententiam.* *Can.* 18.

De iudicio sanguinis clericis interdicto, & de duello ab eis non exercendo: & præcipue

ne quisquam sacerdos & diaconus purgatione aquę feruentis, vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis siue duellis antea promulgatis,&c. *Can* 19.

Extra de custodia eucharistiæ.

Relinqui nolumus incorrectũ, q̃ quidam clerici sic exponunt ecclesias suppellectilibus propriis & etiam alienis, vt domus potius laicæ quam Dei basilicæ videantur,&c.

Can.21. Fideles omnes semel in anno confiteri tenentur.

Extra de pœni. & remis. c. omnis.

Omnis vtriusque sexus omnia sua peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, vel alieno, prius tamen à proprio sacerdote impetrata venia, quoniam aliter ille ipsum non potest absoluere vel ligare. Et suscipiat reuerenter, ad minus in pascha. Eucharistiæ sacramentum, nisi proprius sacerdos ab eius perceptione duxerit abstinendum, &c. Sit autem sacerdos discretus & cautus, diligẽter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati, per quas prudenter intelligat quale illi cõsilium debeat exhibere, & cuiusmodi remẽdium adhibere, diuersis experimẽtis vtẽdo ad sanãdũ ægrotũ. Caueat autẽ oĩo ne verbo vel signo vel alio quouis modo prodat aliquatenꝰ peccatorẽ, sed si prudẽtiorũ cõsilio indiguerit illud absq; vlla expositiõe p̃sonæ caute requirat,&c. *Can.202. sexta syn.* C. 22.

Quo

Quoniam infirmitas corporalis nõnunquã ex peccato prouenit, medici ante omnia curet aduocare medicos animarũ, vt postquam infirmis fuerit de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum causa cessãte cesset effectus: cum anima sit multo præstãtior corpore, sub anathemate prohibemus nequis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur. *Extra ibidem. c. seq.*

Can. 24.

Triplex est dũtaxat via iuridicæ electionis per inspirationem spiritus sancti, per scrutinium, per compromissionem: qui verò contra prædictas formas eligere tentauerit, eligendi (ea vice) potestate priuetur, &c. *Extra de electio.*

Ca. 29. De multa prouidentia.

Fuit in hoc concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas & plures ecclesias parochiales reciperet cõtra sacrorum canonum instituta. Hoc idem in personatibus decernimus obseruandum, addẽtes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat, aut personatus, etiam si curã non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quę maioribus sunt beneficiis honorandæ (cum ratio postulauerit) per sedem apostolicam poterit dispensari, &c. *Extra de præb. & dig. c. cum multa.*

Can. 31.

Extra de fil. pres. Ad abolendam pessimam quæ in plerisque inoleuit ecclesiis, corruptelam, firmiter prohibemus, ne canonicorum filij (maximè spurij) canonici fiant in secularibus ecclesiis in quibus instituti sunt patres, &c.

Can. 32.

Extra de præb. & dig. c. extirpanda. Extirpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inoleuit, quòd patroni ecclesiarum parochialium, & alię quædam personæ, prouentus ipsarum sibi penitus vendicantes, presbyteris earundem seruitio deputatis relinquunt adeò exiguam portionẽ, vt ex ea congruè nequeãt sustentari, vnde fit vt in his regionibus penè nullus inueniatur sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat notitiam literarum. Cũ igitur os bouis triturantis alligari non debeat, &c. Statuimus vt portio sufficiẽs ipsis assignetur. Qui verò parochialem habet ecclesiam, non per vicariũ sed per seipsum illi deseruiat, in ordine quę ipsius ecclesiæ cura requirit, nisi forte præbendæ vel dignitati parochialis ecclesia sit annexa: in quo casu concedimus, vt his qui talem habet præbendam vel dignitatem, cũ oporteat eum in ecclesia maiori seruire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum & perpetuũ studeat habere vicarium canonicè institutũ, &c. Illud autem penitus interdicimus, nequis in fraudem de prouentibus ecclesiæ (quę curam proprij sacerdotis debet habere) pensionem

nem alij quasi pro beneficio conferre præsumat,&c.

Can.41.

Nulla valet absq; bona fide præscriptio,tã canonica q̃ ciuilis, cum sit generaliter omni constitutioni atque cõsuetudini derogandũ, quæ absque mortali peccato nõ potest obseruari. Vnde oportet vt qui præscripsit,in nulla tẽporis parte rei habeat cõscientiam alienæ. *Extra de præscri. Quoniam.*

Ca.46. Clerici etiam propter communes vtilitates grauari non possunt.

Aduersus cõsules & alios qui ecclesias & viros ecclesiasticos taliis, seu collectis & exactionibus aliis grauare nitũtur, cõciliũ Lateranense immunitati ecclesiasticæ volẽs prouidere,presumptores huiusmodi,sub anathematis districtione prohibuit,excommunicationi præcipiens subiacere transgressores & fautores eorum,donec satisfactionem impẽdant competentem. Verum siquando forsan episcopus simul cum clericis tantam necessitatem & vtilitatem inspexerint,vt absque vlla coactione ad releuãdas vtilitates & necessitates communes (vbi laicorũ non suppetũt facultates) subsidia per eccles. duxerint conferẽda, prædicti laici humiliter & deuote recipiant,cũ actionibus gratiarũ. Propter imprudentiam tamen quorundam Romanum prius consulant pontificem , cuius interest communibus vtilitatibus prouidere,&c. *Extra de immun. eccl. Aduersus.*

Can.50. Prohibitio copulæ coniugalis quartum gradum non excedat.

Extra de cons. & affi. Non debet.

Prohibitio copulæ coniugalis quartũ consanguinitatis & affini. gradum de cætero nõ excedat, quoniam in vlterioribus gradibus iã nõ potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari.

Can.51.

Extra de cland. de spon. cum inhibitio.

Clãdestina coniugia penitus inhibemus, &c.

Can.54. Vt prius soluantur decimæ quam tributa.

Extra de primi. & obla. Cum non.

Statuimus, vt exactionem tributorum & cẽsuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi ad quos census & tributa indecimata peruenerint (quoniam res cum onere suo transit) ea per censuram ecclesiasticam decimare cogantur ecclesiis quibus iure debeantur.

Can.58. Tempore interdicti possunt monachi diuina celebrare.

Extra de priuileg. Quod non nullis.

Celebrare diuina possunt tam monachi quã clerici tempore interdicti, sed exclusis excõmunicatis & interdictis, ianuis clausit & suppressa voce, non pulsatis campanis.

Can.62. De reliquiis sanctorum.

Extra de reliqui. & vene. sanct. cum de eo.

Cũ ex eo ꝙ quidã sãctorũ reliquias exponunt venales, vt eas passim ostendant, Christianę religioni sit detractũ sępius: in posterũ p̃senti decreto statuimus, vt antiq; reliquiæ amodo extra capsã nõ ostẽdantur, nec exponãtur venales. Inuẽtas autem de nouo nemo publice

publicè venerari præsumat, nisi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò de cætero non permittant illos qui ad eorũ ecclesias causa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falsis decipi documentis, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consueuit. Eleemosynarũ quoque quæstores quorum quidam se alios mẽtiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponũt, admitti (nisi apostolicas vel diœcesani episcopi literas veras exhibeant) prohibemus, & tunc præter id quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur.

Can. 62.

Qui autem ad quærendas eleemosynas destinãtur, modesti sint & discreti, nec in tabernis aut locis incõgruis hospitentur: nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, cauentes omnino ne falsum religionis habitũ gestẽt. Ad hæc, quia per indiscretas indulgẽtias, atq; superfluas, quas quidã ecclesiarũ plati facere non verentur, & claues ecclesiæ cõtemnuntur & pœnitẽtialis satisfactio eneruatur, decernimus, vi cũ dedicatur basilica, non extendat indulgentia extra annum siue ab vno solo, siue à pluribus episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tempore quadragẽta dies de iniũctis pœnitẽtiis indulta remissio nõ excedat: & intra hunc quoque

Quæstores modesti & discreti.

Moderamẽ indulgentiarum.

dierum numerum indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet cauſis aliquoties conceduntur, cum Roman⁹ pontifex (qui plenitudinem obtinet poteſtatis) hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare.

Can. 63.

Extra de-ſimo. Sicut pro certo.

Ne pro conſecrationibus epiſcoporum aut benedictionibus, aut ordinibus clericorum aliquid accipiatur.

Ca. 64. Monachæ pretio receptæ vnà cum recipientibus de monaſterio expellantur.

Extra ibidem Quoniam.

Quoniam ſimoniaca labes adeo pleráſque moniales infecit, vt vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis prętextu volẽtes huiuſcemodi vitiũ palliare, ne id de cętero fiat penitus ꝓhibemus, ſtatuẽtes, vt quęcunq; de cætero talẽ prauitatẽ cõmiſerit, tã recipiens q̃ recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agẽdam perpetuo pœnitentiam retrudenda.

De his autem quæ ante hoc ſynodale ſtatutum aliter ſunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, in aliis eiuſdem ordinis collocentur.

Quòd ſi ꝓpter nimiã multitudinẽ alibi forte nequiuerint commode collocari, ne forte dãnabiliter in ſeculo euagẽtur, recipiãtur in eodem

eodē monasterio dispensatione de nouo mutatis prioribus locis, & inferiorib⁹ assignatis. Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obseruandū. Verùm ne per simplicitatē vel ignorantiā se valeāt excusare, p̄cipimus vt diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

Ca. 65. Extra ibidem.

Can. 66. Extra ibidem.

Can. 67. Iudæi etiam compellendi sunt ad restituendas vsuras.

Extra de vsuris. Quando amplius. Quando coguntur Iudæi satisfacere pro vsuris.

Statuimus vt si de cætero quocunque prætextu Iudæi à Christianis graues & immoderatas vsuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint cōpetenter. Censura etiam ecclesiastica Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueuerant antequam ad Iudæos quocunque titulo deuenissent.

Can. 68.

Extra de Iudæis, & Sarracenis.

Statuimus vt Iudæi vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia, & in omni tēpore qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur.

Can 69.

Extra ibidem. Cum sit.

Nec Iudæi nec Pagani officiis publicis p̄ficiantur.

Postremo loco habet in hoc cōcilio bulla

expeditionis pro recuperanda terra sancta sanctissime edita. In qua expeditione omnes clerici mandato concilij bonam partem ecclesiasticorum prouentuum in subsidiũ terrę sanctæ tradiderunt. Papa verò & Cardinales integram. In reliquis capitulis remittimus lectorem ad magnum volumen conciliorum, quæ ne eadem pluries repeteremus, omisimus.

an.d. 1214. Hono. 3. pon. 183.

Explicit concilium Lateran. primum.

Honorius 3. pa. 183. ordiné beati Dominici eo instãte cõfirmat, & Fridericũ secũdũ anathemate notatum imperij dignitate priuat.

Idem & ordinem beati Francisci comprobauit, quẽ biẽnio post Greg. in catalogo sanctorum retulit. Sedit an. 10. mens. 7. dies 13.

Greg. 9. pon. 184.

Gregorius 9. pap. 184. Hic beatum dominicum & beatum Franciscum in sanctos retulit, circa annum Domini 1240. Sedit annos quatuordecim, menses quinque, sub Friderico secundo Germano Cæsare 24.

Cœlesti. 4. pont. 185.

Cœlestinus 4. pap. 185. sedit tantũ dies 18. vacat sedes vno & viginti mensibus, donec Cardinales qui à Friderico Imperatore in carcere detinebantur, libertate donati sunt.

Inno. 4. pon. 86. Sub hoc etiam Decretalium.

Innocentius 4. pap. 186. Hic beatum Petrũ Veronẽsem ordinis Prædicatorũ ab hæreticis occisum inter sanctos martyres retulit. Idem statuit vt Cardinales galero rubeo vterentur hõe stãdi ordinis causa, & Hugonẽ ex ordine

sancti

cti Dominici, virum vita & doctrina insignem, in Cardinalis dignitatem euexit, qui commẽtarios in tota Biblia scripsit. Sub hoc floruit Alexander ordinis minorum, qui summa in theologiam scripsit. Sedit annos vndecim, menses 6. dies 12. sub eodem Cæsare. *volumen est editum.*

Alexander 4. pap. 187. sedit an. 7. Vacat sedes mensibus tribus, diebus 4. Huius pontificis vita ab omnibus certe mirifice laudatur, electus sub Vuilelmo Germano Cæsare 26. *Alex. 4. pont. 187.*

Vrbanus 4. pa. 188. Scribũt aliqui sub Vrbano fuisse Albertũ cognomẽto Magnũ, & diuũ Thomã Aquinate ordinis. Prędicatorum. Sedit autẽ annos tres, mens. 1. sub eodẽ Cæsa. Clemens 4. pap. 189. Hic vxorẽ & liberos habuerat, qua mortua factus est ẽps deinde Cardinalis, & absens electꝰ papa sub eodẽ Cæsare sedit annos tres. Quo mortuo non solùm inter populos Italię, quos in officio sanctissimus Pontifex authoritate sua continebat verũ etiam inter Cardinales discordia orta est de creando nouo Pontifice, vt biennio sedes vacauerit. Bona eccleſię Clemẽs vir integerrimus adeo accurate dispensauit, vt cum haberet duas filias ex mortua vxore ante põtificatũ susceptas, vni in monasterio collocatæ triginta tantum libras dedit. Alteri quæ marito suæ conditionis nupserat, trecentas libras dotis nomine numerauit, & hac condi- *Vrba. 4. pon. 188. an. d. 1265. Clem. 4. pon. 189.*

tione nequid vnquam amplius peteret. Habuit & nepotem, clericum, quem vbi comperit tres præbendas habere, optionem facere compulit, vt quam vellet ex his retineret, & duas relinqueret. Instantibus autem amicis vt nō tantum nepoti illa dimitteret, sed maiora & plura tribueret, respondit se Deo, non autem carni & sanguini acquieturum, quem vtinam vniuersi pontifices imitati essent.

Deo, non autem carni & sanguini acquieuit sanctus Pontifex.

Gregorius 10. papa 190. sub eodem Cæsare, sedit annos quatuor. Sub hoc celebratum est concilium Lugdunense generale, in quo sequens veritas definita est.

Processio Spiritus sancti à patre & filio procedit. Vnica inspiratione æternaliter procedit.

Fideli & deuota processione fatemur ꝙ spiritus sanctus æternaliter ex parte & ex filio non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex vno principio, non duabus inspirationibus sed vnica inspiratione procedit. Hoc professa est hactenus, prædicauit, & docuit sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium & magistra. Hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nōnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantiā in errores varios sunt prolapsi, nos sacro approbante cōcilio, damnamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint æternaliter spiritum sanctū ex patre & filio ꝓcedere: siue etiam temerario ausu asserere ꝙ

Spiri-

Spiritus sanctus ex patre & filio tanquam ex duobus principiis & non tanquam ex vno procedat. Habentur de summa trinit. & fi. cath. in 6.

Vsurari non absoluendi.

In codē concilio mandatū est, & nullus sacerdos manifestos vsurarios ad cōfessionem admittat siue ipsos absoluat, nisi de vsuris satisfecerint vel satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præstent idoneam cautionē.

Innoc. 5. pont. 190.

Innocētius 5. papa 191. ex ordine sancti Dominici assumptus ad pontificatum anno domini 1275. Sedit menses 6. sub Rodolpho Germano Cæsare 27.

Adr. 5. pont. 192.

Adrianus quintus papa 192. sedit dies quadraginta sub eodem Cæsare.

Ioan. 22. pont. 193.

Ioannes 22. papa 193. Vir literatus, sed in rebus gerendis, vt dicitur, parum prudens. Moritur pontificatus sui mense 8. sub eodē Cæsare: Sub hoc facta est definitio cōtra eos qui dicunt Christum & eius discipulos nihil habuisse, & in his quæ habuerunt, nullum ius eis fuisse. Eiusmodi sententiam erroneam & hæreticam esse censendam declarat in extravagan. Cum inter nonnullos, de verb. signif. Sub eodem Ioanne 22 damnantur errores Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis.

Hæretica sententia cōtra asserētes Christum & eius discipulis nihil habuisse.

Primus, quòd confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Errores Ioannis de Poliaco.

Secundus, quòd stante omnis vtriusq; sexꝰ, edicto in concilio generali, Rom. pontif. nõ potest facere quòd parochiani non teneantur omnia pctã sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochianum curatũ. Imò nec Deus posset hoc facere, quia (vt dicebat) implicat contradictionem.

Tertius, quòd Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, imò nec Deus, quin confessus habenti, licentiam, teneatur eadem cõfiteri proprio sacerdoti, quẽ dicit esse, vt præmittitur, proprium curatũ. Prædictos articulos, & quẽlibet, eorũ, tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deuios, authoritate apostolica condemnamus & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio, & contrariam esse catholicam fidem asserimus, scilicet quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta concilium generale. Habẽtur in extrauag. communi. Vas electionis, &c.

Nicol. 3. pont. 194.

Nicolaus 3. Papa 194. Scribũt historici neminem ante ipsum sacrificasse religiosius visum, cũ semper dum solennia ageret, lachrymas funderet. Vacantibus ecclesiis celerrime consulebat, & eas statim optimo & idoneo ministro committebat. Notarios & tabelliones à se, vt pestiferos, eiecit, Gregorium 10. &

Ioan-

Ioannem 21. imitatus. Religionis obseruantissimus, instituti sancti Francisci, ob rerum humanarum cõtemptum, amator: ideo & decretali epistola quædam suæ regulæ ambigua declarauit. Sedit annos tres, mẽses quinque sub eodem Cæsare. Vacat sedes menses quinque.

Martinus 4. papa 195. sedit an. 4. mensem 1. *Mart. 4. pont. 195.*

Honorius 4. papa 196. sedit annos duos, sub eodem Cæsare. Vacat sedes menses decem propter ægritudinem Cardinalium qua apud sanctam Sabinam correpti sunt. *Hon. 4. pont. 199.*

Nicolaus 4. papa 197. sedit annos 4. sub eodem Cæsare, assumptus ex ordine Minorũ.

Cœlestinus 5. pap. 198. Deducta electione discordia Cardinalium per biennĩ & 3. mẽses, assumptus est ex eremo Petrus Morroneus vocatus Cœlestinus. Verùm cũ à priore vita ob pontificatum nequaquã declinaret, visus est rebus agendis parum idoneus: hanc ob rẽ de abrogatione eius mentio fieri cœpta est inter Cardinales. Tandem persuasus est, vt à pontificatu se abdicaret, ne ecclesia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur. Quo facto Cœlestinus ad priuatã vitã se redegit, & alterius subrogandi Pontificis Cardinalibus potestatem dedit, pontificatus sui mense 6 Imperante Adolfo Germano Cæsare 28. *Cœlest. 5. pont. 198.* *Cessit pontificatus bonus pastor, ne omnes periclitarentur.* *Bonif. 8. pont. 199.*

Bonifacius 8. Pa. 199. Ab hoc ferunt deceptum Cælestinũ voce tãquam cælitus missa

per cannã ad eũ factã, vt desereret pontificatum, & Bonifacium institueret. Ingentia bella in Italia excitauit: Excommunicauit Gallorum regem Philippum, & titulum regni Gallici donauit Alberto Austriacæ domus, i. Cæsari, vt hac occasione tandem inter se cõflictarentur Germani & Galli. Postremo captus est Bonifacius, & in carcere periit. Atq; hinc est quod dicitur de eo: Intrauit vt vulpes, regnauit vt lupus, mortuus est vt canis. Sedit annos octo, menses 5. sub eodem Cæsare.

Benedictus 11. pap. 200. ex ordine sancti Dominici assumptus ad pontificatũ, Ita semper vixit, vt post mortem inter beatos merito censeatur. Sedit menses 8. dies 15. Electus est sub Alberto Germano Cæsare 29.

Clemens 5. pap. 201. sub eodem Cæsare. Hic apud Lugdunenses egit in Gallia, & iam inde ab hoc tempore. i. an. 1305. translata est pontificia sedes ab vrbe Roma Auinium Galliæ vrbem, vbi ad septuaginta & quatuor annos remãsit cũ magno Christianorũ cõmodo. Interim noui hæresis apud Nouariẽses per Dulcinũ & Margaritã inuẽta est, qua mares & fœminæ simul habitantes, in omnem libidinẽ prolabebantur, & Anabaptistarum more (qui nostra hac ætate in incertum vagantur) senserunt nihil proprij habendum, non esse administrandas republicas Christianis, & simi-

les

les phanaticas opiniones habuere. Sub hoc celebratũ est conciliũ Viẽnense, in quo & librũ Clemẽtinarũ à se cõpositũ edidit. Fertur hoc ferme tẽpore Templarios olim Christi milites à nostris ad Sarracenos defecisse: Quã ob rẽ interfecti sunt quotquot comprehendi potuerunt, eorumque bona partim Rhodianis militibus, partim nouis religionibus sunt attributa. Sedit an. 8. mens. 10. dies 15.

Concilium Viennen.

Concilium Viennense generale sub Clemente quinto celebratum: in quo probatæ sunt constitutiones illæ & definitiones quæ in volumine Clementinarum feruntur. Vna est sub hac forma: Doctrinam omnem, seu positionem temerè asserentem, aut vertentem in dubium quòd substãtia animæ rationalis, seu intellectualis, verè ac perfectè humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, hoc sacro approbante concilio reprobamus: definientes vt cunctis nota sit fidei syncerę veritas: ac percludatur vniuersis erroribus aditus; ne subintrent, quòd quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, quòd anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus. Itẽ baptisma vnicum baptizatos omnes in Christo regenerans esse (sicut vnus Deus, ac fides vnica) ab omnibus fideli-

Amina rationalis per se & essentialiter est forma humani corporis.

ter confitendum, quod celebratur in aqua in nomine patris & filij & spiritussancti, credimus esse tam adultis quàm paruulis cõiter perfectum remediũ ad salutem. Verum quia quantũ ad effectũ baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidã theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdã ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis è contra asserentibus quòd & culpa eisdẽ in baptismo remittitur, & virtutes ac informans gratia infundũtur quo ad habitum, & si non pro illo tempore quo ad vsum: Nos attendẽtes generalem efficaciã mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionẽ secundam, quę dicit tam paruulis quàm adultis cõferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tanquam probabiliorem, & dictis sanctorum & doctorũ modernorũ theologiæ magis consonã & concordẽ, sacro approbãte cõcilio duximus eligendã. Habentur prædictæ duæ definitiones in Cle. de sum. tri. & fi. cath.

Tam paruulis quã adultis in baptismo confertur gratia virtutesque infundun tur.

In eodem concilio facta est cõstitutio, vt festum corporis Christi celebretur feria 5. post octauam Pentecostes, concessis indulgentiis iis qui in eo festo, vel sub octauis officio vel horis intererunt. Habetur in Clem. de reli. & venera. sanctorum.

In eodẽ damnati sunt errores Begardorũ

&

& Beguinarum mulierum Alemaniæ.

Error Begardorum & Beguinarum dãnatur.

Primus, quòd homo in vita præsenti tantum & talem perfectionis gradũ potest acquirere, ꝙ reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere nõ valebit. Nam (vt dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.

Secundus, Ieiunare non oportet hominẽ nec orare postquam gradũ perfectionis humodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas ita perfectè spiritui & rationi subiecta quòd homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius, quòd illi qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, nõ sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligãtur: quia, vt asserũt, vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartus, quòd homo potest ita finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in præsenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata. *Cor. 3.*

Quintus, quòd quælibet intellectualis creatura in seipsa naturaliter est beata: quídque anima non indiget lumine glorię ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus, quòd se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus quòd mulieris oſculum (cũ ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatũ: actꝰ aũt carnalis, cũ ad hoc natura inclinet, peccatũ non eſt, maximè cũ tentat exercẽs.

Octauus error, quòd in eleuatione corporis Chriſti Ieſu nõ debent aſſurgere, nec eidẽ reuerentiam exhibere: aſſentes quòd eſſet imperfectionis eiſdem ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa myſterium ſeu ſacramẽtum euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent: Sacro approbante cõcilio ſectã ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omnino. Habetur in Clem. Ad noſtrũ de hęreticis.

Puniantur vt hæretici qui affirmauerint exercere vſuras non eſſe peccatum.

In eodem concilio. Si quis in illum errorẽ inciderit, vt pertinaciter affirmare preſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum: decernimus eum velut hæreticum puniendum. Locorum nihilominus ordinariis, & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungẽtes, vt contra eos quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tanquam contra diffamatos vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant. Habentur in Clem. de vſuris. c. Sanè.

Ioan. 23. pont. 202. Bene. 12. pont. 203.

Ioan. 23. pap. 202. ſedit annos 19. menſes 4. imperatore Ludouico Bauaro, in quem cenſuris pontificiis animaduertit.

Benedict. 12. pap. 203. ſedit annos 4. menſ. 3.

ſub

sub eodem Cæsare. Vir sanctissimus omnibus collachrymantibus sepelitur. *Clem. 6.*

Clemens 6.pa.204.sedit annos 10. mensesp*ont.* 204.
6. Hic emit (vt fertur) Auinium Franciæ, atque ita vrbs hæc iuris pontificij facta est.

Innoc.6.pap.205 Hic præbendas ecclesiasticas non nisi probatissimis sacerdotibus tũ vita tũ doctrina dedit. Fecitq; vt omnes prælati ad ecclesias suas proficiscerentur. Sedit annos 9.Mens.8.sub eodem Cæsare. *Innoc. 6.* *pont.* 205.

Vrba.5.pap.206.sedit ann.8.mens.4. electus sub Carolo 4.Germano Cæsare 12. *Vrban.5.* *pont.* 206.

Greg.11.pa.207.electus sub eodem Cæsare *Greg.* 11. *pont.* 207.
Hic Romam ex Gallia transtulit iterũ pontificiam sedem anno do.136.motus maximè ex verbis cuiusdã cp̃i,qui interrogatus à põtifice (dũ simul in ambularent)cur nõ rediret ad ecclesiã suã, quã malũ erat tandiu siue pastore nudã relinqui, respõdit. Cur tu summe pontifex cæteris exemplum daturus,tuũ cp̃atum nõ repetis?Moritur Romæ anno do. 378. pontificatus anno 7.mense 5. *Ioan.d.* 131.

Post Greg.1.ingẽs schisma ortũ est.Itali Italũ pontificẽ,Vrbanũ 6. dictũ,crearunt & is Romę mansit.Galli ite elegerũt pontificẽ in Italia,quem clementem 7.appellarunt. Is Auinium se recepit.Erant itaque pontifices 2. alter in alterum censuris sæuiebat. Durauit hoc schisma vsq; ad cõciliũ constantiensis. *Vrban.6.*

Vrbanus 6.papa 208.pontificatu, sui satis*pont.* 208.

infœliciter acti anno 21. mẽse 8. Romæ moritur, Ruperto Cæsare 34.

Bonifa. 9. pont. 109. Bonifacius 9. papa 209. sub eodem Cæsare. Hic annorum circiter triginta erat, cũ põtificatũ iniuit: ita tamẽ vixit in tanta vel peccãdi licẽtia, vt nulla ei voluptas impingi vel obiici posset. Interim mortuo Clemente 7. adulterino põtifice, Petrus de Luna (Bñdictꝰ tertiusdecimus appellatus.) Auinione sufficit. *an. d. 1370.*

Bonifacius hic annatarum, hostiũ potẽtiã veritus, vel augendæ ditionis ecclesiasticæ causa, vt aliqui volũt, vsum beneficiis ecclesiasticis primus imposuit hac conditione, vt qui beneficiũ consequeretur, dimidiũ annui prouẽtus fisco apostolico persolueret. Quãuis sint qui hoc inuentum Ioanni 22. ascribant. Hanc consuetudinem omnes admisere præter Anglos, quid id de solis episcopatibus concesserẽ: de cæteris beneficiis nõ adeò. Sedit annos 14. menses nouem.

Innoc. 7. pont. 210. Innocẽtius 7. papa 210. duobus annis sacerdotio infœliciter administrato mortuus est.

Greg. 12. pont. 211. Greg. 12. pap. 211. Is promisit cessurum se põtificatui, si Bñdictus itidẽ non recusaret. Cæterũ fugiente Benedicto in Caraloniam relicta Auinione reuocauit promissum suum Gregorius de resignando papatu: Pinde cõcilio Pisis à Cardinalibus vniuersis habito, vterque & Gregor. & Benedictus pontificatu sunt depositi, & in locum eorũ suffectus ter-

tius

tius papa Alexander quintus. Gregorius profugit Ariminum, vbi mansit vsque ad Cōstātiēsis cōcilij tpa Alexander 5. Bononiæ egit-
Alexander 5. papa 212. sedit menses octo ex ordine minorum assumptus, sanctus Dei.
Alex. 5. pont. 212.
Ioan. 24.
Ioannes 24. pap. 213. H c Ioannes 24. Bono-
pont. 213.
niæ, Gregorius Arimini, Benedictus in Hispania superstites vixerunt, vsque dum opera Sigismundi imperatoris Constantiæ publica synodus cogeretur. Sunt autem tres hi pariter in eo concilio papatu deiecti.

Martinus 5. papa 214. electus in concilio Constantiensi, sedit annos 14. menses 3.
Martin. 5. pont. 214.

ACTA CONCILII CONstantiensis sub Ioanne papa 24. conuocati & inchoati tempore schismatis. Ferebantur enim tunc tres pontifices, prædictus. Ioannes & Benedictus 13. & Gregor. 12. In sessione 1. anno Domini 415. præsente Sigismundo Imperatore, promisit Ioan. 24. se cessurum papa tui sub ac forma: Ego Ioan. papa 24. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, iuro & voueo Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio, sponte & libere dare pacem ecclesiæ Christi per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu iuxta deliberationē præsentis concilij, si & quando Petrus de Luna, Benedictus 13. & Angelus de Coratio,

Greg.12. in suis obedientiis nũcupati, papatui quẽ prætẽdũt, per se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, &c. Nihil ad hæc addiderunt in sessione secunda & tertia.

In sessione quarta & quinta habetur sic definitũ q̃ ipsa synodus ĩ spiritu sãcto congregata legitimè generale cõciliũ faciẽs ecclesiam catholicam militantẽ repræsentans potestatẽ à Christo immediatè habet cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiã papalis existat obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ Dei in capite & membris, &c.

Itẽ declarat q̃ quicunq; cuiuscunq; cõditionis, status, dignitatis, etiam papalis, q̃ mãdatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis huius sacræ synodi, & cuiuscũq; alterius concilij generalis legitimè congregati super præmissis, siue ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, cõdignæ pœnitentiæ subiiciatur, & debite puniatur, &c.

Itẽ diffinit & ordinat sancta synodus quod dominus Ioãnes pap.23. Romanam curiã & officia publica illius, &c. de hac ciuitate Cõstantiensi non mutet sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi. Si quid contrà tentauerit totum sit irritum & inane.

In sexta & septima sessione tantũ tractatũ est de

est de monendo & citando Ioanne papa, qui fugerat à loco concilij.

Errores Vuicleff. damnati.

In sessione octaua pronunciata est sentẽtia dãnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff & articulorũ 45. quorum tenor est qui sequitur.

1 Substantia panis materialis & vini materialis maneant in sacramento altaris, &c.

2 Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3 Christus nõ est in eodem sacramẽto idẽtice & realiter propria præsentia corporali.

4 Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, nõ consecrat, non baptizat.

5 Non est fundatum in euangelio, quòd Christus missam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo debite fuerit cõtritus, omnis cõfessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8 Si papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli non habet potestatem super fideles, nisi fortè à Cæsare.

9 Post vrbanum 6. non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum est more Græcorum sub propriis legibus.

10 Contra scripturam sacram est quòd ecclesiastici habeant possessiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excommunicatũ à Deo: & qui sic excõicat, est hæreticus,

12 Prælatus excommunicans clericum qui appellauit ad regem & ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare siue audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati.

14 Licet alicui diacono vel presbytero prędicare verbum Dei absque authoritate sedis apostolicæ vel episcopi catholici.

15. Nullus est dñs ciuilis, nullus est prelatus, nullus est episcop⁹, dū est in peccato mortali.

16 Domini temporales possunt ad arbitriū suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus.

17 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatę vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quàm generales cæteris paribus.

20 Conferens eleemosynam fratribus est excommunicatus ipso facto.

21 Si quis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, redditur ineptior & inhabilior ad obseruantiam mandatorum Dei.

22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.

23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis,

uatis,non sunt religione Christiana.
24 Fratres tenentur per labores manuum victum quærere,& non per mendicitatē.Prima pars est scandalosè & præsumptuosè asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur. Secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.
25 Omnes sunt simoniaci qui se obligant orare p. aliis, eis in tēporalib⁹ subueniētib⁹.
26 Oratio præscripti,nulli valet.
27 Omnia de necessitate absoluta eueniūt.
28 Cōfirmatio iuuenū,clericorū ordinatio, locorum consecratio reseruatur papæ & ep̄is propter cupiditatē lucri tēporalis & honoris.
29 Vniuersitates,studia,collegia,graduationes,& magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.
30 Excommunicatio papæ vel cuiuscunq; prælati nō timenda,q̄a est cēsura Antichristi.
31 Peccant fundantes claustra,& ingredientes sunt viri diabolici.
32 Ditare clerum, est cōtra regulam Christi.
33 Syluester papa & Constantinus Imperator errauerunt ecclesiam dotando.
34 Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici,& dantes eis eleemosynam sunt excommunicati.
35 Ingredientes religionem sunt inhabiles ad obseruādum diuina præcepta, & per cōse-

quens ad perueniendum ad regnum celorũ, nisi apostatauerint ab eisdem.

36 Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt hæretici, eò quòd possessionem habent.

37 Ecclesia Romana est synagoga Satanæ: nec papa est immediatus vicarius Christi, & Apostolorum.

38 Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à fide Christi, & clerici sunt stulti qui student eis.

39 Imperator & domini temporales seducti sunt à diabolo vt ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio papæ à cardinalibus per diabolum est introducta.

41 Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremã inter alias ecclesias. Error est si per Romanã ecclesiam intelligat vniuersalẽ ecclesiã aut cõciliũ generale: aut pro quãto negat primatũ summi pontificis super alias ecclesias particulares.

42 Fatuum est credere indulgentiis papæ & episcoporum.

43 Iuramenta illicita sunt quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia ciuilia.

44 Augustinus, Benedictus, Bernardus dãnati sunt, nisi pœnituerint de hoc ꝙ habuerint possessiones, & instituerunt & intrauerũt

reli-

religiones. Et sic à domino papa vsq; ad vltimam religiosum omnes sunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo.

Hos sancta synodus præfatos articulos 45. examinari fecit & sæpius recenseri: quibus examinatis, fuit repertum aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & à sanctis patribus reprobatos, alios nõ catholicos sed erroneos: alios scãdalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos: nõnullos eorum temerarios & seditiosos. Propterea concilium pronunciat hæreticum Ioannẽ Vuicleff, ac memoriam eiusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius & cremari.

In 9. 10. & 11. nihil annotatione dignũ actũ est. In sessione 12. pronũciata est publica sententia diffinitiua depositionis à papatu cõtra Ioannẽ papã 24. propter recessum quẽ fecerat à ciuitate Constantiensi, & dicto sacro concilio generali clandestine noctu hora suspecta, & in habitu dissimulato, & propter scandalũ datum ab illo turbatiuũ pacis & vnionis ecclesiæ à voto & promissione, & iuramento per ipsum Ioannem papam Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deuiatiuum.

Item statuit & decernit sancta synodus pro bono vnionis ecclesiæ, & nullo vnquã tempore religat in papã dominus Balthasar Costa, nup Ioannes 24. nec Angelus de Coraio

Gregorius 12. nec Petrus de Luna. Benedict⁹ 13. in suis obedientiis sic nominati. Si contrarium fiat, id ipsum sit irritum & inane.

Sessio 13.

Cum in nõnullis mundi partibus quidã temerarie asserere præsumãt populũ Christianũ debere sacramẽtũ Eucharistiæ sub vtraq; panis & vini specie suscipere, & nõ solum sub specie panis, sed etiã sub specie vini populum laicum passim communicẽt, & post cœnam vel aliàs nõ ieiuni, & cõmunicandũ esse pertinaciter asserunt contra laudabilẽ ecclesiæ consuetudinẽ rationabiliter approbatã: hinc est q̃ hoc generale cõcilium declarat, decernit & definit contra hunc errorẽ, quòd licet Christus post cœnã instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraq; specie panis & vini hoc venerabile sacramentum: tamẽ hoc nõ obstãte sacrorũ canonũ authoritas, & approbata cõsuetudo ecclesiæ seruauit & seruat q̃ huiusmodi sacramentum nec conficiatur post cœnã, nec sumat à non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à iure vel ecclesia concesso vel admisso, &c. Et similiter quòd licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie: tamẽ hæc consuetudo ad euitandũ aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, q̃ à conficientibus sub vtraq; specie & à laicis tãtummodo sub specie

cie

cie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit, & nullaten' dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinẽ tã sub specie panis, quã sub specie vini veraciter cõtineri, &c. Quapropter dicere, quòd hãc cõsuetudinem & legẽ obseruare sit sacrilegum aut illicitũ, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositũ præmissorum tanquã hęretici arcendi sunt, & grauiter puniẽdi per diœcesanos locorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis, &c. Itẽ præcipimus sub pœna excõmunicationis ꝙ nullus presbyter cõmunicet populũ sub vtraq; specie panis & vini.

Sessio 14.

Carolus de Malatestis renunciauit papatui nomine Gregorij 12.

Sessio 15.

Articuli Ioannis Vss dãnati in cõcilio, quoniã publice prædicabat Ioannẽ Vuicleff virum catholicum & authorem euangelicum. *Errores Ioan. Vss.*

1 Vnica est sancta vniuersalis ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas.

2 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

3 Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cũ nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eò ꝙ prædestinatiõis charitas quæ ipsã ligat nõ excidit.

4 Duæ naturæ diuinitas & humanitas sunt vnus Christus.

5 Præscitus etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ,& prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed nō à gratia prædestinationis.

6 Sumendo ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue sint in gratia siue non secundum præsentem iustitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.

7 Petrus non fuit, neque est caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

8 Sacerdotes quomodo libet criminose viuentes sacerdotij polluunt potestatem, & sicut filij infideles sentiunt infideliter de septē sacramentis ecclesiæ,de clauibus,de censuris.

9 Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & papæ perfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit.

10 Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput particularis ecclesiæ: nec Romanus pontifex est caput Romanæ ecclesiæ.

11 Non oportet credere quod iste quicunque est particularis Romanus pontifex, sit caput cuiuscunque particularis ecclesiæ nisi Deus eum prædestinauerit.

12 Nemo gerit vicem Christi,vel Petri,nisi sequatur eum in moribus,cum nulla alia sequela sit ptinentior,nec aliter à Deo recipiat

procu-

procuratoriam potestatem, qui ad illud officium vicarij requiritur & morum conformitas, & instituentis authoritas.

13 Papa non est manifestus & verus successor apostolorum principis Petri, si viuit moribus contrariis Petro: & si quærit auaritiam, tunc est vicarios Iudæ Iscariotis. Et pari euidentia cardinales non sunt manifesti & verī successores collegij aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, seruantes consilia & mandata Domini nostri Iesu Christi.

14 Doctores ponentes quòd aliquis per cēsuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit iudicio seculari est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifices, Scribas, & Pharisæos, qui Christum nolentem eis in omnibus obedire tradiderunt Pontio Pilato.

15 Obedientia ecclesiastica est obedientia secūdum adinuentionem sacerdotum ecclesiæ propter expressam authoritatem ecclesiæ.

16 Quòd nulla sint opera indifferentia, sed hæc sit diuisio immediata humanorū operū q̄ sint vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est vitiosus, & agat quicquam, tūc agit vitiose: & si est virtuosus & agat quicquam, tunc agit virtuose: q̄a sicut peccatū inficit vniuersaliter omnes actus hominis vitiosi: sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

17 Sacerdos Christi viuens secūdum legem

eius,& habens notitiã scripturæ, & effectũ ad ædificandum populum debet prædicare non obstante prætensa excommunicatione.

18 Quilibet prædicantis officium de mandato accipit,qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi non obstante excommunicatione.

19 Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis vel interdicti ad sui exaltationem clerus populum sibi laicalem suppeditat, auaritiam multiplicat,malitiam protegit, viam ptæparat Antichristo

20 Si papa est malus, & maxime si est præscitus, tunc vt Iudas Apostolus,est diabolus, fur, & filius perditionis.

21 Gratia prædestinationibus est vinculum quo corpus ecclesiæ & quolibet eius membrũ iũgitur Christo capiti indissolubiliter.

22 Papa vel prælatus malus & præscitus est æquiuoce pastor,& verè fur & latro.

23 Papa non debet dici sanctissimus etiam secũdũ officiũ, qa aliàs rex deberet dici sanctissimus secundũ officiũ & tortores & præcones dicerentur sancti,imò & diabolus deberet dici factus, cum sit officiarius Dei.

24 Si papa viuat Christo contrarie, etiam si ascenderet per legitimam electionem secũdum constitutionem humanã tamen aliũde ascenderet quàm per Christũ, dato etiam ꝙ intratet per electionẽ à Deo principaliter factam,

ctam. Nam Iudas Scarioth ritè & legitimè est electus à Deo apostolorum, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.

25 Condemnatio 45. articulorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & male facta.

26 Nō eo ipso quo electores, vel maior pars eorum consenserit viua voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa. Vnde siue electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere.

27 Nō est scintilla apparentiæ quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militanti ecclesia conuersetur & conseruatur.

28 Christus sine talibus capitibus mōstrosis per seruos veraces discipulos sparsos per orbem terrarū melius suam ecclesiā regularet.

29 Apostoli & fideles sacerdotes Dñi strenue in necessariis ad salutē regularunt ecclesiā antequā papæ officiū foret introductum.

30 Nullus est Dñs ciuilis, nullus est prælatus, nullus est ep̄s dū est in peccato mortali.

Pronunciata est sentētia damnationis horum articulorum sub eadem forma qua condemnati sunt articuli Ioannis Vuicleff.

Condemnatur articulus sequens.

Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi per quēcunque vasallū suū

vel subditum, etiam per clanculares insidias & subtiles blanditias vel adulationes, nõ obstante quocunque præstito iuramento seu confœderatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscũque. Aduersus hunc errorem satagens hæc sancta synodus exurgere & ipsum funditus tollere declarat & definit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in minoribus ipsamq; tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, periura, vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper & decernit quòd pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserẽtes sunt hæretici, & tãquam tales iuxta canonicas sanctiones puniendi.

Sectiones 16. 17. & 18. nihil habent lectione dignum.

Sessio 19. Anno 1415. 25. die Septembris.

Abiuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga artiũ liberaliũ magister, cognoscens veram catholicã ecclesiã & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipuè eã de qua hactenus infamatus fui, & quã præteritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerũt Ioannes Vuicleff & Ioannes Vss, in suis opusculis, libellis, seu sermonibus ad clerum & ad populum. Consentio autem sanctę Rom. ecclesię, & apostolicæ sedi, & huic sacro concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & prę-

sertim de clauibus, sacramẽtis, ordinibus, officiis & censoris ecclesiasticis, indulgentiis & reliquiis sanctorum, ecclesiastica libertate, & de ceremoniis & aliis omnibus ad religionẽ Christianam pertinentibus.

In sessione 20. agitur causa ciuilis inter ducem Austriæ & episcopum Tridentinum.

Sessio 21. Anno 1416. 31. die mensis Maij.

Sententia contra Hier. de Praga laicum, magistrum in artibus, qui post abiurationẽ in sessione 16. annotatam, audientiam publicam sibi dari in hac sancta synodo postulauit qua sibi concessa, coram eadem synodo publice asseruit, dixit, & professus est quòd præfatæ sententiæ damnationis dictorum Ioannis Vuicleff, & Ioannis Vss, inique consenserat, & illam sententiam approbãdo mẽtitus fuit, nec verebatur se confiteri mentitũ, quinimmo confessionem super illorum dãnatione reuocabat nunc & in æternum, asserens se in libris Ioannis Vuicleff, & Ioannis Vss, nullam vnquam hæresim vel errorẽ legisse, licet antè fuerit confessus, &c. propter quæ sancta synodus prædictum Hiero. palmitem putridum, aridum, in vitæ non manẽtem foras mittendum, decreuit, ipsúmq; hæreticum, & in hæresim relapsum excommunicatum, anathematizatum pronũciat & declarat atque damnat. Qui Hiero. traditus est potestati seculari, & combustus

Sessiones intermediæ totæ teruntur in cessando & deponendo Petro de Luna, Benedicto 13. nuncupato, & recipiendis oratoribus regum Aragonum, Castellæ & Nauarræ.

Sessio 39. anno 1417. die 9. Octob.

Statutum de conciliis generalibus erga futura schismata. Edicto perpetuo sancimus & ordinamus, vt amodo concilia generalia celebrẽtur, ita quòd primum à fine huius concilij in quinquennium immediate sequens. Secundum verò à fine illius in septennium, & deinceps de decennio in decẽnium perpetuo celebrentur in locis quæ summus Pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbante & consentiente concilio, vel in eius defectu ipsum conciliũ deputare & assignare teneatur, vt sic per quandã continuationẽ semper aut cõciliũ vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quẽ terminum liceat summo Pontifici de suorum fratrum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium concilio ob emergentes forte casus abbreuiare, sed nullatenus prorogetur. Locum autẽ pro futuro celebrando concilio deputatum absque euidenti necessitate non mutet.

Sessio 40 Reformationes fiẽdæ per Papam vnà cũ concilio antequam concilium dissoluatur.

Sacrosancta generalis synodus Cõstantiẽsis in spiritu sancto legitime cõgregata, vniuersalem ecclesiã repræsentans, statuit & decernit, ꝙ futurus Ro. pontifex per Dei gratiã

de ꝓximo assumẽdus cũ hoc sacro concilio, vel deputandis per singulas nationes debeat reformare ecclesiam in capite & in membris, & curiam Romanam secundum æquitatem, & bonum regimen ecclesiæ, antequam hoc concilium dissoluatur super materiis articulorum alias per nationes in reformatorio oblatorum, quæ sequentur. Primo de numero, qualitate & natione dominorum Cardinaliũ. Item de reseruationibus sedis apostolicæ. Itẽ de Annatis, communibus seruitiis & minutis. Item de collationibus beneficiorũ, & gratiis expectatiuis. Item de confirmationibus electionum. Item de cãusis in curia Romana tractandis, vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officiis cãcellariæ & pœnitentiariæ. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. Item de cõmendis. Itẽ de fructibus medij tẽporis. Itẽ de non alienãdis bonis Romanæ eccles. Item propter quæ & qũo papa possit corrigi & deponi. Itẽ de extirpatione simoniæ. Item de dispensationibus. Itẽ de ꝓuisione Papæ & Cardinalium. Item de indulgentiis. Item de decimis. Hoc adiecto q̃ facta per nationes deputatione prædicta, liceat aliis de Inĩa Papæ libere ad propria remeare.

Sessio 41. anno 1417. die 8. Nouembris.

Constitutio Papæ Clemẽtis 6. super modo & forma obseruandis à Cardinalibus in con-

claui existentibus super electione Pontificis, Decretum de non spoliando electum in Papam sub pœna excommunicationis.

Die 11. Nouembris anni supradicti in festo sancti Martini, reuerēdissimi patres in cōclaui existentes Reuerēdissimum in Christo patrem dominū Odonem de Columna sancti Gregorij diaconum Cardinalē de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum concorditer in Romanum Pōtificem elegerunt, qui Martinus Papa 5. nominari voluit & sic per Serenissimum principem Sigismundum Romanorū regē vnà cū sancta synodo apud ecclesiā maiorē huius ciuitatis Cōstantiensis fuit inthronizatus & coronatus pap.

Sessio 42. nihil habet, quo iuste possimus lectorem occupare.

Sessio 43. Præsidente Papa Martino 5. 21. mensis Martij Decretum contra simoniam.

Martinus, &c. Multæ contra simoniacā prauitatem olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille nō potuit cōpetēter extirpari. Nos sacro approbante concilio declaramus quòd ordinati simoniacę ab excōmunicatis suorum ordinū sint eo ipso suspēsi. Electiones aūt, postulatiōes, & cōfirmationes & quis prouisiones simoniacę ecclesiarū monasteriorū, dignitatū, personatuū, officiorum, & beneficiorū ecclesiasticorum quorumcunq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullúmq;

per

per illas ius cuiquã acquiratur, nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquã iniquè ablata percipientes teneantur, statuentes insuper quòd dantes recipientes ipso facto sententias excommunicationis incurrant.

De decimis & aliis oneribus ecclesiasticis.

Martinus, præcipimus,&c. Iura quæ prohibent inferioribus à Papa decimas & alia onera ecclesiæ & personis ecclesiasticis imponere,districtius obseruari,per nos autem nullatenus imponatur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & vtilitate vniuersalem ecclesiam concernente, & de consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum S.Romanæ ecclesiæ Cardinalium & prælatorum, quorum consiliũ cõmode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel prouincia inconsultis prælatis ipsius regni vel prouincię,& ipsis non cõsentientibus, vel eorum maiori parte & eo casu per personas ecclesiasticas & authoritate apostolica duntaxat leuentur. In sessione 44. statuitur locus futuri concilij.

Sessio 45.& vltima de dissolutione concilij.

Martinus papa 5. dixit q̃ omnia & singula determinata, concluſa & decreta in materiis fidei per præsens concilium conciliariter tenere & inuiolabiliter obseruare volebat, & nũquam contraire quoquo modo. Ipsáq; sic cõciliariter facta approbat & ratificat,& non

aliter nec alio modo quo dicto ipsum concilium absoluit, omnibus & singulis in eo existentibus ad propria remeandi, ipso approbante concilio, facultatem fecit.

Bulla Martini 5. de condemnatione Ioãnis Vuicleff de Anglia, & Ioannis Vss de Bohemia dãnati in hoc sacro concilio Constantiensi.

Martinus episcopus, &c. Inter curas pastoralis curæ solicitudines, &c.

Sequũtur errores Ioannis Vuicleff, 45. & errores Ioãnis Vss 30. in eadẽ forma qua supra recẽsiti.

Super præmissis autẽ articulis quilibet de eis suspectus seu in eorũ assertione deprehẽsus iuxta hunc modũ interrogetur. In primis vtrũ cognouerit Ioannẽ Vuicleff de Anglia, & Ioannẽ Vss, de Bohemia, & Hieronymum de Praga. Item vtrum teneat & credat quòd quodlibet concilium generale, & et ã Cõstantiẽse, vniuersalẽ ecclesiã repræsentet. Itẽ vtrũ credat quòd illud quod concilium Constãtiense vniuersalẽ ecclesiã repræsentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad salutẽ animarũ, ꝙ hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandũ & tenendũ. Itẽ vtrũ credat & asserat ꝙ in nullo casu sit licitũ iurare. Itẽ vtrũ credat ꝙ ad mandatũ iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunũ etiã pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum. Item vtrum credat ꝙ periuriũ sciẽter cõmissum ex quacunque

cunque causa vel occasione pro conseruatione vitæ corporalis vel propriæ, vel alterius etiam in fauorem fidei, sit mortale peccatum. Item vtrum credat deliberato animo contẽnens ritum ecclesiæ quòd ceremonias exorcismi & catechismi, aquæ baptismatis consecratæ peccet mortaliter. Item vtrum credat quòd post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis, & vinum materiale, sed idem per omnia Christus qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram patris. Item vtrum credat & asserat quòd facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi & sanguis, & anima, & Deitas, & totus Christus, ac idem corpus absolute, & sub vna qualibet illarum specierum singulariter. Itẽ vtrum credat quòd consuetudo communicandi personas laicas sub specie, panis tãtum, ab ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantien. approbata, sit seruanda, sic quòd non liceat eam reprobare, aut sine ecclesiæ authoritate pro libito immutare. Item vtrum credat quòd Christianus contemnens susceptionem sacramentorum cõfirmationis, vel extremæ vnctionis, aut solẽnisationis matrimonij, peccet mortaliter. Itẽ vtrum credat quòd Christianus vltra cõtritionem cordis habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti ex necessitate salutis con-

fieri teneatur,& non laico,seu laicis quantucunque bonis & deuotis. Itẽ,vtrum credat q̃ sacerdos in casibus sibi permissis possit peccatorem confessum & contritum à pctis absoluere,& sic pœnitentiam iniungere. Item, vtrum credat quòd malus sacerdos cum debita materia & forma& cum intẽtione faciẽdi quod facit ecclesia,verè conficiat,verè absoluat, verè baptizet,& verè conferat alia sacramẽta.Item vtrum credat quòd beatus Petrus fuerit vicarius Xp̃i habens ptãtẽ ligandi & soluendi super terram. Item,vtrum credat q̃ Papa canonice electus,qui p̃ tp̃e fuerit,sic successor beati Petri , habẽs supremã ptãtem in ecclesia Dei.Item,vtrum credat authoritatẽ iurisdictionis Papæ , Archiepiscopi,& Epi in soluendo & ligando esse maiorem authoritate simplicis sacerdotis , etiam si curam animarum habeat.Item,vtrum credat q̃ Papa oĩbus Christianis verè cõtritis & confessis ex causa pia & iusta possit concedere indulgentias in remissionẽ pctõrũ , maximè pia loca visitãtibus.Item.vtrũ credat q̃ ex tali cõcessione visitantes ecclesias ipsas,& manus adiutrices eis porrigentẽs, eiusmodi indulgentias cõsequi possint. Itẽ,vtrũ credat quòd singuli epi suis subditis secũdũ limitationem sacrorũ canonũ hmõi indulgentias cõcedere possint. Itẽ, vtrũ credat & asserat licitũ esse sanctorum reliquias& imagines à Christi fidelibus venerari. Item,vtrum credat q̃ papa vel

alius prelatus, vel ipsorum vicarij possint suũ subditum ecclesiasticum siue secularem propter inobedientiam siue contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus. Item, vtrũ credat ꝙ inobedientia siue contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarij in spiritualibus habeãt ptãtẽ aggrauandi, interdictum ponendi, & brachium seculare inuocandi, & ꝙ illis cẽsuris ꝑ inferiores sit obediendum. Itẽ, vtrũ credat ꝙ liceat ꝑsonis ecclesiasticis absq; peccato huius mundi habere possessiones & bona temporalia. Itẽ, vtrũ credat quòd laicis ipsa ab eis auferre ptãte propia non liceat, etiam si male viuerent personæ ecclesiasticæ bona huiusmodi possidẽtes. Itẽ, vtrũ credat quòd liceat laicis vtriusq; sexus viris & mulieribꝰ libere prædicare verbũ Dei. Itẽ, vtrũ credat quòd singulis sacerdotibus libere liceat prædicare verbũ Dei vbicunque quandocunque & quibuscunq; placuerit etiã si non sint missi. Itẽ, vtrũ credat ꝙ omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta sint publice corrigenda & extirpanda.

Qui de præmissis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitriũ vestrũ expurgare teneantur. Alij verò qui per testes, seu propriã confessionẽ, vel alias legitimas probationes connicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis, vel aliquo ꝓmissorũ, eosdem articulos & errores

solenniter & publice reuocare, abiurare pœnitentiam condignam subire cogantur, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, &c. Datum Constantiæ pōtificatus nostri anno primo.

Finiunt acta in concilio Constantiensi sub Martino quinto.

CONCIL. BASILIENSE.

In præfatione annotatur quis modus sit obseruādus in publica sessione conciliorum generalium, & qui fuit obseruatus in concilio generali Constantiensi.

Concilium Basiliense inchoatū anno Dñi 1431. præsidēte Iuliano Cardinale sancti Angeli legato Apostolica legitima ptāte à felicis recordationis Martino 5. & Eugenio 4. tunc recens electo facta. Istud concilium inchoatum fuerat Senis, trāslatum est certis de causis in Basileam per Martinum 5. vt notatur in sessione prima eius concilij.

Sessio secunda.

Hæc sancta synodus legitime congregata authoritate Apostolica legitime interueniēte sacris Constantien. Senem. & conciliis generalibus decernentibus atque ordinantibus, fuit & est in hoc loco Basiliensi debite, legitime ac rite inchoata & cōgregata: ideo in præsēti sessiōe ordinat & declarat quæ sequūtur.

Constan. conci. sessione 4.

Primo declarat, ꝙ ipsa synodus in spiritu sancto legitime congregata generale concilium

lium faciens, & ecclesiam militantem repræsentans, potestatem immediate à Christo habet, cui quilibet cuiuscũque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinẽt ad fidem & extirpationẽ dicti schismatis, & generalem reformationẽ ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item declarat quòd quicunque cuiuscunq; status vel dignitatis, etiam si papalis existat q̃ mãdatis, statutis, seu ordinationibus aut præceptis huius sacræ synodi, & cuiuscunque alterius concilij generalis legitime congregati super præmissis vel ad ea pertinentibus obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit, condignè pœnitentiæ subiiciatur, & debitè puniatur. *Constan. conci. sessione 5.*

Sessio 3.

Primo repetuntur eadem decreta, quæ in sessione secunda sunt definita & declarata.

Secundo decernitur dissolutionẽ huius cõcilij nullatenus fieri posse per Eugeniũ papã quoniam est cõtra decreta Constan. concilij: & tẽdit in graue periculũ fidei, & status ecclesiastici turbationem & detrimentũ atq; scandalũ totius populi Christiani. Agnouerant p̃lati in cõcilio tũc cõgregati quòd Eugenius Papa cũ collegio Cardinalium dissoluisset illud cõcilium. In aliis sessionibus, nihil habetur, tantũ cõmonet̃ papa vt veniũt ad concilũ, & accusat̃ eius cõtumacia nolẽtis parere. *Sessio 12.*

Eligantur epiſcopi & quicunque alij prælati, ac confirmentur iuxta ſtatuta iuris communis nempe vt ſingulæ eccleſiæ epiſcopos, ſingula collegia, ſinguli conuentus prælatos ſibi eligant: qui rurſus ab illis confirmentur ad quos de iure confirmatio ſpectat, nempe epiſcopi à Metropolitanis: Metropolitani à Papa & inferiores prælati ab epiſcopis.

Seſſio 13. & 14. Tota teritur in monendo & citando Eugenio papa 4.

Seſſio 15.

Synodales congregationes ſingulis annis ſaltem ſemel ſunt celebrandæ: Prouincialia verò concilia ad minus de triennio in triennium: in quibus inter Miſſarum ſolennia vel poſt diœceſanus, vel alius eius nomine, verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores ſectandum, abſtinendum à vitiis, & ad ea quæ pertinent ad eccleſiaſticam diſciplinam & officia ſingulorum, & præſertim vt ij quibus animarum cura commiſſa eſt, diebus Dominicis & aliis ſolennibus plebem ſubiectam doctrinis & monitis ſalutaribus inſtruant. Poſtea legantur ſtatuta prouincialia & ſynodalia, & inter alia aliquis compendioſus tractatus docens quomodo ſacramenta adminiſtrari debeant: & alia vtilia pro inſtructione ſacerdotum. Deinde ipſe diœceſanus de vita & moribus ſubditorum ſolerter inquirat, labem ſimoniacæ prauitatis

tatis

tatis, contractus vsurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quæuis crimina & excessus debita correctione cohibeat: Alienationes rerum ecclesiasticarum à iure prohibitas reuocet, clericorum abusus & aliorum subiectorum qui circa diuinum officium & delationem debiti habitus defuerint, in melius reformet & emendet. Præcipua autem in ipsa synodo Episcopi cura sit inquirere ac debitis modis occurrere ne aliquod dogma hæreticum, erroneum & scandalosum, sortilegia, diuinationes, incantationes, superstitiones, & quæuis diabolica figmenta diœcesim suam inficiant.

Sessio 16. & 17.

Eugenius Papa annullat dissolutionem ab eo factam concilij Basilien. qnia graues dissensiones ex prædicta dissolutione ortæ sunt, & grauiores oriri possent, & decernit & declarat prædictum concilium à principio inchoationis suæ fuisse & esse legitimè congregatum, & reuocat bullas quas ad dissoluendum illum concilium ante dederat.

Sessio 18.

Repetuntur decreta cõcilij Constant. de authoritate & potestate conciliorum generaliũ absentibus legatis Papæ, vt supra in hoc Basilienſi concilio Sessione 2. & 3. Quod concilium generale potestatẽ immediatè à Christo habet, cui quilibet cuiuscunq; status vel di-

gnitatis, etiam si papalis existat obedire tenetur vt suprà.

Sessio 19.

In hac sessione promulgat decretum quomodo prædicãda sit fides Iudęis & cæteris infidelibus cum Christianis cõmorantib⁹,&quomodo tractãdi sunt illi quãdiu durant in infidelitate sua,&de his qui volũt ad fidẽ cõuerti,vt bona sua quæcunq; habẽt mobilia & immobilia, eis intacta illæsáq; permaneant,nisi ex vsura aut illicito quæstu fuerint acquisita & notæ sint personæ, quibus de iure sit restitutio facienda: quia tunc illis restitui omnino oportet. Iis verò personis non stantibus,quia talia per manus ecclesiæ in pios essent vsus cõuertenda,hęc sancta synodus in fauorẽ cõcedit suscepti baptismatis tanquã in piũ vsũ apud eos remanere debere.Si verò cõuersionis tẽpore inopes &indigẽtes fuerint,per viscera misericordiæ Dei nostri oẽs tã ecclesiasticos q̃ seculares hæc sancta synodus exhortatur,vt ipsis cõuersis manus porrigant adiutrices.Ipsi quoq; diœcesani non solum Christianos ad subueniendum illis exhortantur, sed tã de reddit ibus ecclesiarum q̃ de his quę ad pauperum vsus per ipsos conuertenda denoscuntur, huiusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsósque detractionibus & contumelijs paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi ciues sanctorum

ctorum & domeſtici Dei efficiuntur, longéq; dignius ſit regenerari ſpiritu q̃ naſci carne, lege præſenti ſtatuimus vt ciuitatum & locorum in quib⁹ ſacro baptiſmate regenerãt, ibi libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione dumtaxat natiuitatis & originis alij conſequuntur. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes & diœceſani, ne cum Iudæis ſeu infidelibus ſaltẽ per longum tempus cõuerſentur: quoniam experientia teſte mutuã inter ſe neophytorum cõuerſationẽ ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſaluti illorum plurimum officere cõpertum eſt. Exhortatur hæc ſancta ſynodus locorum ordinarios, vt quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & ſtudeant neophytos ipſos cum originariis Chriſtianis matrimonio copulare. Prohibeatur & iis neophytis ſub grauibus pœnis ne mortuos more Iudæorum ſepeliant, aut ſabbata aliáſq; ſolennitates, & antiquæ ſectæ ritus qũo obſeruent, ſed eccl. & prædicationes noſtras prout alij catholici frequentent, & in omnibus ſe Chriſtianorum moribus conformes reddant.

Seſſio 20. Conſtitutio de concubinariis.

Si q̃s fuerit publicus cõcubinarius, à perceptione fructuum omnium ſuorum vel beneficiorũ triũ mẽſiũ ſpatio ſit ipſo facto ſuſpẽſus, quos ſuus ſuperior in fabricã vel aliã euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi

fructus percipiuntur, conuertat. Deinde eiuſmodi concubinatium monere teneatur vt concubinam dimittat: quam ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit, iubet hæc ſancta ſynodus, vt ipſum ſuis omnibus beneficiis omnino priuet.

Seſſio 21. De annatis.

Conſtitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana quàm alibi pro confirmatione electionum, vel admiſſione poſtulationum, aut aliqua collatione.

Altera conſtitutio quomodo diuinum officium in eccleſia celebrandum ſit: quo tempore quiſque debet eſſe in choro.

In 8. ſyn. gen. canon. 16.

Turpem etiam illum abuſum in quibuſdã frequentatum eccleſiis quo certis anni celebritatibus nõnulli cum mitra, baculo, ac veſtibus pontificalibus more epiſcoporum benedicunt. Alij vt reges ac duces induti, quod feſtum fatuorum vel innocentium vel puerorum in quibuſdã regionibus nuncupatur, vt alij laruales & theatrales iocos. Alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad ſpectacula & cachinnationes mouent, Alij comeſſationes & conuiuia ibidem præparant: hæc ſancta ſynodus deteſtãs, ſtatuit & iubet ordinariis & eccleſiarum rectoribus ne hæc aut ſimilia ludibria, nec etiã mercãtias, ſeu negotiationes nundinarũ in eccleſia, q̃ domus orationis eſſe debet, ac

etiam

etiã cœmeterio exerceri amplius permittãt, tranſgreſſoréſq; per cenſuram eccleſiaſticam aliáque iuris remedia punire non negligant.

Seßio 22. De erroribus Archiepiſcopi Nazareni.

Quendam libellum editum ab Auguſtino de Roma, archiepiſcopo Nazareno, cuius primus tractatus de ſacramento diuinitatis Ieſu Chriſti & eccleſiæ intitulatur. Secundus de Chriſto capite, & eius inclyto principatu. Alius de charitate Chriſti circa electos, & de eius infinito amore, tanquam non ſanam & erroneam in fide doctrinã continentẽ, cum ſuis defenſoriis, hæc ſancta ſynodus dãnat & reprobat, & potiſſimè ſcandaloſam aſſertionem erroneam in fide in ipſo libello contentam, ſcilicet, Chriſtus, quotidie peccat, & ex quo fuit Chriſtus quotidie peccauit, quamuis pro capite eccleſiæ Chriſto Ieſu dicat ſe nõ intelligere, ſed ad membra ſua, quæ cum Chriſto capite vnum eſſe Chriſtum aſſeruit, intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Necnon & propoſitiones iſtas, & eis in ſententia ſimiles, quas in articulos damnatos in concilio Conſtan. incidere declarat, ſcilicet non omnes fideles iuſtificati, ſunt membra Chriſti, ſed ſoli prædeſtinati. Humana natura in Chriſto, verè eſt chriſtus, & eadem eſt perſona chriſti. Humana natura in Chriſto eſt perſona verbi. Humana natura aſſumpta

à verbo ex vnione perſonali eſt veraciter Dei naturalis & proprius, &c. Chriſtus ſecundum voluntatem creatam tantũ diligit naturã humanam vnitam perſonæ verbi, quantum diligit naturam diuinam, ſicut duæ perſonæ in diuinis ſunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Chriſto humana & diuina ſunt æqualiter diligibiles propter perſonã communẽ.

Anima Chriſti videt Deum tam clare & intenſe, quantum clare & intenſe Deus videt ſeipſum.

Ratio ſuppoſitatis determinans humanam naturam in Chriſto, non realiter diſtinguitur ab ipſa natura determinata. Quas propoſitiones & alias ex eadem radice procedentes tanquam erroneas in fide, damnat & reprobat hæc ſancta ſynodus, anno 1435.

Seſſio 23.

Qualis debet eſſe electio Pontificis. Secũdo de modo & qualitate Cardinalium, vt numerum 24. nõ excedãt, & de omnibus regionibus Chriſtianitatis aſſumãtur viri in ſcientia & moribus ac rerum experientia excellẽtes, non minores 30. annis, magiſtri ſeu licentiati in iure diuino vel humano. Sit ſaltem tertia vel quarta pars de magiſtris in ſacra ſcriptura, non nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis, aut alicuius Cardinalis viuẽtis: non illegitimè nati, non corpe vitiati, nec alicuius criminis aut infamiæ nota reſperſi.

Seſſio

Sessio 26.& 27.

Tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam & Cardinales.

Sessio 28. & 29.

In qua causatur contumacia Papæ, & declaratur contumax, quia tractabat de dissolutione eius concilij.

Sessio 30.

Hæc sancta synodus decernit & declarat ꝙ fideles laici siue clerici communicantes & non conficientes, non astringuntur ex præcepto domini ad suscipiendum sub vtraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistiæ sacramentum, sed ecclesia quæ regitur spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi ordinare habet quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius sacramenti & saluti fidelium viderit expedire, & vt suprà in concilio Constan.

Sessiones 31.& 32. tractant de prębendis ecclesiasticis canonice per ordinarios conferendis,& de suspensione Eugenij papæ 4.

Sessio 33.

De veritate fidei catholicæ per tres veritates. Primò definitur ꝙ generalis synodus in spiritu sancto legitimè congregata generale cõcilium faciẽs, ecclesiã militantẽ repræsentãs, potestatẽ à christo immediatè habet, cui

quilibet cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & ad extirpationem ſchiſmatum, & ad generalem reformationem eccleſiæ in capite & in membris.

Has tres veritates reprobauit & damnauit Eugenius papa 3. libello qui incipit Moſes ſervus Dei, vt patet extra 38. ſeßione. In Conſtan. ſeßione 4. & 8. In Baſil. ſeßione 2.

Secundò declarat quòd quicunque cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis aut præceptis huius ſanctæ ſynodi & cuiuſcunque alterius concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſiue ad ea pertinentibus, obedire contumaciter cõtemperit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubiiciatur, & debite puniatur.

Tertiò declarat ꝙ ipſum generale cõciliũ pro præmiſſis eáq; cõcernentibus cõgregatũ ſine ipſius conſenſu, per nullum quamuis authoritate, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, diſſolui, transferri, aut ad aliud tempus prorogari poteſt.

Et licet has eſſe veritates fidei catholicæ ſatis conſtet ex pluribus declarationib⁹ præcedentibus, ad maiorẽ tamẽ ſoliditatem & firmitatẽ veritatum ipſarum hæc ſancta ſynod⁹ definit & declarat: Primo ꝙ veritas de poteſtate cõcilij generalis ſupra Papam, & quemlibet alterum declarata per Conſtantienſe & hoc Baſilienſe generalia concilia, eſt veritas fidei catholicæ. Secũdo, veritas hæc, quòd Papa cõcilium generale legitimè congregatũ, ſine eius cõſenſu nullatenus poteſt diſſoluere, eſt veritas catholicæ fidei. Tertio, ꝙ ve-

ritatibus prædictis pertinaciter repugnans est censendus hæreticus, anno 1439.

Sessio 34.

In hac & sequenti tractatur de depositione Eugenij papæ, & stabilitate concilij.

Sessio 36.

Hactenus difficilis quæstio in diuersis partibus super conceptione ipsius glorioſæ virginis Mariæ matris Dei, & exordio sanctificationis eius facta est, &c. Nos diligenter inspectis authoritatibus & rationibus q̃ iã à pluribus annis ex parte vtriusque doctrinæ allegatæ sunt, aliisq; etiã plurimis super hac re visis & matura cõsideratione pensatis, doctrinã illã differentẽ glorioſam virginẽ Mariã, prę-ueniente & operante diuini numinis gratia singulari, nunquã actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunẽ semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctãque & immaculatam, tanquam piam & consonam cultui ecclesiastico, fidei catholicæ, rectę rationi, & sacræ scripturæ, approbandã fore & tenendam & amplectẽdam diffinimus & declaramus, nulliq; de cætero licitũ esse in cõtrarium prædicare, seu docere, renouantes præterea institutionem de celebranda sancta eius conceptione quę sexto idus Decemb. antiqua & laudabili consuetudine celebratur.

Sessio 37. & 38. Tractant de electione noui Pontificis.

Sessio 39.

Amadeus Felix nuncupatus cessit iuri quod in papatu asserebat habere, & creatus est Cardinalis, & vicarius pontificis Romani. Author.

Depositio Eugenio fuit electus Amadeus dux Sabaudiæ, qui in solitudine Ripaliæ à pluribus annis in virtute continentiæ fuerat conuersatus.

Sessio sequens consensit electioni factæ: nuncupatus est Felix papa quintus.

Bulla Nicolai papæ 5. qui successit Eugenio 4. De approbatione gestorũ in concilio Basilien si, propter securitatem animarum, & cauenda pericula cõscientiarũ cõfirmat. Nicolaus papa gesta per Amadeũ nuncupatũ Felicẽ quintũ, & per congregatos in cõcilio Basilien si, quod spectat ad cẽsuras causas & beneficiales. De aliis nihil, nec de ꝓbatione eiꝰ concilij, ann. 1449. sui pontificatus anno 3.

Quæ in his duabus cõgregationibus Constantiẽsi & Basilien si statuta sunt, non habent aliquod authoritatis robur, nisi dumtaxat illa quæ in bulla Martini 5. aut Nicolai 5. pontificia authoritate probata sunt, quorũ paucis mentionem fecimus sup.

Eugen. 4. pont. 215.

Eugenius quartus papa 215. sedit annos 16. fuit electus Romæ anno 1431. viuente adhuc Sigismundo Germano Cæsare 35.

Hic durante concilio Basilien si cõuocauit conciliũ generale Ferrariæ, vt tractaretur de vnione ecclesiæ Oriẽtalis cum ecclesia Latina, vbi cœpit celebrari præsente Palæologo Imperatore & Patriarcha Constantinop. cum aliis ecclesiæ oriẽtalis põtificibus, abbatibus, mo-

monachis, & cruce signatis. Attamẽ inchoatũ nõ potuit absolui ꝑpter ingruẽtẽ pestẽ & trãslatũ est ab Eugenio Florẽtiã, vbi & absolutũ est. Celebratũ est cõciliũ prædictũ ꝑ viginti & quinque sessiones quarũ sexdecim celebratæ sunt Ferrariæ: reliquæ verò Florẽtiæ. In quibus oĩbus disputatũ est inter Latinos & Græcos. Primũ de processione spiritus sancti à filio: & an ritè facta fuerit à Latinis ea additio in symbolo, filióq; ꝓcedit, &c. Secundo de igne purgatorio. Tertio, de Papæ principatu. Quarto de azymo & fermentato pane. Quinto de panis in Eucharistia trãsmutatione. Quę tamẽ disputatiões solã cõtẽtionẽ inter Græcos & Latinos perpererũt, vt coacti fuerĩt cessare à disputatiõe, & res citra vllã cõtrouersiã inter eos tractaretur: & sic facta est vnio earũ ecclęsiarũ, & sequẽs definitio prædictorum articulorũ sub hac forma.

CONCIL. FLORENTINVM.

Approbãte hac sancta synodo Florentina definim⁹, vt hæc fidei veritas ab oĩbus Christianis credat̃ & suscipiat̃, quia spirit⁹ sanctus à patre & filio æternaliter est: & essentiam suam, suúmque esse subsistens habet ex patre simul & filio, & ex vtroq; æternaliter tanquã ab vno principio & vnica spiratatiõe ꝓcedit: declarantes ꝙd id quod sancti doctores & patres dicunt ex patre per filium ꝓcedere spiritũ sanctum, ad hãc intelligẽtiã tẽdit, vt per

De processio sancti spiritus.

hoc significetur filiũ quoq; esse secundũ Græcos quidẽ causam, secundũ Latinos verò principium subsistẽtiæ spiritus sancti, sicut & patrem. Et quoniã omnia quæ patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignẽdo dedit, præter esse patrẽ, hoc ipsum, quòd spiritus sãctus ꝓcedit ex filio, ipse filius à patre æternaliter habet à quo æternaliter etiam genitus est.

De particula illa, filioq; procedit.

Definimus etiã explicationem verborũ illorum, filióque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositum.

In azymo & fermento corpus Christi conficitur.

Itẽ, in azymo, siue fermẽtato pane triticeo corpꝰ Christi veraciter cõfici: sacerdotésque in altero ipsum Domini corpus cõficere debere, vnũquenque scilicet iuxta suæ ecclesiæ, siue Occidẽtalis siue Oriẽtalis cõsuetudinẽ.

Itẽ, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequã dignis pœnitentiæ fructibus de cõmissis satisfecerint, & omissis, eorũ animas pœnis purgatorij purgari. Et vt à pœnis huiusmodi releuẽtur, prodesse his viuorum fideliũ suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri cõsueuerunt secundũ ecclesiæ instituta. Illorum etiã animas, qui post baptisma susceptã nullam omnino peccati maculã incurrerunt illas etiã quę post contractã peccati maculã. vel in suis corporibus, vel eisdem exulę corpori-

De purgatorio.

poribus(prout ſuperius dictum eſt)ſunt purgatæ,in cælum mox recipi,& intueri clare ipſum Deũ trinũ & vnũ ſicuti eſt,pro meri totũ tamẽ diuerſitate aliũ alio perfectius. Illorũ autẽ animas, qĩ actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt,mox in infernũ deſcẽdere, pœnis tamẽ diſparibus puniẽdas. *De peccato originis.*

Itẽ, definimus ſanctã apoſtolicam ſedem, & Romanũ Põtificem in vniuerſum orbẽ tenere primatũ,& ipſum Pontificẽ Romanum ſucceſſorẽ eſſe beati Petri principis apoſtolorũ,& verũ Chriſti vicariũ,totiúſque eccleſiæ caput, & omniũ Chriſtianorum patrẽ ac doctorẽ exiſtere,& ipſi in beato Petro paſcẽdi,regendi, & gubernandi vniuerſalẽ eccleſiã à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenã poteſtatẽ traditam eſſe,quẽadmodum etiam in geſtis œcumenicorũ cõciliorum & in ſacris canonibus continetur. Datum Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali,anno 1439. *Romanus pontifex ſucceſſor Petri, & Chriſti vicarius.*

Dum hæc Florentiæ agerentur,in vltima ſeſſione ſubita morte defunctus eſt Patriarcha Conſtantinopo.& quærentibus Græcis ac Latinis cauſam tam ſubitæ mortis eius,famuli reſponderunt,ipſum poſtquam cœnaſſet, in penetrale domus ſcribendi cauſa, vt ſui moris erat intraſſe,& dum ſcriberet, tremore ac animi lãguore affectum,ſtatim occubuiſſe. Literæ autem ſequentia continebant: Ioſeph miſeratione Diuina Conſtãtinopolis *Confeſſio.*

Archiepiscopi Cõstantinopolitani.

& nouæ Romæ Archiepiscopus, ac œcumenicus Patriarcha : quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam sentẽtiã his literis palã facio : Nam quæ domini nostri Iesu Christi catholica & apostolica ecclesia Romæ veteris sentiat ac celebret omnia, me quoq; sentire crederéq; ꝓfiteor, ac ipsis plurimũ acquiesco. Beatissimum autem patrum patrem ac summum põtificem, Romæq; veteris Papam, domini nostri Iesu Christi vicarium esse concedere, atq; animarum purgatorium esse nõ inficior. Datũ Florentiæ die octauo mensis Iunij, anno 1439.

Dũ iam absolueretur cõcilium, Armeniorum Patriarchæ legati ad synodum ipsam venerunt, dicentes se suámq; ecclesiam cum catholica coniungi, ac ipsum synodi decretũ pie seruare velle. Quib⁹ beningissime susceptis sub quodam breui compendio orthodoxæ fidei veritatẽ quam Romana profitetur ecclesia, per hoc decretum sacro approbante concilio ipsis etiam oratoribus ad hoc consentientib⁹, tradidit Eugenius Papa. Quo ab eis accepto vnà cum Græcis Florentia discesserunt, & dissolutorum est concilium.

Decreta concilij Florentini super vnione Iacobinorum & Armeniorum.

In primis dam⁹ eis sanctũ symbolũ à cẽtũ quinquaginta episcopis in œcumenico Constan-

stantinopolitano concilio editum, cum illa additione, filióq;, ipsi symbolo declarandæ veritatis gratia, & vrgente necessitate & rationabiliter apposita. Cuius tenor est: Credo in vnum Deum, &c. Hoc autem symbolum sicut apud Latinos mos est, ita decernim⁹ per omnes Armeniorũ ecclesias inter missarũ solennia singulis saltem Dominicis diebus, & maioribus solennitatibus decantari vel legi.

Secundo, tradimus eis definitionem quartę & vniuersalis synodi Chalcedonẽsis, in quinto postea & sexto vniuersalibus conciliis renouatam de duabus naturis in vna Christi persona. Cuius tenor talis est:

Sufficeret quidem sapiens, hoc, &c.

Tertio, definitionem de duabus Christi operationibus in prædicto sexto concilio promulgatam, &c.

Quarto instruximus eos, & declarauimus synodum Chalcedonensem, & beatissimum Leonem sanctè & rectè veritatem de duabus in vna persona Christi naturis superi⁹ descriptã definisse contra ĩpia Nestorij & Eutychis dogmata. Iniungimúsq; vt ipsum beatissimum Leonem (qui veræ fidei columna fuit & omni sanctitate & doctrina refertus) tanquã sanctum, & in catalogo sanctorum merito descriptum, de cætero reputent & venerentur atque non solum dictas tres synodos, sed & omnes alias vniuersales authoritates

Romani pontificis legitime celebratas, sicut & cæteri fideles reuerenter suscipiant.

Quinto, ecclesiasticorum sacramentorum veritatem sub hac redigimus formula.

Septem sunt sacramenta nouæ legis.

Nouæ legis septē sunt sacramenta, scilicet baptismus, cōfirmatio, eucharistia, pœnitētia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium, Quæ multum à sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim nō causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc verò nostra & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt.

Sacramenta antiquæ legis gratiā dandam per Christum figurabant.

Ad quid ordinata sint sacramenta nouæ legis.

Horum quinque prima ad spiritualem vniuscuiusque hominis in seipso perfectionē, duo vltima ad totius ecclesiæ regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualiter renascimur: per cōfirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, renati autem & roborati, nutrimur diuina eucharistiæ alimonia. Quòd si p peccatum ægritudinē incurrimus animæ, p pœnitētiā spiritualiter sanamur. Spiritualiter etiam & corporaliter (prout animæ expedit) per extremam vnctionem. Per ordinem verò ecclesia gubernatur & multiplicatur spiritualiter: p matrimonium corporaliter euagetur.

Tribus perficiuntur.

Hæc omnia sacramenta tribus perficiūtur, videlicet reb⁹ tāquā materia, verbis tanquam forma

forma & persona ministri conferentis sacramentū, cū intentione faciendi quod facit ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentū. Inter hæc sacramenta tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo quæ characterem. 1. spirituale quoddam signum à cæteris distinctum imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem persona non reiterantur, Reliqua verò quatuor charactarem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Primum omnium sacramentorum locum tenet baptismus, quod vitæ spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in vniuersos, nisi ex aqua & spiritu sancto renascimur, non possumus (vt inquit veritas) in regnum cælorum introire.

sacramento.

Tria tantum sacramēta characterem imprimūt, & ideo nō reiterantur.

Ianua vitæ spiritualis baptismus. Ioan. 3.

Materia baptismi.

Forma baptismi.

Materia huius sacramenti est aqua vera, & naturalis: nec refert frigida sit an calida. Forma autem est: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Non tamē negamus, quin & per illa verba, Baptizet talis seruus Christi in noīe patris & fi. & spiri. sancti, vel baptizat manibus meis talis, in noīe p. & fi. & spi. sancti, verum perficiatur baptisma, quoniā cū principalis causa, ex qua baptism⁹ virtutē habet sit sancta trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit exterius sacramentū, si exprimitur actus, qui per ipsum

exercetur ministrū cū sanctæ trinitatis inuocatione perficitur sacramētum. Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio cōpetit baptizare. In causa autem necessitatis, nō solū sacerdos vel diaconus, sed etiā laicus & mulier, imo etiā paganus & hæreticus baptizare potest, dummodo formā seruet ecclesiæ, & facere intendat quod facit ecclesia.

Minister baptismi.

Effectus baptismi.

Huius sacramēti effect⁹ est remissio omnis culpæ originalis, & actualis: omnis quoque pœnæ quæ pro ipsa culpa debetur, propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniūgenda est satisfactio, sed morientes antequā culpā aliquam committant, statim ad regnū cælorum & Dei visionem perueniunt.

De sacramento cōfirmationis.

Secūdum sacramentū est cōfirmatio, cuius materia est chrisma cōfectum ex oleo, quod nitorē significat cōscientiæ: & balsamo, quod odorē significat bonæ famæ, ꝑ episcopū benedicto. Forma autē est, Signo te signo crucis, & cōfirmo te chrismate salutis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ordinarius minister & episcopus. Et cū cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hæc nō nisi episcopus debet conferre, quia de solis apostolis legitur (quorum vicē tenēt episcopi) quòd per manus impositionem spiritum sanctum dabant. Loco autē illius manus impositionis datur in ecclesia confirmatio. Legitur tamē aliquādo per apostolicę sedis dis-

Minister sacramenti cōfirmationis episcopus.

Act. 6.

pensationem ex rationabili & vrgẽte admodum causa simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est apostolis in die Pẽtecostes, vt Christian⁹ audacter Christi cõfiteat nomẽ: Ideóq; in fronte vbi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat: & præcipue crucem eius quæ Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia, propter quod signo crucis signantur. *Effectus confirmationis.* *1. Cor. 1.*

De sacramento Eucharistiæ.

Tertium est eucharistiæ sacramentum, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationẽ aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniã iuxta testimonia sanctorum patrum creditur ipsum dominũ in vino aqua permisto hoc instituisse sacramentum. Deinde quia hoc conuenit dominicæ passionis repsentationi. Inquit enim beatus Alexander papa 5. à beato Petro, In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur panis & vinum aqua permistum offerri debet, quia vtrunque, id est sanguis & aqua ex latere Christi produxisse legitur. *Quare apponatur aqua in vino.* *De conse. dist. 2 In sacramentorum.*

Tertio etiam conuenit ad significandum

huius sacramenti effectum, qui est vnio po-
Apoc.17. puli Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat,&c.

Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris quibus hoc conficitur sacramẽtũ. Sacerdos enim in persona Christi loquẽs, hoc cõficit sacramentũ. Nã ipsorum verborũ virtute substantia panis in corpus Christi & substantia vini in sanguinem conuertuntur ita tamẽ quòd totus Christus cõtinetur sub specie panis,& totus sub specie vini sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ & vini consecrati, separatione facta totus est Christus.

Effectus eu charistiæ. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & mẽbris eius vnitur, sequitur ꝙ per hoc sacramentum in sumẽtibus digne gratia augeatur: omnémque effectum, quem materialis cibus & potus quo ad vitã agunt corporalem, hoc idẽ quo ad vitam spiritualem & hoc sacramentum operatur.

De sacramento pœnitentiæ. Quartum sacramentũ est pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio: ad quam pertinet, vt doleat de peccato cõmisso cũ proposito nõ peccãdi de cætero. Secunda est oris cõfessio ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur

in-

integraliter. Tertia est satisfactio pro pēnis secundū arbitrium sacerdotis: q̄ quidē præcipue fit per orationē, ieiuniū, & eleemosynā.

Forma huius sacramenti est: Ego te absoluo, &c.

Minister huius sacramenti est sacerdos, habens authoritatem absoluendi, vel ordinariā, vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio à peccatis.

De extrema vnctione.

Quintum sacramentum est extrema vnctio: cuius materia est oleum oliuæ per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui vnguendus est in oculis propter visum, in auribus propter auditū, in naribus propter odoratum, in ore propter gustū, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigētem. Forma huius sacramenti est hęc. Per istam sanctam vnctionem: & suam piissimam misericordiā indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum, &c. Et similiter in aliis membris. Effectus verò est mentis sanatio, inquantum autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento habetur Iacobi 5.

De sacramento ordinis.

Sextū sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cui⁹ traditionē cōfert ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cū vino, & patenæ cū pane porrectionem. Diaco-

natus verò p libri Euangeliorū dationē, subdiaconatus p calicis vacui cū patēa vacua superpositā traditionē. Et similiter de aliis per rerū ad ministeria sua pertinētiū assignationē. Forma sacerdotij talis est: Accipe potātē offerēdi sacrificiū in ecclesia p viuis & mortuis in noīe patris & filij & spiritu sancti, & sic de aliorum ordinū formis. Ordinarius minister huius sacramēti est ep̄s. Effectus, augmētum gratiæ, vt quis sit idoneus minister.

Effectus sacramenti ordinis.

Septimū est sacramentum matrimonij, qđ est signum coniunctionis Christi & ecclesię, secundum Apostolum. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus.

Tria sunt bona matrimonij.

Tria sunt bona matrimonij. Primū, proles suscipienda & educanda ad cultū Dei. Secundum, fides, quam vnus cōiugum alteri seruare debet. Tertiū, indiuisibilitas matrimonij propter hoc q̄ significat indiuisibilē coniunctionem Christi & ecclesiæ. Quamuis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium cōtrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Sexto, compendiosam illā fidei regulā per beatissimū Anastasiū editam ipsis præbemus, videlicet: Quicunque vult saluus esse, &c.

Septimo, decernimus vnū atq; eundē Deū veteris ac noui testamēti, hoc est legis & prophe-

phetarum atque euãgelij profitemur authorem quoniam eodẽ ſpiritu inſpirãte, vtriuſque teſtamenti ſancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit & veneratur eccleſia, qui titulis ſequentibus continentur.

Quinque Moyſi, id eſt, Gene. Exo. Leuit. Nu. Deut. Ioſue, Iudic, Ruth: Quatuor Regũ, duo Paralipom. Eſdras, Neemias, Tobias, Iudith, Eſther, Pſal. Dauid, Parabolæ, Eccleſiaſt. Cantica canticorum, Sapien. Eccleſiaſticus, Eſaias, Hier. Baruch, Ezech. Dan. Duodecim prophetæ minores. id eſt Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus. Zacharias, Malachias, Duo Machabæorum. Quatuor euangelia Matthæi, Marci. Lucæ. Ioannis: Quatuordecim epiſtolæ Pauli ad Rom. duæ ad Corinth. ad Galat. ad Ephe. ad Philippen. Duæ ad Theſſal. ad Coloſſ. Duæ ad Timoth. ad Titum. ad Philemonem, ad Hebræos. Petri duæ. Ioannis tres, vna Iacobi, vna Iudæ. Acto apoſtolo. & Apoc. Ioan. Propterea anathematizamus Manichæorum inſaniam, qui duo principia poſuerunt, vnum viſibilium, aliud inuiſibilium, & alium noui teſtamenti Deum, alium veteris eſſe dixerunt.

Octauo tradimus ꝙ in conſecratione corporis Chriſti hac vterẽ forma eccleſia Romana: Hoc eſt enim corpus meũ, ſanguinis veterò, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, nou

& æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Panis verò triticeus in quo sacramentum conficitur, an eo die an antea decoctus sit, nihil omnino refert, dūmodo panis substantia maneat.

Rom. 7. Licite quis si impedimentum non obstet sæpe ac sæpius cōtrahere potest. Sicut virginitas viduitati, ita casta viduitas nuptiis præfertur.

Decimo, qm̄ asseritur nonnullos quartas nuptias tanquam condemnatas respuere, ne peccatum vbi non est, esse putetur, cum secūdum Apostolum, mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta, & nubendi cui vult in domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, secunde vel tertio, declaramus nō solum secundas ac tertias, sed & quartas atq; vlteriores si aliquod canonicum impedimētum non obstet, licite contrahi posse. Commendatiores tamen dicimus, si vlterius à cōiugio abstinentes in castitate permanserint. quia sicut virginitatem viduitati, ita nuptiis castam viduitatem laude ac merito præferendam esse censemus.

His omnibus explicatis prædicti Armeniorum oratores nomine suo & sui patriarchæ & & omnium Armeniorum hæc saluberrima synodalia decreta cum omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, nec non quicquid tenet & docet sancta sedes apostolica & Romana ecclesia, cum omni deuotione & obedientia suscipiunt & amplectuntur.

Explicit concilium Florentinum.

Nicolaus

Nicolaus 5. papa 216. Hic cum ſe indignum tanto magiſtratu arbitraretur, ſupplex rogauit cardinales, vt maturius eccleſiæ conſulerent: & tandem inuitus aſſumpſit ſacerdotiũ. Quo per octo annos adminiſtrato, moritur Friderico 3. Germano Cæſare 37. *an. d. 1447. Nicol. 5. pont. 216.*

His temporibus anno 1453. die Maij 29. poſt diutinam obſidionem, grauiſſima tandẽ oppugnatione potitus eſt Mahometes Turcarũ Imperator vrbe Conſtantinopoli: in eáque tantam crudelitatem exercuit, vt nulla id queat oratione explicari.

Caliſtus 3. papa 217. Hic beatum Vincentium ordinis prædicatorum in ſanctos retulit. Sedit annos tres ſub eodem Cæſare. *Caliſtus pont. 217.*

Viſum eſt neceſſarium hoc loco ſummam duarum extrauagantium Martini quinti, & Caliſti tertij ſubiicere & explicare cõditiones quibus olim prædicti pontifices permiſerunt eiuſmodi contractus, quibus emuntur annui cenſus cum pacto retrouendendi, &c. Quoniam videmus nunc intolerabiles abuſus exerceri hoc colore, & paſſim celebrari prædictos contractus vix vna aut altera conditione ſeruata, & hoc falſo titulo emptionis multi prætexunt ſuas vſuras. Decretum Martini 5. idem eſt & Caliſti tertij. *Author.*

Martinus eps, &c. & Caliſtus eps, &c. Peritio dilectorum filiorũ nobis exhibita cõtinebat q à tanto tpe cuius contrarij memoria hominũ non exiſtit, quædã cõſuetudo rationa-

bilis obseruata per scripta ac moribus vtentiũ approbata ad cõmunem vtilitatẽ hominũ introducta fuisset, ꝑ quibus princeps, miles, siue oppidanus partiũ earũdẽ cũ hoc expedire videbatur personæ ecclesiasticæ, aut seculari, collegio aut vniuersitati super bonis suis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, & hæreditatibus vendere consueuit, & vendidit annuos census vnius vel pluriũ marcarum & pro qualibet marca annui census decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut plus vel minus secũdũ tẽporis qualitatẽ (ꝑut ipsi contrahẽtes tũc inter se cõuenerant) ipsi vẽditori tunc integraliter in pecunia numerata solui cõsueuerãt, bonis in ipso contractu tunc expressis, ꝑ ipsius census annui solutione in perpetuũ obligatis. Et semꝑ in ipsis cõtractibus expresse ipsis vẽditoribus data fuit facultas atque gratia ꝙ ipsum annuũ censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum quã ab ipsis tẽporibꝰ receperãt, quãdocunque vellẽt libere absque alicuius requisitione, cõtradictione, vel assensu possẽt extinguere & redimere, ac se ab ipsius cẽsus solutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam per emptores arctari aut astringi valerent, etiã ipsis possessionibus & bonis obligatis penitus interẽptis, seu distructis. Sed iidẽ ementes, etiã si bona, domus, terrę, agri, pos-

ses-

sessiones & hærsditates huiusmodi processu tẽporis ad omnimode destructionis siue desolationis reducerentur opprobriũ, pecuniã ipsam etiam agendo petere nõ valerẽt. Apud aliquos tñ an huiusmodi cõtractus emptionis & vẽditionis liciti existãt, hæsitatur. Quare pro parte eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, vt an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debeant, declarare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur cõperim⁹ cõtractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorũ licitos fore, & iuri cõi conformes, ideo ipsorũ cẽsuũ vẽditores ad illorũ solutionẽ obligati authoritate apostolica tenore præsentiũ ex certa sciẽtia declaramus, nõ obstãtib⁹, &c.

Conditiones quibus annui census licite emi possunt & vendi.

Prima cõditio, Oportet ꝙ vẽdens designet & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius emat, puta domum, aut agros, &c. Et rei vel rerũ designatarum tñ debet fieri emptio & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionem prædicti census, & non alia vendentis bona, quia si vniuersa alia bona cũ persona vendente obligãtur (vt fit apud nos) iam destruitur emptio & venditio, & est oppigneratio, & fit contractus vsurarius.

Secunda conditio, quòd iusto & competenti pretio ematur annuus census, & quo tem-

pore celebratur contractus integraliter numeretur pecunia.

Tertia, quòd in eodem contractu expresse vẽditori detur facultas, quòd ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadẽ summa denariorum quam ab emptore recepit, quãdocunque velit, libere absque alicuius requisitione, aut contradictione possit extinguere vel redimere, & se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare.

Quarta, ꝙ ad redimendum annuũ cẽsum vẽditor inuitus nullo modo obligari possit, sed liberũ sit illi vel soluere cẽsũ, vel redimere in toto vel ĩ parte eadẽ numerata pecunia.

Quinta, quòd si contingat aliquando bona ipsa, domus, agros, aut possessiones alias, quæ obligata sunt ad solutionem census, & quorũ facta est emptio processu temporis omnino destrui, & penitus interire, ementes pecuniã ipsam quam dederunt pro prædictis bonis, repetere amplius nequaquam valebunt quoniam ementis periculo debet perire res empta: alioquin non fuit vera emptio & venditio, sed contractus vsurarius.

Sexta, non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res & fructuosa: & annuus census, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere valorẽ fructuũ quos ex re ipsa percipere solet aut potest dominus rei. Si enim plus est in annuo censu q̃ in fru-

in fructibus rei venditæ iam destruitur emptio,& palliatur vsura, & emens accipit rem ipsam in pignus suæ pecuniæ.

Seruatis prædictis conditionibus vtcumq; tolerandos iudico tales contractus:aliqua earum omissa, nullaratione puto tolerandos. Pius 2.pa.218.CatherinãSenensem inter sanctas retulit,sedit annos sex, Frideric.Cæsar. *an. d.1458. Pius pont. 218.*

Paulus 2.pap.219.sub eodẽ Cæsare. Sacerdotio illaudabiliter procurato,6.anno,mẽse 10.sue assumptionis,solus in cubiculo nemine vidente, secta hora noctis apoplexia moritur. Suo tempore oĩa officia Romæ venalia erãt,& ferè semper beneficia & episcopatus his committebat, qui officium aliquod venale haberent,vnde elici munus posset. *Paulus 2. pont.219.*

Sixtus 4.pa.220.Friderico Cæsare.Hic Bonauenturã theologum albo sanctorũ inscribi iussit.Moritᷣ assumptionis suæ anno 13. Sub hoc pontifice & eius speciali cõmissione anno domi.1479. facta est congregatio per reuerend.in Christo patrem Alfonsum Carillũ archiepiscopũ Toletanum Cõpluti multorũ doctorum theologię,& vtriusque iuris super libello confessionis edito per petrum Oxomensem sacræ theologiæ professorẽ,in vniuersitate Salmantina Hispaniæ. Accepit autẽ prædictus archiepiscopus Toletanus authoritatẽ declarandi ac definiendi omnes propositiones & conclusiones falsas, erroneas *Sixtus 4. pont.220.*

hæreticas, aut malè sonantes quæ in præfato libello continerentur.

Conclusiones autem productæ ex libello dicti magistri Oxomen discussæ & disputatæ, tandémque damnatæ sunt quæ sequuntur.

Prima conclusio, Peccata mortalia quantum ad culpam & pœnam alterius seculi delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claues.

Secunda conclusio, quòd confessio de peccatis in specie fuerit ex aliquo statuto vniuersalis ecclesiæ, non de iure diuino.

Tertia conclusio, quòd prauæ cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delenter sine ordine ad claues.

Quarta conclusio, quòd confessio debet esse secreta, id est de peccatis secretis, non de manifestis.

Quinta, quòd non sunt absoluendi pœnitẽtes nisi peracta prius pœnitẽtia eis iniuncta.

Sexta, quòd papa non potest indulgere alicui viuo pœnam purgatorij.

Septima, q̃ ecclesia vrbis Romę errare põt.

Octaua, quòd papa non potest dispensare in statutis vniuersalis ecclesiæ.

Nona conclusio, quòd sacramentum pœnitentiæ quãtum ad collationem gratiæ sacramentum naturæ est, non alicuius institutionis veteris vel noui testamenti.

Quibus conclusionibus sit propositis, ac per plures

plures dies ſigillatim diſputatis, recepto tandem ab eiſdem doctoribus ſolenni iuramẽto tactis ſacroſanctis euangeliis, & ſentẽtiã excommunicationis in eos, & in eorum quemlibet primit⁹ prolata ꝙ in prædictis quæſtionibus dicerent veritaté ſecundũ ſuam ſentẽtiam & conſcientiã, votíſq: eorũ coram notario & teſtib⁹ ſingillatim in ſcriptũ redactis. 24. Maij, præfatus Reuerend. dominus ſedẽs pro tribunali, ſententiã protulit, qua concluſiones prędictas tanquam hæreticas, erroneas ac ſcandaloſas, & malè ſonãtes, apoſtolica & primitiali authoritate damnauit, ac damnãdas decreuit: librúmque illum comburẽdum iudicauit, quem ilico promotor fiſcalis curiæ tradidit ſeculari.

Adiuratio dicti magiſtri Petri Oxomenſis in forma canonum.

Quoniam ego magiſter Petrus Oxomẽſis compoſuerã librum confeſſionis, continẽtẽ nonnullas propoſitiones, quas tunc credebã veras, & determinationis sãctæ matris eccleſiæ & communi opinioni doctorũ conſonãs, ſed quia primũ ex libro illo orta ſunt maxima ſcandala in ordibus fidelium, maximè in partibus horum regnorũ, adeo quòd reuerẽdiſſimus in dño pater ac dominus archiepiſcopus Toletanus authoritate apoſtolica (accerſitis quã plurimis magiſtris & ſacræ theologiæ doctoribus, & aliis viris eruditiſſimis)

maturo concilio ac deliberatione pronũciauit & declarauit dictum librum continere nõnullas propositiones falsas, hæreticas, scãdalosas, male sonantes & erroneas, & ideo cõburendum, prout in sententia latius continetur. Quapropter ego præfatus magister desiderans salutem animæ meæ, ac propriũ recognoscens errorem & culpam, dico & confiteor me grauiter errasse in compositione dicti libelli, vtpote continentis propositiones falsas, erroneas, scandalosas, hæreticas, & malè sonantes. Quas vt tales confiteor & declaro: summittóque me determinantioni sanctæ matris ecclesiæ, & determinationi & sententiæ præfatæ & prolatæ per dictum reuerend. dominum, cui ego exnunc & specialiter & expresse assentior. Et cognoscens veram fidem, anathematizo omnem hæresim, maximè eam de qua hactenus fum infamatus, & consentio sanctæ matri ecclesiæ Romanæ & sedi apostolicæ, & ore ac corde cõfiteor sacramenta ecclesiæ, & illam fidem tenere, quam dominus Sixtus papa modernus authoritate apostolica & euangelica tenet: & per hæc sancta Dei euangelia omnes qui contra hanc fidem venerint, cum suis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio. Celebrata est ea cõgregatio per quĩquaginta duos viros doctos magistros in theologia, vel iure canonico, præsidente præfato reuerendissi-

rendissimo. Acceſſit ad hæc ſpecialis confirmatio eorum, quæ acta ſunt in prædicta cõgregatione per Sixtum Papã quartum. Exẽplar autem bullæ, qua confirmantur prædicta habetur in bibliotheca eccleſiæ Toletanæ, & extat alterum exemplar in monaſterio ſancti Vincentij inſtituti beati Dominici in vrbe Placentina. Quam confirmationem ego legi, & vidi in legitimo exemplari, ſed ne plus iuſto creſceret volumen huius ſummæ, hic nolui illam ſubiicere. *Confirmatio præcedentis ſententiæ.*

Innocentius 8. Papa 221. Friderico Cæſare. Sedit annos ſeptem. *Innoc. 8. pont. 221.*

Alexander 6. Papa 222. patria Hiſpanus ex gente Borgia originem duxit. Sedit annos 11. Electus imperante eodem Friderico. *Alexand. 6. pontif. 222.*

Pius 3. Papa 223. Sedit dies 30. Maximiliano Cæſare 38. *Pius 3. põt. 223.*

Iulius ſecundus, pãpa 224. moritur bellica gloria clarus, pontificatus ſui anno decimo, dum celebratur concilium Lateranenſe. Maximiliano Cæſare. *Iul 2. pont. 224.*

Leo 10. papa 225. Cæſare Maximiliano. Moritur põtificatus ſui anno 9. Sub hoc pontifice celebratum eſt concilium Lateranenſe. *Leo. 10. pont. 225.*

CONCILIVM LATERANENſe ſub Iulio 2. & Leone 10.

Iulius 2. nuper electꝰ iurauit ſe celebraturũ cõcilium generale pro reformatione eccleſiæ, & pace inter principes chriſtianos com-

ponenda. Requisitus autē post, vt prædictum iuramentum seruaret, & iuxta cōstitutionem cōcilij Constantien. expleto decēnio à proximo concilio celebrato nouū celebraret, ille tamē differebat. Tandem instantibus aliquibus prælatis ecclesiæ; & vrgentibus celebrationem concilij, & pontifice vel non valente, vel non volente, Bernardinus de Caruaial, Hispanus, & Federicus de sancto Seuerino ecclesiæ Romanæ Cardinales, eum quibusdam aliis cardinalibus venerunt Pisas, deinde Mediolanum: & contra voluntatem & authoritatem Rom. pontificis vocauerunt episcopos & Christianos principes ad generale concilium in prædictis locis indictum. Contra hoc conciliabulum indixit Iulius pontifex generale concilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

Sessio 1. 10. die mensis Maij, anni 1512.

Pontifex exhortatur synodum ad ecclesiæ reformationem, & schismatis extinctionem, pacem inter Christianos principes componendam, & expeditionem contra infideles conficiendam. Mox annotantur per pontificem causæ non celebrati cōcilij, cum toties antè fuisset promissum, nec tamen vsque ad illum diem fuerat inchoatum. Præcipua autem fuit conflictus apud Rauennam ciuitatem Romandiolæ, habitus inter exercitum ipsius Iulij pontificis, & regis Hispaniæ Ferdinandi

dinandi cognomēto catholici, & exercitum Ludouici regis Francorum,& aliorum adhęrentium conciliabulo Pisano. In quo conflictu fuerunt interfecta multa millia hominum. Et absoluta est actio prima.

Sessio 2. 17. mensis Maij eiusdem anni.

Legitur bulla in qua Pisanum conciliabulū dānatur,& omnia in eo gesta annullantur & irritantur Lateranense quoque cōcilium legitime & spiritu sancto esse congregatū definit. Excipiūtur suffragia omniū præsentiū.

Sessio tertia. 3. Decemb. eiusdem anni.

Tantum legitur bulla, in qua iterū reprobantur omnia & singula per cardinales schismaticos acta tam in Transalpinis quam Cisalpinis locis. Reuocantur quoque concessa priuilegia, siue gratiæ per sedem apostolicam in eisdem locis.

Sessio 4. 10. Decemb. eiusdem anni pontificatus Iulij papæ anno 10. præsidente eodem.

Legitur bulla; in qua pragmatica sanctio, & gesta per conciliabulum Pisanum super eadem annullantur. *Sessio. 5.*

Præsidente episcopo Hostiense Cardinali propter ægritudinem Iulij pontificis 16. Februarij anni 1513.

Legitur bulla innouationis & cōfirmationis cōtra simoniacā prauitatem in electione pōtificis non cōmittendam. In qua sacro approbante cōcilio statuitur, q̄ electio R.o.pō-

tificis per simoniam facta eo ipso nulla existat, & sic electo nulla in spiritualibus vel temporalibus tribuatur facultas. Et cardinales qui simoniace aliquem elegerint, à suis ordinibus, dignitatibus & beneficiis sint absque alia declaratione priuati. Mediatores etiam tam clerici quàm laici cuiuscunque dignitatis sint, priuãtur omnibus beneficiis, honoribus, & bonis eo ipso, & ad similia fiunt inhabiles,&c.

Prædicta constitutio placuit vniuersis episcopis & patribus, exceptis quinque episcopis.

Quatriduo post hãc sessionẽ 25. Februarij, anni 1513. Iulius secundus papa obiit Romæ apud sanctum Petrum in palatio põtificum.

Feria sexta 11. Martij eiusdẽ anni eligitur canonice episcopus Romanus & papa vniuersalis ecclesiæ Cardinalis de Medicis, nuncupatúrque Leo decimus.

Sessio 6. 27. Aprilis prædicti anni.

Fit electio 24. prælatorum, qui adsint cum cardinalibus in his quæ pertractãda sunt coram pontifice. Et distributi sunt per classes, vna classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter principes,& extirpandum schisma. Alia ad tractandum quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia verò ad ea quæ pertinerent ad fidem & pragmaticam sanctionem.

Septima

Septima sessio. feria 6. 17. Iun. 1513. præsidente Leone. 10.

Leguntur literæ subscriptę per Bernardinũ Carauaiali & Federicum de S. Seuerino olim cardinales, super materia abiurationis chismatis & vnionis ecclesiæ, & confessionis erroris ipsorum, & veniæ petitionis propter suscitatum ab illis schisma, &c. Qui post paucos dies in palatio apostolico pristinæ dignitati sunt restituti in consistorio secreto post solemnem abiurationem schismatis, venientes ad palatium tanquam priuati clerici, & ante pedes papæ abiurato schismate alta & intelligibili voce.

Sessio 8. 19. Decemb. anni 1513. præsidente Leone 10.

Legitur schedula super fide animæ humanæ sub hac forma.

Quòd anima hominis vnica sit, ipsáque immortalis definitur.

Cum diebus nostris nõnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, ꝙ mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus: & aliqui temere philosophãtes, secundũ saltẽ philosophiam, verum esse asseuerant, Sacro approbante cõcilio dãnamus & reprobamus omnes asserentes animã intellectiuã mortalem esse, aut vnicã in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes: cum illa nõ solum verè & per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in can. Clemẽtis papæ 5. in generali Viẽnensi concilio edito cõtine-

tur, Verũ & immortalis & pro corporũ quibus infundit multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata & multiplicanda sit. Quod manifestè constat ex euãgelio, cum Dominꝰ ait, Animã aũt occidere nõ possunt. Et alibi, Qui odit animã suã in hoc mundo, &c. Et etiã cũ æternã pœnã & æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit: aliàs incarnatio & alia Christi mysteria nobis minimè profuissẽt: nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent, iuxta Paulum, omnibus hominibus.

Fides non contrariatur vero.

Cúmq; verũ verò minime contradicat, omnem assertionẽ veritati illuminatæ fidei cõtrariam, omnino falsam esse definimus, & vt aliter dogmatizare nõ liceat, districtiꝰ inhibemus, omnésq; huiusmodi erroneis assertionibus inhærentes, tanquam hæreticos vitandos & puniendos fore decernimus.

Præcipitur præceptoribus philosophiæ vt discipulis suis ostendãt & declarent veritatem religionis christianæ.

Insuper omnibus & singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publicè legentibus districte præcipimus, vt cum philosophorum principia aut conclusiones in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explicauerint, quale hoc de immortalitate animæ, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo, pro posse

doce

docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumẽta, cũ omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resoluere.

Statuimus insuper ne quis de cætero in sacris ordinibus constitutus, in studiis generalibus, vel aliàs publice audiẽdo, philosophiæ aut poëſis studiis vltra quinquennium, post grammaticam & dialecticã, sine aliquo studio theologiæ, aut iuris pontificij, incumbat. Verũ exacto dicto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum theologiæ, aut sacris canonibus operã nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionibus sacerdotes domini inueniant, vnde infectas philosophiæ & poëſis radices purgare & sanare valeant. *Prohibetur constitutis in sacris ordinibus incumbere poeſis studiis.*

Hos canones per ordinarios locorum & rectores in vniuersitatibus singulis annis in principio studij in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus.

Sessio 9. 5. *Maij*, 1514. *præsidente Leone papa.*

Legitur in hac sessione publice bulla reformationis curiæ Roma. in qua sequentes canones subiiciuntur.

Decernimus vt seruetur quod Innoc. papa 3. in Lateranensi concil. decreuit de ætate & grauitate morum, & literarum scientia in personis promouendis in episcopos

& abbates diligenter inquirenda.

Can.2.Ne episco.aut abbas amoueantur non præmissa defensionis copia.

Canon 1. De elect.cũ in cunctis. Statuimus vt nullus episcopus aut abbas, quouis instante aut requiente, nisi sibi copia & facultas legitimæ defensionis permittatur, etiam si crimina fuerint notoria, diligenterq; partibus auditis, causa plenarie probata fuerit, priuari valeat. Néve aliquis prælatus inuitus, nisi aliis iustis efficacibúsque rationibus & causis transferatur, iuxta formam ac decretum Constantiensis concilij.

Can.3.Ne monasteria alicui commendentur.

Et quoniam ex commendis monasteriorum monasteria ipsa tam in spiritualibus quam in temporalibus grauiter læduntur, quippe quorum ædificia partim commendatariorum negligentia, partim auaritia vel incuria collabuntur, & in dies diuinus cultus in eis magis diminuitur, volumus & sancimus, vt cum illa per obitum abbatum, qui illis præerant, vacauerint nullo modo cuiquam possint commendari, sed de persona idonea, iuxta præscriptam constitutionem, eis ita prouideatur, vt illis idonei abbates, prout decet, præfuturi sint.

Can.4.

Vniones perpetuæ, præterquam in casibus à iure permissis, vel sine rationabili causa, nequaquam fiant.

Can.

Can.5. Ne plura incompatibilia quis habeat.

Dispensationes autem ad plura incompatibilia vltra duo, nisi qualificatis iuxta formam iuris communis non concedantur nisi ex magna & vrgente causa.

Can.6. Vt cardinales assistant Romano pontifici.

Cum cardinalium officium in primis versetur in frequenti Romani pontificis assistentia,& sedis apostolicæ negotiis: Statuimus vt omnes cardinales in Romana curia resideãt, & qui sunt absentes, si in Italia,intra sex mẽses,si extra Italiam, infra annum à die publicationis præsentis constitutionis reuertantur. Alioquin fructus beneficiorum,& omnium officiorum emolumenta amittant.

Can.7. De officio præceptorum puerorum.

Statuimus vt magistri scholarum & præceptores pueros suos siue adolescentes, nedũ in Grammatica & Rhetorica, ac cæteris huiusmodi instruere debeant, verumetiam docere teneantur ea quæ ad religionem pertinent,vt sunt Præcepta diuina, Articuli fidei, Sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ. Diebúsque festiuis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus. Eósque in illis instruere,hortari & cogere inquantum possint, teneantur, nedum ad Missas, sed etiam ad vesperas, diuináque officia audienda ad ec-

ecclesias accedant. Similiter ad sermones audiendos impellant. Nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere permittant.

C.8. De innouatione cõstitutionũ cõtra simoniacos.

Vt nefariæ simoniæ labes ac pestis non solum à Romana curia, sed ex omni etiã Christiana ditione in perpetuum deiiciatur, constitutiones per antecessores nostros etiam in sacris conciliis editas contra huiusmodi simoniacos, innouamus: eásque inuiolabiliter obseruari præcipimus.

Can.9. Vt priuetur beneficio, qui canonicas non recitauerit horas.

Statuimus, & ordinamus, vt quilibet habẽs beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinũ officiũ non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat, pro rata omissionis officij, & tẽporis: sed eos tãquã iniuste perceptos, in fabricas huiusmodi beneficiorũ, vel pauperũ eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictũ tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione p̃cedẽte, beneficio ipso priuetur, cum propter officiũ detur beneficiũ, Intelligitur autem officium omittere quo ad hoc vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltẽ nõ dixerit.

Qui officium non dixerit, beneficiorum fructus suos non facit.

Reliquos canones quia nõ necessarios iudica-

dicauimus, huc minime transcripsimus.

Sessio decima, quarta Maij, 1515. præsidente Leone papa 10.

In hac sessione edita est decretalis sup confirmatione Montis Pietatis, sub hac forma.

Cum inter nonnullos controuersiã quandam non sine populorum scandalo olim exortam esse comperiamus circa pauperum releuationem in mutuis eis publica authoritate faciẽdis, qui Montes pietatis vulgo appellantur, quique à nonnullis prædecessoribus nostris probati & confirmati sunt: nõnullis etiã magistris & doctoribus dicẽtibus eos mõtes nõ esse licitos, in quibus aliquid vltra sortẽ per ministros huius mõtis ab ipsis pauperibus quibus mutuum datur, exigitur: Nos super hoc opportune prouidere volentes sacro approbante concilio declaramus, & decernimus, Montes Pietatis antedictos per respub. institutos, & authoritate sedis apostolicæ hactenus probatos, in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impẽsas, & aliarum rerum ad illarum conseruationem (vt præferuntur) pertinentiũ, pro eorũ indemnitate duntaxat, vltra sortem absq; lucro eorundẽ Montium recipitur: nec speciem mali proferre, nec peccandi incentiuum præstare, nec vllo pacto improbari: quinimo meritorium esse ac laudari & probari debere tale mutuum

& minime vsurarium putari, licitéque eorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis à sede apostolica eam ob causam concessis : & deinceps alios similes Montes cum apostolicæ sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multóque sanctius fore, si omnino tales Mõtes gratuite constituerentur , hoc est si illos erigentes, aliquos sensus assignarent, quibus, si non omni , saltem vel media ex parte huiusmodi Montium ministrorum soluantur impensæ : vt ad leuiorem æris soluendi portionẽ medio hoc pauperes grauari cõtingat.

Omnes autem religiosos & ecclesiasticas ac seculares personas qui cõtra præsentis declarationis & sanctionis formã de cætero p̃dicare , seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excõmunicationis latæ sentẽtiæ pœnam incurrere volumus, non obstãtibus, &c.

In eadem sessione edita est decretalis super impressione librorum, sub hac forma.

Sacro approbante concilio statuimus & ordinamus , quòd de cætero nullus librum aliquem siue aliam quamcunque scripturam tam in vrbe nostra quàm in aliis ciuitatibus & diœcesibus imprimere seu imprimi facere præsumat , nisi prius in vrbe per vicarium nostrum & sacri palatij magistrum ; in aliis verò diœcesibus per episcopum vel alium ab episcopo ad id deputandum & inquisitorem

hæreti-

hæreticæ prauitatis illius diœcesis in quibus librorum impressio eiusmodi fieret, diligenter examinetur, & per horum manu propria subscriptionē gratis & sine dilatione imponendam approbetur. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum amissionem, & illorum publicam combustionem, excommunicationis sententia innodatus existat.

In eadem cessione statuitur, vt contra exemptos diœcesani & alij locorum ordinarij procedere possint, quando ab illis quibus per apostolicam sedem mādata est illorum correctio, non corrigantur.

Ibidem definitur vt singulæ causæ quomōlibet ecclesiasticum forum concernentes, in prima instantia extra Romanam curiam coram ordinariis locorum terminentur: & nulli ante definitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio admittatur nisi ab interlocutoria.

Sessio vndecima 19. Decembris 1516. præsidente Leone 10.

In hac cessione edita est decretalis super modo prędicādi verbum Dei, in qua post alia multa subiicitur: Sacro approbante concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus secularis, q̄ cuiuscūq; etiam mendicantiū ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi tā de iure quàm de cōsuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad

huiusmodi officiũ exercendũ admittatur, nisi prius per superioré suum diligẽter examinatus (in qua re conscientiã ipsius superioris oneramus) ac morũ honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplo ad illud aptus & idoneus reperiatur. Et hic quocunq; postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas, seu aliàs sui examinatoris approbatoríque episcopis & aliis locorũ ordinariis fidem legitime faciat. Mandamúsque omnibus qui hoc onus sustinent, quiq; in futurum sustinebunt, vt euãgelicam veritatẽ & sanctam scripturã iuxta declarationem & interpretationem doctorũ quos ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legẽdósq; hactenus recepit, & in posterũ recipiet, prædicent & explanẽt, nec quicquã eis ex proprio sensu contrarium vel dissonũ adiiciant: sed illis semper insistãt quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis ritè ac sanè ex præfatorum doctorũ interpretationibus intellectis non discordat. Tẽpus quoque præfixum futurorum malorũ, vel Antichristi aduentũ, aut certũ diem iudicij prædicare vel asserere nequaquã præsumant, cum veritas dicat non esse nostrũ nosse tẽpora vel momenta. Cæterũ si quibusdam eorũ dominus futura quædã in Dei ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus inquit

Quæ sint prohibita prædicatoribus prædicare.

Act. 1.

Amos 3.

inquit, Prophetiã nolite ſpernere, &c. hos a-
liorũ fabuloſorũ & mẽdaciũ gregi cõnume- 1. Theſſ. 5.
rari, vel aliter impediri minime volumus.

Et quoniã res magni momenti eſt, eò quòd non de facili credẽdum ſit omni ſpiritui, ſed ſint probandi ſpiritus an ex Deo proueniant, volumus vt lege ordinaria tales aſſertę inſpirationes antequam publicentur aut populo prædicentur, exnunc apoſtolicę ſedis examini reſeruatæ intelligantur. Quòd ſi ſine moræ periculo id fieri non valeret aut vrgens neceſſitas aliud ſuaderet, tunc eodem ordine ſeruato ordinario loci notificetur, vt ille adhibitis ſecũ tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, ſuper quo eorum conſcientias oneramus licentiam concedere poſſint. Si qui autem cõtra præmiſſorum aliquid committere quicquam auſi fuerint, excommunicationis ſententiam incurrant, à qua non niſi à Ro. pont. abſoluantur.

Et vt horum exẽplo alij attentare ſimilia minime audeãt, eis p̃dicationis officiũ interdictum eſſe perpetuo decernimus, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, &c.

In eadẽ ſeſſiõe edita eſt decretalis, q̃ diſponebat circa religioſos, & eorum priuilegia.

Seſſio duodecima, 16. Martij 1517. præſidente Leone papa 10.

In hac sessione prolata est decretalis cum censura excommunicationis maioris contra inuadentes domos Cardinalium in noua electione Rom. pontif.

Hac sessione absolutum est concilium: & cõfirmatum, & probata vniuersa & singula quę definita sunt in concilio per Leonẽ decimũ.

Ambiguum tñ est an censuræ latæ in hoc cõcilio sint vsu receptæ, vt annotatur à Cardinali Caietano in sua summa verbo excõmunicatio, & à me etiã ambigitur, pleræq; earũ vsu non obseruantur, quo solo poterant abrogari. Explicit concilium Lateranense.

Martin. Luther.

Temporibus Leonis decimi susciratus est nouus Hæresiarches in Germania Martinus Luther, qui primùm contra indulgentias põtificis & prædicauit & scripsit. Deinde contra primatum ecclesiæ Rom. mox cõtra cœlibatum, & cæteros ritus veteris ecclesiæ. Nec quieuit donec Germaniam repleuit nouitatibus & hæresibus. Hunc nanque morem habent hæretici, quoties vno verbo pietatẽ cõtempserint, & à veritatis via aberrauerint, in multos & varios errores labi. Vniformis enim res veritas, mendacium autẽ in varia distrahitur. Post hunc ibidẽ anno 1525. concionator ecclesiasticus Thomas, Monetarius dictus palã docuit restauraturum se collapsum ecclesiæ statum. Gloriabatúrque priuatim sibi reuelationes à Deo fieri, & ad euertendam

Thomas Monetarius.

dam tyrannidem impiorum gladium Gedeonis sibi commissum esse. Eduxit turmatim cohortes vulgi: iussitque nobilium domos diripi, & monasteriorum bona compilari. Hic primus author fuit phanatici illius erroris Anabaptistarum, qui etiam nunc passim turbas excitant in Germania.

Eodem anno 1525. Ioannes Oecolampadius Basileæ, & Zuinglius primum omnium scriptis libellis damnatum Berengarij errorem renouauerunt, in participatione mensæ Dominicæ non distribui verum corpus & sanguinem Christi: tamersi anno superiori idem hoc odiosum argumentum insanus homo Andreas Carolostadius iam antea proposuerat. *Ioannes Oecolampadius. Zuinglius errorem Berengarij renouauit.*

Et quoniam secta parit sectam, tota Germania diuexatur à multitudine sectarum & hæresum.

Adrianus 6. papa 226. vir eo magistratu dignus electus sub Carolo 5. Germano Cæsare 39. sedit annos circiter duos. *Adrian. 6. pont. 226.*

Clemens 7. pap. 227. Sedit annos 10. menses totidem, sub eodem Cæsare. *Clem. 7. pont. 227.*

Paulus 3 pap. 228. sub eodē Cæsare electus. *Paul. 3. pont. 228.*

Hic ad extinguendas hæreses suscitatas per Martinum Lutherum in Germ. concil. generale iamdiu multúmq; desideratum ab vniuersis fidelibus indixit. Et primo Mantuam locum aptum assignauit. Deinde aliquibus

de cauſis Vicentiam: tertio Tridentum: Nec tunc quicquam factū eſt. Quarto rurſus Tridentum deſignauit locum anno 1545. & aſpirante Chriſto inchoatum eſt tertia decima Decembris eiuſdem anni, legatis & apoſtolicæ ſedis vicariis, præſidentibus, Ioanne Mario Cardinale epiſcopo Prænestino, & Marcello preſbytero Cardinale ſanctę Crucis, & Reginaldo Polo Anglo diacono Cardinale. Verùm ea res quid tandem exitus habitura ſit, Deus nouit. Faxit Chriſtus quàm feliciter & ex voto vniuerſorum fidelium inchoatum eſt, tam feliciter abſoluatur.

Fuerunt & alia multa celebrata concilia, quæ non potuimus videre, vel quia non extant integra exemplaria, vel quia ad manus noſtras nondum venerunt. Horum eſt vnum concilium Viennenſe ſub Clemente 5. celebratum, cuius integra exemplaria non licuit videre. Alterum eſt Lugdunem ſub Gregorio decimo, quæ ambo fuerunt generalia.

Fuerunt & alia partim ſacra, partim prophana, vt apud Aluerniam celebratum eſt prouinciale concilium, cuius meminit Gratia. 6. q. 2. quod autem ibidem meminit concil. Varenſis. c. Si tantum. Item & apud Alpheſum, de quo Gratia. 21. q. 1. illud verò. Item concilium apud Hermeriam, de quo Gratian. deſumpſit in multis locis decreta. Item concilium celebratum apud

Fauen-

Fauentiam. Item aliud apud Alteum. Item aliud concilium Hipponense. Item concilium Genense. Item concilium Matiense? Item concilium Manetense. Item concilium Vrbanense. Ex quibus singulis desumpsit decreta Gratianus. Horum tamen exemplaria non feruntur. *Concilium in Sirmio.*

Sub Iulio papa primo, partim sacrũ, partim sacrilegum in Sirmio celebratum est concilium, præcepto Cõstantini imperatoris: in quo episcopi Orientales Arriani dãnauerũt Photiũ, & catholici de fide sua propositiones ediderunt, quas habes suprà: ad quem conuẽtum inuitus venit Osius episcopus Hispanus. Sed cum eis consentire respueret, tormenta longæuus, plagásque perpessus est. Vnde etiã necessitate vehementi definitionibus tunc æditis consensit aut subscripsit. Hæc Socrates in hist. tripar. lib. 5. c. 6. & 7. Sed post cum Liberio episcopo Rom. & aliis põtificibus est pater Osius in exilium actus, quia noluit impia decreta Arrianorum in conci. Mediolanen. propria subscriptione firmare, vt refert Theodoretus c. 16. eiusdem historiæ. Ad hũc modũ celebrarunt Arriani decẽ cõcilia cõtendẽtes firmare suã fidẽ in ecclesia, vt refert Athanasius in epistola ad Aphros. Eorum vnũ est illud celebratum in Seleutia Isauciæ 160. epõrum, de quo Socrates in hist. trip. lib. 5. c. 34. Cuius acta recẽset Sozomenus ĩ eodẽ li. c. 35. *Osius exulat pro fide Nicæ. syno. Decẽ concil. celebrata ab Arrianis Concil. in Seleucia,*

Con. Ephesinum prophanum.

Sub Leone papa.i. iussu Theodosij Iunioris coactum est concilium secundum Ephesinum prophanum, cui præsedit Dioscorus, qui Flauianum sanctissimum occidit, & legatos Leonis papę contempsit: epistolas Leonis papæ nec legi permisit, sed fidem Eutychis definiuit, cui & sacerdotium restituit, Contra hunc Dioscorum anno 2. Martiani Imperatoris Chalcedone sancta facta est quarta synodus, quę Dioscorum & Eutychen & deposuit & damnauit.

Concilia sub Photio celebrata.

Sub Leone 3. & Adriano 2. celebrata est synodus à Photio, qui vsurpauerat sedem patriarchalem in templo Apostolorum, & habet 17. canones, & alia per eundem in ædes Sapientiæ quæ habet tres canones, feruntur in Nomo canono Græco: sed ambæ reiectæ & damnatæ sunt per octauam synodum in actione 7. & 8.

Item concilium apud Compendium, cuius meminit Gratianus 6. q. 3. Placuit. & 13. q. 5. Mulier si sine. & 33. q. 1. Siquis acceperit.

Item 22. q. 5. ex concilio apud Sāctum Medardum citatur decretum, quibus temporibus iurare prohibeamur. c. Decreuit.

Item concilium apud Beluacum, ex quo Gratia. De consec. dist. 4. Si quis voluerit.

FINIS.

DECRE-

DECRETVM PRIMÆ SESSIONIS Tridentinæ pronunciatum per Reuerendum dominum Episcopum Castrimaris Hispanum, die 7. mens. Ianuarij, anno Domini 1545.

Modus viuendi in loco concilij.

SAcrosancta Tridentina synodus in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidentibus tribus Apostolicæ sedis Legatis, agnoscens cum beato Iacobo Apostolo quòd omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, qui iis qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis: & simul sciens quòd initium sapiētiæ est timor Domini: Statuit & decreuit omnes & singulos Christi fideles in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos esse, prout exhortatur, vt se à malis & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & desideria carnis nō perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, Eucharistiæ sacramentum sumere, ecclesias frequentare, præcepta denique diuina quantū quisque poterit adimplere, necnon quotidie pro pace principū Christianorum, & vnitate Ecclesiæ priuatim orare velint. Episcopos verò, & quoscunq; alios in ordine sacerdotali constitutos œcumenicum Cōcilium in ciuitate hac celebrantes, vt assiduè Dei laudi-

Iacob. 1.

Eccles. 1.

bus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificiũ Missæ quolibet saltẽ die dominico, in quo Deus lucẽ cõdidit, & à mortuis resurrexit. Spiritum sanctũ in discipulos
Act. 1. infudit, peragere satagãt, faciẽtes ficut idem Spiritus sanctus per Apostolum præcepit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo domino Papa, pro Imperatore, pro Regibus & cæteris qui in dignitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus, vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur vt ieiunent saltem singulis sextis feriis in memoriã passionis Domini nostri Iesu Christi & elemosynas pauperibus erogent. In ecclesia autem cathedrali singulis quintis feriis celebretur Missa de Spiritu sancto, cũ litaniis & aliis orationibus ad hoc institutis. In aliis verò ecclesiis dicantur ad minus litaniæ & orationes.
1. Timot. 3. Tit. 1. Tempore autẽ quo sacra peragentur, collocutiones & confabulationes nõ fiant, sed ore & animo celebranti assistatur. Et quoniam oportet episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene ꝓpositos, hortatẽ etiã vt ante omnia quilibet in mẽsa, seruet sobrietatẽ, moderationẽmque ciborũ. Deinde quũ in eo loco sæpe otiosi sermões oriri soleant, vt in ipsorum episcoporum mẽsis diuinarum scripturarum lectio admisceatur.

Fami-

Familiares verò ſuos vnuſquiſque inſtruat & erudiat, ne ſint rixoſi, vitioſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & voluptatum auctores & amatores: vitia demũ fugiãt, & virtutes amplectãtur, & in veſtitu & cultu, & in omnibus actibus honeſtatẽ præferãt, ſicut decet miniſtros miniſtrorũ Dei. Adhęc quum huius Sacroſancti Concilij p̃cipua cura, ſolicitudo, & intentio ſit, vt propulſatis hæresũ tenebris, q̃ p tot annos operuerũt terrã, catholicæ veritatis lux, Ieſu Chriſto qui vera lux eſt annuẽte, & cãdor puritáſque refulgeat, & ea quæ reformatione egent, reformẽtur, ipſa Synodus hortatur omnes catholicos congregatos & congregandos, atque eos præſertim qui ſacrarum literarum peritiam habent, vt ſedula meditatione diligenter ſecum ipſi conſiderent, quibus potiſſimum viis & modis ipſius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum ſortiri poſſit, quo maturius & conſultius dãnari damnanda, & probari probanda queant, ac per totum orbem omnes vno ore & eadem fide glorificent Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. In ſentẽtiis verò dicendis, iuxta Toletani Concilij ſtatutum, in loco benedictiõis cõſedẽtibus dñis ſacerdotibus, nullus debeat aut immodeſtis vocibus pſtrepere, aut tumultibus perturbare: Nullus etiã falſis, vaníſve aut obſtinatis diceptationibus contendere: ſed quicquid dicatur, ſic *Ioan. 3.*

mitissima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendãtur nec recte iudicij acies perturbato animo inflectatur. Insuper ipsa sacra Synodus statuit & decreuit, quòd si forte contigerit aliquos debito in loco non sedere, sententiam etiã sub verbo Placet proferre, congregationibus interesse, & alios quoscunque actus facere Concilio durante, nulli propterea prę̃iudicium generetur, nullíque nouum ius acquiratur.

DECRETVM SECVNDÆ SESsionis Concilij Tridentini, pronunciatum die quarta mensis Februarij. Anno Domini 1546. per Reuerendum Dominum Archiepiscopum Turritanum.

Confessio fidei.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & spiritussancti, hęc sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritusancto legitimè congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apo. sedis Legatis, magnitudine rerum tractandarum considerans, præsertim earum quæ duobus illis capitibus de extirpãdis hæresibus & moribus reformandis continentur, quorum causa præcipuè est congregata: agnoscens autem cum apostolo non esse sibi colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in celestibus: cum eodẽ omnes & singulos in primis hortatur, vt con-

Ephes 5.

for-

fortentur in Domino & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes scutū fidei in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere: atque galeam spei salutis accipiant cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque vt hæc pia eius solicitudo principium & progressum suū per Dei gratiā habeat, ante oīa statuit & decreuit, præmittēdā esse confessionem fidei, Patrum exempla in hoc sequuta, qui sacratioribus Conciliis hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum opponere consueuerunt: quo solo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles cōfirmauerunt. Quare symbolum fidei quo sancta ecclesia Romana vtitur, tanquam principium illud in quo omnes qui fidem Christi profitentur, necessariò conueniunt, ac fundamentum firmum & vnicum contra quod nunquam portæ inferi prævalebūt, totidem verbis quibus in omnibus ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit: quod quidem eiusmodi est: Credo in vnum Deum, &c. vt est in Missal. *Mat. 16.*

Secundum decretum. Eadem Sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, in eadem præsidentibus eisdē tribus sedis Apostolicæ Legatis, intelligens multos Prælatos ex diuersis partibus accinctos esse itineri, nōnullos etiā in via esse quo huc ve-

Ratio absentium & indictio futuræ sessionis

niant: cogitánsque omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda, eo maioris apud omnes existimationis & honoris videri posse, quo maiore fuerint & pleniore patrum concilio & præsentia sancita & corroborata: statuit & decreuit futuram sessionem post præsentē celebranda esse die Iouis quæ subsequetur Dominicam Lætare proximè futuram. Interim tamen non differri discussionem & examinationem eorum quæ ipsi Synodo discutiēda & examinanda videbuntur.

Receptio & numeratio librorum Sacrorum veteris & noui testamenti.

SAcrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, hoc sibi ante omnia perpetuò proponens, vt sublatis omnibus erroribus puritas ipsa Euangelij in ecclesia conseruetur, quod promissum antè per ꝓphetas in scripturis sanctis dominus noster Iesus Christus Dei filius ꝓprio ore primū ꝓmulgauit, deinde per suos Apostolos tanquā fontem omnis salutaris veritatis & morū disciplinæ, omni creaturæ prædicari iussit: ꝓspiciénsque hāc veritatem & disciplinā cōtineri in libris scriptis, & sine scripto, traditionibúsque ipsius Christi q̄ ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis spiritusancto dictante quasi per manus traditæ ad nos vsque perue-

peruenerunt: orthodoxorum Patrum exẽpla sequuta, omnes libros tã veteris quã noui Testamenti (quũ vtriusq; vnus Deus sit auctor) nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Christo vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in ecclesia catholica cõseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia suscipit ac veneratur. Sacrorũ verò librorum indicẽ huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinã sint qui ab ipsa Synodo suscipiantur. Sunt verò infra scripti. Testamẽti veteris, quinq; libri Moysi, scilicet Genes. Exod. Leuitic. Numeri. Deut. deinde Iosue, Iudicũ, Ruth. quatuor Regum. Paralipomenõ duo, Esdræ duo, primus scilicet & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterij ũ Dauidicum centũ quinquaginta psalmorũ, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Cãticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias Hieremias, Baruch, Ezechiel Daniel: Duodecim prophetæ minores, scilicet Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorũm primus scilicet & secundus: Testamenti noui, quatuor Euangelia, scilicet secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Acta Apostolorum à Luca Euangelista conscripta: quatuordecim

epistolæ beati Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses duæ, ad Timothum duę, ad Titum, ad Philemonen, ad Hebręos: Petri Apostoli duæ: Ioannis Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: Iudæ Apostoli: vna Apocalypsis Ioannis Apostoli. Siquis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerũt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens cõtempserit, anathema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine & via, ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressurã, & quibus potissimum testimoniis ac pręsidiis in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus sit vsura. *Ca.* 2. Insuper eadem Sacrosancta synodus considerans non parum vtilitatis accedere posse ecclesiæ Dei, si ex multis Latinis editionibus, quæ circunferuntur sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat: Statuit & decreuit, vt hæc ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tot seculorum vsu in ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prędicationibus, aut expositionib⁹, pro authentica habeatur, & quòd eam nemo reiicere quouis prætextu audeat, vel præsumat.

Receptio vulgatæ aditionis, & modus interpretandi & imprimẽdi sacram scripturã.

sumat. *Canon alius.* Præterea ad coercēda petulātia ingenia, decreuit vt nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morū ad ædificationē doctrinæ Christianæ pertinētium, sacrā scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum quem tenuit & tenet sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarū aut etiā contra vnanimē consensum Patrū, ipsam scripturam sacram interpretari audeat: etiam si huiusmodi interpretationes nullo vnquam tēpore in lucē edendę forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarētur, & pœnis à iure statutis puniantur.

Canon alius.

Sed & impressoribus modū in hac parte (vt par est) imponere volens, qui iam sine modo, hoc est putantes sibi licere quicquid libet, sine licentia superiorū & ecclesiasticorū, ipsos sacræ scripturæ libros, & super illos annotationes & expositiones quomodo libet indifferentes sæpe tacito, sæpe etiam ementito p̄lo, & (q̄ est grauius) sine nomine authoris imprimūt, alibi etiā impressos libros huiusmodi temere venales habent: decreuit & statuit vt posthac sacra scriptura, potissimū verò hæc ipsa vetus & vulgata editio q̄ emēdatissimè imprimatur, nullíq; liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de reb⁹ sacris sine nomine authoris, neq; illos in su-

turũ vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primũ examinati probatíq; fuerint ab ordinario, sub pœna anathematis & pœnæ in canone Concilij nouissimi Lateranẽsis appositæ. Et si regulares fuerint, vltra examinationẽ & probationẽ huiusmodi, licentiam quoq; à suis superioribus impetrare teneãtur, recognitis per eos libris iuxta formã istarũ ordinationũ. Qui autem scripto eos communicãt vel euulgant, nisi ante examinati probatíque fuerint, eisdem pœnis subiaceãt, quibus impressores. Et qui eos habuerint vel legerint, nisi authorẽ prodiderint, pro authoribus habeãtur. Ipsa verò huiusmodi librorũ probatio in scriptis detur, atq; adeò in fronte libri vel scripti vel impressi authenticè appareat.

Idque totum hoc, etiam probatio & examen, gratis fiat, vt probanda probentur, & improbanda reprobentur.

Post hæc temeritatẽ illã reprimere volens, qua ad prophana quæq; cõuertuntur & torquentur, & verba & sentẽtiæ sacræ scripturæ ad scurrilia. s. fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiã famosos: mãdat & præcipit ad tollẽdã huiuscemodi irreuerentiã & contemptũ, & ne de cætero quisquã quomodolibet verba sacræ scripturæ ad hęc & similia audeat vsurpare, vt omnes eius generis corruptores,

teme-

temeratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per episcopos coërceantur.

Itẽ hæc sacrosancta Synodus statuit & decreuit, proximam futuram sessionem tenendam & celebrãdam esse feria quinta post sacratissimum festum Pentecostes.

PRIMVM DECRETVM QVARTÆ sessionis Tridentini Concilij 17. mensis Iunij M.D.XLVII. celebratæ.

De peccato originali.

VT fides nostra catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribꝰ, in sua sinceritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur: cum serpens ille antiquus humani generis perpetuꝰ hostis, inter plurima mala quibus ecclesia Dei his nostris tẽporibꝰ perturbatur, etiã de peccato originali eiúsq; remedio nõ solùm vetera, sed noua etiã dissidia excitauerit, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus in Spiritusancto legitime congregata, præsidẽtibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis legatis iã ad reuocãdos errãtes, & nutantes cõfirmandos accedere volẽs, sacrarum scripturarum & sanctorum Patrũ, ac probatissimorũ Cõciliorũ testimonia, & ipsius ecclesiæ iudicium & consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat. Siquis non cõfitetur primum hominẽ Adam *Hebr. 11.*

cum mãdatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & iustitiam in qua positus fuerat amisisse, incurrisséq; per offensam præuaricationis eiusmodi, iram & indignationem Dei, atq; ideo mortẽ, quam antea illi cõminatus fuerat Deus, & cũ morte captiuitatem sub eius potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli, solúmq; Adam per illam præuaricationis offensam secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse anathema sit.

Si quis Adæ præuaricationem sibi soli & non eius propagini asserit nocuisse, acceptã à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit, sibi soli & non nobis eum perdidisse aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum quod mors est animæ, ana-
Rom. 5. thema sit: quum contradicat Apostolo dicenti. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Si quis hoc Adæ peccatũ, quod origine vnũ est, & propagatione nõ imitatione transfusum, in omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanę naturę vires, vel per aliud remediũ afferit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui

nos

nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Iesu Ghristi meritum per baptismi sacramentum in forma ecclesiæ rite collatum tam adultis quam paruulis applicari, anathema sit, quia non est aliud nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox. Ecce agn⁹ Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, Quicunq; baptizati estis, Christum induistis. *Act. 4. Ioan. 1. Galat. 3.*

Si quis paruulos recẽtes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti: aũt dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam: vnde sit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera sed falsa intelligatur, anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt nisi quemadmodum ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apostolorum, etiam paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem pec- *Rom. 5.*

catorum veraciter baptizãtur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi.n. quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ põt introire ĩ regnũ Dei.

Ioan. 3.

Si quis per Iesu Christi domini nostri gratiã quæ in baptismate confertur, reatũ originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit nõ tolli totũ id quod verã & propriã peccati rationẽ habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari: anathema sit. In renatis autem nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis qui verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortẽ, qui nõ secundũ carnẽ ambulãt, sed veterẽ hominẽ exuentes, & nouum induẽtes, qui secundũ Deũ creatus est, innocẽtes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt hæredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur: Manere autẽ in baptizatis cõcupiscentiã vel fomitẽ hæc sancta synodus fatetur & sentit, quæ quũ ad agonẽ relicta sit, nocere nõ cõsentientibus, & viriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus non valeat: quinimò qui legitimè certauerit, coronabitur. Hãc concupiscentiã, quã aliquando Apostolus peccatũ appellat, sancta Synodus declarat ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quòd verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

Rom. 8. 1. Cor. 3.

SECVNDVM DECRETVM reformationis quartæ sessionis Tridentinæ Synodi.

De lectione, & pradicatione sacræ scripturæ.

EAdem sacrosancta Synodus piis summorum pontificũ & probatorũ Cõciliorum constitutionibus inhærẽs, eásq; amplectẽs, & illis adiiciens, ne cælestis ille thesaurus sacrorum librorũ quẽ spiritussanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglect⁹ iaceat: statuit & decreuit quòd in illis Ecclesiis, in quibus præbẽda aut præstimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatũ stipendiũ pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatũ reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorũ ordinarij, eos qui præbendã, aut præstimoniũ, seu stipendiũ huiusmodi obtinent, ad ipsius sacræ scripturæ expositionẽ & interpretationẽ per seipsos si idonei fuerint, alioquin per idoneũ substitutũ ab eis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum ordinariis eligendũ, etiam per subtractionẽ fructuũ cogãt & compellãt. De cætero verò præbenda, præstimoniũ, aut stipendiũ huiusmodi, nõ nisi personis idoneis, & qui per seipsos id munus explicare possint, cõferatur & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida.

In Ecclesiis autem Metropolitanis vel Cathedralibus, si ciuitas insignis vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo

insigni oppido etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunque, præterquam ex causa resignationis, primò vacatura, cui aliud onus incomparabile iunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuò constituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis Ecclesiis nulla vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ ciuitatis & diœcesis, vel aliàs prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita prouideat, vt ipsa sacræ scripturæ lectio habeatur: ita tamen, vt quæcunque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quauis alia ratione institutæ, propter id minimè prætermittantur.

Ecclesiæ verò quarum annui prouētus tenues fuerint, & vbi tam exigua est cleri & populi multitudo, vt theologiæ lectio in eis cōmodè haberi non possit, saltem magistrū habeant ab Episcopo cū capituli cōsilio eligendum, qui clericos aliósque scholares pauperes grammaticam gratis doceat: vt deinceps ad sacræ scripturæ studia, annuente Deo, transire possint. Ideóq; illi magistro grāmatices, vel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tandiu percipiat, quandiu in docendo

perstiterit, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel ex episcopali mẽsa, condigna aliqua merces persoluatur, vel aliàs Episcopus ipse aliquam rationem ineat, suæ ecclesiæ & diœcesi accommodam, ne pia hæc vtilis atque fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur.

In monasteriis quoque monachorum vbi commodè fieri id queat, etiam prælectio sacræ scripturæ habeatur.

Quum in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorũ in hoc vt sedis Apostol. delegati, eos ad id opportunis remediis compellant.

In conuentibus verò aliorum regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, etiam lectio sacræ scripturę habeatur: quæ lectio à capitulis generalibus vel prouincialibus assignetur dignioribus magistris.

In Gymnasiis autem publicis, vt tam honorifica & cæterorum omnium maximè necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum ac Rerumpublicarum pietate & charitate ad catholicæ fidei defensionem & incrementum, sacræque doctrinę conseruationem & propagationem instituatur: & vbi instituta foret, & negligeretur, restituatur.

Et ne sub specie pietatis, impietas dissemineť, statuit eadẽ sancta Synodus, neminẽ ad

huiusmodi lectionis officium tam publicè quàm priuatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus & scientia examinatus & probatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.

Docentes verò ipsam sacram scripturam, dum publicè in scholis docuerint, & scholares qui in ipsis scholis studeant, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure concessis plene gaudeant & fruantur.

Quia verò Christianæ Reipublicæ nō minus necessaria est prædicatio Euangelij, q̃ lectio, & hoc est præcipuum Episcoporū munus, statuit & decreuit eadem sancta Synod⁹, omnes Ep̃os, Archiep̃os, Primates, & omnes alios ecclesiarum prælatos teneri per seipsos (si legitimè impediti non fuerint) ad prædicandum sanctum Iesu Christi euangelium.

Si verò contigerit Episcopos & alios prælatos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtq; subiaceat vltioni.

Archipresbyteri quoq; plebani, & quicunq; parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Ecclesias quocũq; modo obtinét, per

se vel

se vel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltem dominicis, & festis solennibus plebes sibi commissas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandóque eis cum breuitate & facilitate sermonis vitia quæ eos declinare, & virtutes quas eos sectari oportet, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Id verò si quis eorum præstare negligat, etiam si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione se exemptum esse prętenderet, etiam si ecclesiæ quouis modo exẽptæ dicerentur, aut alicui monasterio etiam extra diœcesim existenti forsan annexæ vel vnitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, prouida pastoralis Episcoporum solicitudo non desit, ne illud impleatur: Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas seu aliàs ad ipsius Episcopi arbitrium cogãtur. Ita vt etiam si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id præstet, honesta aliqua merces persoluatur, donec principalis ipse recipiens officium suum impleat. Siquæ verò parochiales ecclesiæ reperiantur subiectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus, si Abbates & regulares prælati in prædictis negli- *Thre. 4.*

gens fuerint, à Metropolitanis in quorum prouinciis diœceſes ipſæ ſitæ ſunt, tanquam quo ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegatis compellantur. Neque huius decreti executionem conſuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quoſq; deſuper à competēti iudice, qui ſummariè & ſola facti veritate inſpecta procedat, cognitum ſit & deciſum.

Regulares verò cuiuſcunq; ordinis, niſi à ſuis ſuperioribus de vita moribus & ſcientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in eccleſiis ſuorum ordinum prædicare non poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant.

In eccleſiis verò quæ ſuorum ordinum nō ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſſint. Ipſam autem licentiam Epiſcopi gratis' concedant.

Si verò, quod abſit, prædicator errores aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiam ſi in monaſterio ſui vel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat. Quòd ſi hęreſes prædicauerit, contra eum ſecundum iuris diſpoſitionem aut loci cōſuetudinē procedat, etiā ſi prædicator ipſe generali

rali vel ſpeciali priuilegio exemptum ſe eſſe prętenderet. Quo caſu Epiſcopus auctoritate apoſtolica,& tanquam ſedis apoſtolicę delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne quis prædicator vel ex falſis informationibus vel aliàs calumnioſe vexetur, ne iuſtam de eis conquerendi occaſionem habeat.

Caueant prętera Epiſcopi,ne aliquem vel eorum qui cum ſint nomine regulares,extra clauſtra tamen & obedientiam religionum ſuarum viuunt, vel preſbyterorum ſecularium, niſi ipſis noti ſint,& moribus atq; doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu, in ſua ciuitate vel diœceſi prædicare permittant,donec ab ipſis Epiſcopis ſuper eo ſancta ſedes apoſtolica conſulatur: à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate, & expreſſo mendacio, ab indignis extorqueri veriſimile non eſt.

Quæſtores verò eleemoſynarij, qui etiam quæſtuarij vulgo dicuntur, cuiuſcunque cõditionis exiſtant,nullo modo nec per ſe, nec per alium prædicare pręſumant:& contrà facientes, ab epiſcopis & ordinariis locorum, priuilegiis quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remediis omnino coerceantur. *Contra deferẽtes reliquias.*

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit & decreuit, primam futuram ſeſſionem tenendam & celebrandam eſſe die Iouis feria quinta poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli.

DECRETVM DE PECCATO Originali sacrosancti œcumenici concilij Tridentini sessione quinta, vno Patrum consensu promulgatum.

PROLOGVS.

SAcrosancta œcumenica Tridentina synodus, in spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus nomine sanctissimi domini nostri Pauli diuina prouidentia papæ 3. Reuerendiss. dominis, D. Ioanne Maria de Monte, episcopo Prænestino, & Marcello Ceruino tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbytero, & Reginaldo Polo tituli sanctæ Mariæ in Comedin, sanctæ Rom. eccles. cardinalibus,
2. Cor. 11. & apostolicis de latere legatis. Etsi oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, decet tamen, vt fides catholica, sine qua impossibile est placere Deo, extirpatis erroribus vniuersis, in vna synceritate integra & illibata permaneat, quo per eam ecclesia sancta Dei de suis hostibus, à quibus nunquam nõ impetitur, glorioſissima triumphare possit. Cum igitur nostris etiam temporibus de peccato originali, & de illius remedio, quæ velut Christianæ nostræ fidei fores, omnibus citra controuersiam manifestissima esse debuerant, serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis noua certamina suscitauerit, iam tandem ad reuocandos errantes, & nutantes confirmãdos sese accingens, indéq; sumens

sumens exordiũ, vnde morbus cœpit ne populus Christianus omni vento doctrinæ circunferatur sacrarum scripturarũ & sanctorũ Patrum & ꝓbatorũ conciliorũ testimonia,& ipsius catholicæ Ecclesiæ iudiciũ &cõsensum secuta,hæc de ipso peccato originali statuit.

CANONES.

Si quis non confitetur primũ hominẽ Adã, cum mandatum Dei in paradiso fuisset trãsgressus, statim sanctitatem & iustitiã in qua creatus fuit,amisisse,incurrisséque per offensam huiusmodi præuaricationis iram & indignationem Dei,atque adeò mortem,quàm antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatẽ sub eius potestate, q; deinde mortis habuit imperium, hoc est diaboli, totúmq; Adam,per illam prꝙuaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse,anathema sit. *De'conse. distin.24. ca.firmissime.*

2 Siquis soli Adæ præuaricationem suã, nõ aliis etiam & eius propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem & iustitiã quam perdidit,nõ nobis,sed sibi soli perdidisse, inquinatóq; illo per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum,& secundum communẽ legẽ trãsfudisse,nõ autẽ & peccatũ,cui pro pœna debebatur vtraq; mors, corporis videlicet & animæ, anathema sit. Cum contradicat Apostolo dicẽti, Per vnum hominẽ peccatum

intrauit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

3 Siquis morbum huius originalis peccati, ꝙ vnū eſt & in nobis propagatione non imitatione diffuſum reſidet, vnicuique propriū, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit auferri, quàm per meritum
2. Cor. 5. vnius domini noſtri Ieſu Chriſti qui Deo nos in ſanguine ſuo reconciliauit, factus nobis ſanctificatio, iuſtitia & redemptio: aut negat ipſum meritū nobis per fidē, & baptiſmi ſa-
Act. 10. *Act. 4.* cramentū applicari, anathema ſit. Huic enim omnes prophetæ teſtimonium perhibēt remiſſionē peccatorū accipere per manū eius, omnes qui credūt in eū. neq; aliud nomē eſſe ſub cęlo datū hominib⁹, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde illa vox. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi, & illa, Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Ioan. 1. *Celaſ. 3.* 4 Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitā ęternā conſequendā, vnde ſit cōſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionē peccatorū nō vera ſed falſa intelligat, anathema ſit. Quoniā nō aliter intelligendū

eſt,

est, quod ait Apost. Per vnum hominē peccatū intrauit in mundū, & ꝑ peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo oēs peccauerunt, nisi quēadmodū ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulā fidei ex traditione apostolorum, etiā paruuli, qui nihil peccatorū in semetipsis adhuc cōmittere potuerunt, ideo in remissionē peccatorū veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundentur, quod generatione contraxerant. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc fidei & sanctorum patrum normam imitando hoc sancta synodus fatetur ac declarat, in baptismate per Iesu Christi gratiā, quam confert & continet, non modo remitti reatum originalis peccati, sed totum id auferri quod veram & propriam rationem peccati habet. ¶ Si quis ergo per Iesu Christi domini nostri gratiam quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dici tantum radi, aut non imputari, anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est dānationis iis q̄ verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortē, qui nō secundū carnē ambulāt, sed veterē hominē exuētes, & nouum q̄ secundū Deū creatus

Rom. 5.

Ioan. 3.

Rom. 6.

est, induentes innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoret. Manere autē in baptizatis concupiscentiam vel formitem hæc sancta synodus fatetur & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet, quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur. Rom. 7. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatū appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat, Siquis autem contrarium senserit, anathema sit.

DECRETVM DE IVSTIFICATIONE factum Triden. in 6. sessione, die 13. Ianuarij 1547.

CVm hoc tempore non sine multarum animarum iactura, & graui ecclesiasticæ vnitatis detrimento erronea quædam disseminata sit de iustificatione doctrina: ad laudem & gloriā omnipotētis Dei, ecclesiæ trāquillitatē, & animarū salutē, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus, in spiritu sancto legitimè congregata, præsidētibus in ea nomine sanctissimi in Christo patris, & domini nostri D. Pauli diuina prouidentis

dentia papæ tertij, reuerēdiſ. dominis dominis Ioan. Maria epiſcopo Prænestino de Mōte, & Marcello tituli ſanctæ crucis in Hieruſalem preſbytero ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, & Apoſtolicis de latere legatis. exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram ſanámq; doctrinā ipſius iuſtificationis quam ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus fidei noſtræ author & conſummator docuit, Apoſtoli tradiderunt, & catholica eccleſia, ſpiritu ſancto ſuggerente, perpetuo retinuit diſtrictiùs inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prædicare aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuitur ac declaratur.

De naturæ & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate. Can. 1.

Primum declarat ſacroſancta ſynodus, ad iuſtificationis doctrinam probè & ſyncerè intelligendam, oportere vt vnuſquiſque agnoſcat & fateatur, quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent, facti immundi, & (vt Apoſtolus inquit) natura filij iræ, quemadmodū in decreto de peccato originali expoſuit, vſque adeo ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli ac mortis, vt non modo gentes per vim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi inde liberari aut ſurgere poſſent, tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licet attenuatum & inclinatum. *Epheſ. 2.*

De dispensatione & mysterio aduentus Christi. Can. 2.

Quo factū est, vt cælestis pater, pater misericordiæ, & Deus totius cōsolationis, Christum Iesum filium suum, & ante legem, & legis tempore, multis sanctis patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, vt & Iudæos, qui sub lege erant, redimeret: & gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solùm autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Qui per Christum iustificantur. Can. 3.

Verum etsi ille ℘ omnib⁹ mortuus est, nō oēs tñ mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quib⁹ meritum passionis eius cōmunicatur. Nā sicut reuera homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cū ea propagatione per ipsū dum concipiuntur, propriam iniustitiā contrahant: ita nisi in Christo renascerētur, nunquam iustificarentur, cum ea renascentia, per meritum passionis eius, gratia qua iusti fiunt illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semp agere hortat patri, q dignos nos fecit in partē sortis sanctorū in lumine, & eripuit de potestate tenebrarū, transtulítq; regnum

Ephes. 1. 1. Iean. 2. Coloss. 3.

regnum filij dilectionis suę, in quo habemus redẽptionem & remissionem peccatorum.

Insinuatur descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu gratiæ. Can. 4.

Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statũ gratię & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Iesum Christum saluatorem nostrum. Quæ quidẽ translatio post euangeliũ promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritus sancto, non potest introire in regnũ Dei. *Ioan. 3.*

De necessitate præparationis ad iustificationem adultis, & vnde sit. Can. 5.

Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis, à Deo, per Christũ Iesum, præueniente gratia, sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur: vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se, ad suã ipsorum iustificationem, eidem gratię libere assentiendo & cooperando, disponãtur: ita vt tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui & illã abiicere possit, neq; tñ sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo

Zach.1. libera ſua voluntate poſſit vnde in ſacris literis cum dicitur, Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos libertatis noſtræ admonemur, cum reſpondemus, Conuerte nos domine ad te,& conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.

Pſal.84.

Modus præparationis. Can. 6.

Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiã, dum excitati diuina gratia & adiuti,fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum, credentes vera eſſe quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt:atque illud in primis,à Deo iuſtificati impium per gratiam eius per redẽptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu & dum peccatores ſe eſſe intelligentes à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur,ad conſiderãdã Dei miſericordiam ſe cõuertendo in ſpẽ erigũtur, fidẽtes Deũ ſibi propter Chriſtum propitium fore, illúmque tãquã omnis iuſtitiæ fontẽ diligere incipiũt, ac propterea mouẽtur aduerſus peccata per odiũ aliquod & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitẽtiã, quã ante baptiſmum agi oportet:denique dũ ꝓponunt ſuſcipere baptiſmũ, inchoare nouã vitã,& ſeruare diuina mãdata. De hac diſpoſitione ſcriptũ eſt,Accedentẽ ad Deum oportet credere quia eſt, & ꝙ inquirentibus ſe remunerator ſit.&, Confide fili:remittũtur tibi peccata tua.&, Timor Domini expellit peccatum. &, Pœnitentiam agite. &,Baptizetur vnuſ-

Heb.1. Matth.9. Eccl.1. Act.2.

vnusquisque vestrū in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum. &, Accipietis donum spiritussancti. &, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti: docētes eos seruare ea quæcūque mādaui vobis denique p̄parate cordavestra Domino. *Mat. 28.* *1. Reg. 7.* *Ca. 7.*

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causa.

Hanc dispositionem seu præparationē iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis, per voluntariā susceptionem gratiæ & donorum vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico fit amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ. *Eph. 1.* Huius iustificationis causæ sunt. Finalis quidem, gloria Dei & Christi ac vita æterna. Efficiens verò misericors Deus, qui gratuito abluit & sanctificat signans & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria autem, dilectissim⁹ vnigenitus suus dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiā charitatem qua dilexit nos, sua sanctissima passione, in ligno crucis nobis iustificationē meruit & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quòd est sacramentum fidei, sine qua nulli vnquā iustificatio cōtigit, demū vnica formalis causa est, iustitia Dei, nō qua ipse iustus est

sed qua nos iustos facit: qua videlicet ab eō donati renouamur spiritu mentis nostræ, & nō modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suā secundum mēsuram, quam spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionē & cooperationem. Quanquā enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Iesu Christi cōmunicātur, id tamen in hac impij iustificatione fit, dū eiusdē sanctissimæ passionis meritō per spiritū sanctū charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atq; ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hęc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christū, cui inseritur, fidem, spem & charitatē. Nā fides, nisi ad eā spes accedat & charitas, neque vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione verissimè dicitur fidem sine operibus mortuā & ociosam esse: & in Christo Iesu neque circūcisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidē ante baptismi sacramentū ex Apostolorū traditione cathecumeni ab ecclesia petūt, cum petunt fidem vitā æternā præstantē, quam sine spe & charitate fides præstare nō pōt: vnde & statī verbū Christi audiūt: si vis ad vitam ingredi, ser-

Iacob. 2.
Galat. 5.
Matth. 19.

ua man-

ua mandata. Itaque verã & Christianam iustitiam accipientes, eam seu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidã & immaculatã, iubentur statim renati cõseruare, vt eã perferãt ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

Quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iustificari. Can. 8.

Cum verò Apostolus dicit iustificari hominem per fidem, & gratis ea verba in eo sensu intelligẽda sunt, quem perpetuus ecclesiæ catholicæ consensus tenuit & expressit, vt scilicet per fidẽ ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentũ & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius cõsortiũ peruenire. Gratis aũt iustificari ideo dicimur, quia nihil eorum quæ iustificationẽ præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est, iam nõ ex operibus, alioquin, vt Idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. *Iacob. 2.*

Contra inanem hæreticorum fiduciam. Can. 9.

Quanuis autẽ necessariũ sit credere neque remitti neq; remissa vnquã fuisse peccata nisi gratis, diuina misericordia propter Christũ, nemini tamẽ fiduciã & certitudinẽ remissionis peccatorũ suorũ iactãti, & in ea sola quie-

scenti, peccata dimitti vel dimissa esse, dicendum est: cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, magna cõtra ecclesiã catholicã cõtentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendũ est, oportere eos qui verè iustificati sunt, absque vlla oĩno dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminémque à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum qui certo credat se absolutum & iustificatũ esse, atque hęc sola fide absolutionem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, déque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet, nam sicut nemo pius de Dei mĩa, de Christi merito, déque sacramentorũ virtute & efficacia dubitare debet: sic qlibet dũ seipsũ suámq; propriã infirmitatẽ & indispositionẽ respicit de sua gratia formidare & timere põt cũ nullus scrire valeat certitudinem fidei, cui nõ põt subesse falsũ, se gratiã dei esse consecutũ. *De accepta iustificationis incremẽto. Ca.* 10.

2. Cor. 4. Sic ergo iustificati, & amici Dei ac domestici facti euntes de virtute in virtutem, renouãtur, vt Apostolus inquit, de die in diem: hoc est mortificãdo mẽbra carnis suæ, & exhibẽdo ea arma iustitiæ in sanctificationẽ p̃ obseruationẽ mãdatorũ Dei & ecclesiæ, in ipsa iustitia per Christi gratiã accepta, cooperante fide, bonis operibus crescũt, atq; magis iustificantur,

ficantur, sicut scriptum est: Qui iustus est, iu- *Apoc.22.*
stificetur adhuc, & iterū, Ne verearis vsque ad *Eccle.18.*
mortē iustificari, & rursus, Videtis qm̄ ex o- *Iacob.2.*
peribus iustificatur homo, & non ex fide tm̄:
Hoc verò iustitiæ incrementum petit sanctā
eccles. cum orat, Da nobis Domine fidei, spei,
& charitatis augmentum.

De obseruatione mandatorum, déque illius necessitate & possibilitate. Can. 11.

Nemo autē quātumuis iustificatus liberum
se esse ab obseruatione mādatorū putare de-
bet, nemo temeraria illa, & à ptibus sub ana-
themate ꝓhibita voce vti, Dei præcepta ho- *Matt.11.*
mini iustificato ad obseruādum esse impossi-
bilia, nam Deus impossibilia nō iubet, sed iu-
bendo monet & facere quod possis, & petere
quod non possis, & adiuuat vt possis, cuius
mandata grauia nō sunt, cuius iugū suaue est
& onus leue, qui enim sunt filij Dei, Christū *Ioan.14.*
diligūt, q̄ aūt diligūt eū, vt ipsemet testatur,
seruant sermones eius, quod vtique cum di-
uino auxilio prę̄stare possunt, licet em̄ in hac
mortali vita, quātūuis sancti & iusti, in leuia
saltem & quotidiana, q̄ētiā venialia dicūtur
peccata, quandoq; cadant, non propterea de- *Matt.6.*
sinunt esse iusti, nam iustorum illa vox est, &
humilis, & verax, Dimitte nobis debita no-
stra, quo fit, vt iusti ipsi eo magis se obliga-
tos ad ambulādum in via iustitiæ sentire de- *Tit.2.*
beant, quo liberati iam à peccato, serui autem

facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuentes, proficere possunt per Christū Iesū, per quē accessum habuerunt in gratiam istam. Deus nanq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaq; nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse cōstitutū, hæreditatēq; cōsequuturū, etiā si Christo nō cōpatiatur, vt & cōglorificetur, nam & Xps ipse (vt inquit Apostol⁹) cū esset filius Dei, didicit ex his quę passus est obediētiam, & cōsummatus, factus est omnibus obtēperantib⁹ sibi, causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicēs: Nescitis q̄ ij qui in stadio currūt omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite, vt cōprehēdatis, ego igitur sic curro, non quasi in incertū, sic pugno nō quasi aerē verberans, sed castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne fortē cū aliis prædicauerim ipse reprobus efficiat. Itē princeps apostolorū Petrus, Satagite, vt p̄ bona opera certā vestram vocationē & electionē faciatis, hæc enim faciētes, non peccabitis aliquando. Vnde cōstat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicūt iustū in omni bono opere saltē venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) pœnas æternas mereri: atq; etiā eos qui statuūt in omnib⁹ operib⁹ iustos peccare si in illis suā ipsorū socordiā excitādo, & sese ad currēdū in stadio cohortādo, cū hoc vt in primis

Philip. 2.

1. Cor. 9.

2. Pet. 1.

primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam: cũ ſcriptũ ſit, Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas propter retributionem: & de Moſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem. *Pſal.118.* *Hebr.11.*

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe. Can.12.

Nemo quoq; quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinę prædeſtinatiõis myſterio vſque adeò præſumere debet, vt certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prędeſtinatorum, quaſi verum eſſet, q̃ iuſtificatus aut amplius peccare non poſſit, aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiã promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri nõ poteſt quos Deus ſibi elegerit.

De perſeuerantiæ munere. Can.13.

Similiter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptũ eſt, Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluꝰ erit: quod quidem aliũde haberi nõ põt, niſi ab eo qui potẽs eſt eũ qui ſtat, ſtatuere vt perſeuerãter ſtet: & eũ q̃ cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceat: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpẽ collocare & reponere oẽs debent. Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerit, ſi cut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Verumtamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant: & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur, *Matt.24.* *Philip.2.* *1.Cor.10.*

in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus & oblationibus, in ieiuniis, in castitate, formidare cm̃ debēt, sciētes q̃ in spē gloriæ, & nondū in gloria renati sunt de pugna q̃ supereſt cū carne, cū mūdo, cū diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti, Debitores sumus non carni, vt secundū carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Rom.8.

De lapsis, & eorum reparatione. Can.14.

Qui verò ab accepta iustificationis gratia p̃ peccatū exciderūt, rurs⁹ iustificari poterūt, cū excitante Deo, p̃ pœnitentiæ sacramentū merito Christi, amissam gratiā recuperare p̃ curauerint. Hic enim iustificationis modus, est lapsi reparatio: quā secundā post naufragium deperditæ gratiæ tabulā sancti patres aptè nuncuparūt. Etenim p̃ his qui post baptismum in peccata labunt̃ Christ⁹ Iesus sacramētū instituit pœnitētiæ cum dixit: Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata, remittunt̃ eis: & quorum retinueritis, retēta sunt. Vnde docendum est, Christiani homi nis pœnitētiam post lapsum, multò al ā esse à baptismate: eáq; cōtineri nō modo ceſſationē à peccatis, & eorum detestationē, aut cor contritum & humiliatū, verumetiā eorundē sacramētalem cōfessionem, saltem in voto,

Ioan.20.

& suo

& suo tempore faciendã,& sacerdotalẽ absolutionẽ:Itémque satisfactionem,per ieiunia, eleemosynas,orationes,& alia pia spiritualis vitæ exercitia: non quidẽ pro pœna æterna, quæ vel sacramẽto,vel sacramenti voto cum culpa remittitur,sed ꝑ pœna temporali quæ (vt sacræ literæ docent) non tota semper, vt in baptismo fit, dimittit illis qui gratiæ Dei quã acceperunt,ingrati spiritũ sanctum contristauerunt,& templum Dei violare nõ sunt veriti,de qua pœnitentia scriptũ est: Memor esto vnde excideris:age pœnitentiam, & prima opera fac,& iterum. Quæ secundũ Deum tristitia est,pœnitentiam in salutem stabilem operatur,& rursus, Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. *Apoc.2.* *2.Cor.7.* *Luc.3.*

Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fidem. Can.15.

Aduersus etiam hominũ quorundã callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium,asserẽdum est nõ modo infidelitate,per quã & ipsa fides amittitur,sed etiã quocunque alio mortali peccato,quãuis nõ amittatur fides, acceptã iustificationis gratiã amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo,quæ à regno Dei nõ solũ infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores,fures,auaros,ebriosos, maledicos,rapaces,, cæteróque omnes qui lethalia

committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur.

De fructu iustificationis, hoc est de merito bonorum operum, déque ipsius meriti ratione.

Can. 16.

Hac igit̃ ratione iustificatis hominib⁹, siue acceptam gratiã perpetuò cõseruauerit, siue
1. Cor. 15. amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba, Abundate in omni opere bono scientes quòd labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quã ostendistis in nomine ipsius, & Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus vsque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna: & tanquam
2. Tit. 4. gratia, filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamen & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus à iusto iudice sibi reddendam: non solum autem sibi, sed & omnibus qui diligũt aduentum ei⁹. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquã caput in mẽbra, & tanquã vitis in plamites in ipsos iustificatos iugiter virtutẽ influat, q̃ virtus bona eorum opera sẽper antecepit comitat̃ & subsequitur, & sine qua

nullo pacto Deo grata & meritoria esse possunt: nihil ipsis iustificatis amplius deesse credẽdum est, quo minus plene, illis quidẽ operibus quæ in Deo sunt facta diuinæ legi pro huius vitę statu satisfeciſſe, & vitam æternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequendam verè promeruisse censeantur, cum Christus Saluator noster dicat. Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: ita neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei, quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iustificamur, illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neq; verò illud omittẽdum est quod licet bonis operibus in sacris literis vsque adeo tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum nõ esse sua mercede carituru̇m: & Apostolus testetur, id quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: absit tamẽ vt Christianus homo in seipso vel cõfidat, vel glorietur, & non in domino: cuius tanta est erga omnes homines bonitas, vt eorũ velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offẽdimus oẽs, vnusq; sicut misericordiã & bonitate, ita seueritatẽ & iudicium

Ioan. 4.

Marc. 9.
Matt. 10.
2. Cor. 4.

Iacob. 2.

ante oculos habere debet: neque seipsum aliquis, etiamsi nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominũ vita non humano
1. Cor. 4. no iudicio examinanda & iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tũc laus
Matt. 16. erit vnicuiq; à Deo, qui (vt scriptum est) red-
& Ro. 2. det vnicuique secundum opera sua.

Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam, quã nisi quisq; fideliter firmitérque receperit, iustificari non poterit, placuit sanctæ Synodo hos canones subiungere, vt omnes sciant non solum quid tenere & sequi, sed etiam quid vitare & fugere debeant.

CANONES.

1 Siquis dixerit hominem suis operib⁹, q̃ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinã fiãt, absque diuina per Christũ Iesum gratia posse iustificari corã Deo, anathe. sit.

2 Si quis dixerit ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, vt facilius homo iuste viuere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrunque, sed ægre tamen & difficulter possit, anathema sit.

3 Si quis dixerit sine præueniente spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

Siquis

Siquis dixerit liberum hominis arbitrium 4
à Deo motum & excitatũ, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atq; vocãti, quod ad obtinẽdã iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, meréque passiuè se habere, anath. sit.

Si quis liberum hominis arbitrium post A- 5
dæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo imò titulũ sine re, figmentum denique à Satana inuectũ in ecclesiam, anathema sit.

Si quis dixerit non esse in potestate homi- 6
nis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari non permissiue solũ, sed etiam proprie & per se, adeò vt sit eius proprium opus non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit.

Si quis dixerit opera omnia quæ ante iusti- 7
ficationẽ fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata vel odium Dei mereri, aut quãto vehemẽtius quis nititur se disponere ad gratiã tanto eũ grauius peccare anath. sit.

Si quis dixerit gehennæ metũ per quem ad 8
Dei misericordiã de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse aut peccatores peiores facere, anath. sit.

Si quis dixerit sola fide impiũ iustificari, ita 9
vt intelligat nihil aliud requiri quod ad iustificationis gratiã consequendã cooperetur, &

nulla ex parte necesse esse eum suæ volũtatis motu præparari atque disponi, anathema sit.

10 Siquis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, anath. sit.

11 Siquis dixerit hominẽ iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorũ remissione exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorũ per spiritũ sanctũ diffundat̃, atque illi inhæreat, aut etiã gratiã qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anath. sit.

12 Siquis dixerit fidẽ iustificãtẽ nihil aliud esse quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciã solã esse qua iustificamur, anath. sit.

13 Siquis dixerit omni homini ad remissionẽ peccatorum assequendam necessarium esse vt credat certo & absque vlla hæsitatione propriæ infirmatis & indispositionis peccata sibi esse remissa, anathema sit.

14 Siquis dixerit hominem à peccatis absolui, ac iustificari ex eo quod se absolui ac iustificari certo credat: aut neminem vere esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, ana. sit.

15 Si quis dixerit hominem renatum, & iustificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero prædestinatorum, anath. sit.

16 Siquis magnum illud vsque in finẽ perse-

uerã-

uerantiæ donum se certo habiturum absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, anath. sit.

17 Siquis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitã cõtingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit.

18 Si quis dixerit Dei præcepta, homini etiam iustificato & sub gratia cõstituto, esse ad obseruandum impossibilia, anath. sit.

19 Siquis dixerit nihil præceptum esse in euangelio præter fidem, cætera esse indifferẽtia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anath. sit.

20 Siquis hominem iustificatũ & quantũlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiã mandatorum Dei & ecclesiæ, sed tantum ad credendum, quasi verò Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorũ, anath. sit.

21 Siquis dixerit Christũ Iesum à Deo hominibus datũ fuisse vt redemptorẽ cui fidãt, nõ etiam vt legislatorẽ cui obediant, anath. sit.

22 Siquis dixerit iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse vel cum eo non posse, anath. sit.

23 Siquis hominẽ semel iustificatũ dixerit amplius peccare non posse, neq; gratiam amit-

tere, atq; ideo eũ qui labit & peccat, nunquã vere fuisse iustificatũ: aut cõtrà, posse eum tota vita peccata omnia etiã venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet ecclesia, anathem. sit.

24 Siquis dixerit iustitiam acceptã non cõseruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo & signa esse iustificationis adeptæ, non etiam ipsius augendæ causa, anath. sit.

25 Siquis in quolibet bono opere iustũ saltẽ venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabili⁹ est) mortaliter, atq; ideo pœnas æternas mereri, tantũq; ob id nõ dãnari, quia Deus ea opera non imputet ad dãnationem, anat. sit.

26 Siquis dixerit iustos nõ debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiã & Iesu Christi meritũ, si bene agẽdo, & diuina mãdata custodiendo vsque in finem perseuerauerint, anathe. sit.

27 Siquis dixerit nullũ esse mortale peccatũ, nisi infidelitatis, aut nullo alio quãtũuis graui & enormi, præterquã infidelitatis, peccato semel acceptam gratiam amitti, anath. sit.

28 Siquis dixerit amissa per peccatum gratia, simul, & fidem semper amitti: aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua: aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anath.

Siquis dixerit eũ qui post baptismũ lapsus 29
est, non posse p Dei gratiã resurgere: aut posse quidẽ, sed sola fide amissam iustitiã recuperare, sine sacramento pœnitẽtiæ, prout sancta Romana & vniuersalis ecclesia à Christo Domino & eius Apostolis edocta, hucusque professa est, seruauit & docuit, anathem. sit.

Siquis post acceptã iustificationis gratiam, 30
cuilibet peccatori pœnitẽti, ita culpã remitti & reatũ æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendę, vel in hoc seculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere possit, anathem. sit.

Siqs dixerit iustificatũ peccare, cũ intuitu 31
æternę mercedis bene operatur, anathem. sit.

Siquis dixerit hominis iustificati bona o- 32
pera, ita esse dona Dei, vt nõ sint etiã bonã ipsi⁹ iustificati merita: aut ipsũ iustificatũ bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritũ (cui⁹ viuũ mẽbrũ est) fiunt, nõ vere mereri augmentũ gratiæ vitã æternã & ipsi⁹ vitę æternę (si tm̃ in gratia discesserit) cõsecutionẽ, atq; etiã gloriæ augmẽtũ, ana. sit.

Siquis dixerit p hãc doctrinã catholicã de 33
iustificatione à sancta Synodo hoc p̃senti Decreto expressã, aliqua ex pte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi domini nostri derogari & non potius veritatẽ fidei nostræ, Dei denique ac Iesu Christi gloriam illustrari, ana. sit.

DECRETVM DE SACRAMENtis Ecclesiæ, & de residentia ac reformandis in Ecclesia moribus, factum in Sacrosancta Oecumenica & generali Tridentina Synodo, VII. Sessione, die 3. Martij.

1547.

AD consummationem salutaris de iustificatione doctrinæ (quæ in præcedenti proxima sessione vno omnium patrum consensu promulgata fuit) consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiæ sacramentis agere: per quę omnis vera iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quę circa sanctissima ipsa sacramenta hac nostra tempestate, tũ de damnatis olim à patribus nostris hæresibus suscitatæ, tum etiam de nouo adinuętæ sunt: quæ catholicæ ecclesiæ puritati, & animarũ saluti magnopere officiunt, sanctarum scripturarum doctrinæ, apostolicis traditionib⁹, atque aliorum conciliorum & patrum consensui inhærẽdo, hos præsentes Canones statuendos & decernendos censuit: reliquos qui supersunt, ad cœpti operis perfectionẽ, deinceps diuino spiritu adiuuante æditura.

Canones de sacramentis in genere.

1 Siquis

1 Siquis dixerit sacramenta nouæ legis nõ fuisse omnia à Iesu Christo domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quã septem, videlicet Baptismum, Confirmationẽ, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium: aut etiam aliquod horum septem non esse verè & proprie sacramentum, anathema sit. *7. Sacramenta.*

2 Siquis dixerit ea ipsa nouæ legis sacramenta à sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi, anathema sit.

3 Siquis dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.

4 Siquis dixerit sacramenta nouæ legis nõ esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

5 Siquis dixerit hæc sacramenta propter solam fidẽ nutriendã instituta fuisse, anath. sit.

6 Siquis dixerit sacramenta nouæ legis nõ continere gratiam quam significãt, aut gratiã ipsam nõ ponentibus obicẽ nõ conferre, quasi signa tantũ externa sint acceptæ p fidẽ gratiæ vel iustitiæ, & notæ quędam Christianæ perfectionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anath. sit.

7 Siquis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quã tũ est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anath. sit.

8 Siquis dixerit ipsa nouæ legis sacramenta opere operato non conferre gratiam, sed solum fidem diuinæ promissionis ad gratiã consequendam sufficere, anath. sit.

9 Siquis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione & Ordine, nõ imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.

10 Siquis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

11 Siquis dixerit in ministris, dũ sacramẽta cõficiunt & conferunt, non requiri intentionẽ, saltẽ faciẽdi, quod facit ecclesia, ana. sit.

12 Siquis dixerit ministrũ in peccato mortali existẽtem, modo omnia essent: si alia quę ad sacramentum conficiendum, aut cõferendum pertinent seruauerit non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.

13 Siquis dixerit receptos & approbatos, & ecclesiæ catholicæ ritus in solenni sacramẽtorũ administratione adhiberi cõsuetos, aut cõtẽni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quẽcunque ecclesiarum pastorem mutari posse, anath. sit.

DE BAPTISMO.

1 Siquis dixerit baptismum Ioānis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anat. sit.

2 Siquis dixerit aquam veram & naturalē non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa domini Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, anath. sit. *Ioan. 3.*

3 Siquis dixerit in ecclesia Romana, quæ omnium ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de baptismi sacramento doctrinam, anathema sit.

4 Siquis dixerit baptismū, qui etiam dat̄ ab hæreticis in noīe patris & filij & spirit⁹ sancti, cum intentione faciendi quod facit ecclesia, non esse verum baptismum, anathem. sit.

5 Siquis dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anat. sit.

6 Siquis dixerit baptizatum nō posse etiā si velit gratiā amittere, quantūcunq; peccet, nisi nolit credere, anathema sit.

7 Siquis dixerit baptizatos p̄ baptismū ipsū solius tantum fidei debitores fieri, nō autem vniuersæ legis Christi seruandæ, anat. sit.

8 Siquis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint, anathema sit.

9 Siquis dixerit ita reuocādos esse homines

ad baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia quæ poſt baptiſmum fiunt, vt promiſſionis in baptiſmo ipſo iam facta, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi baptiſmo, anath. ſit.

10 Siquis dixerit peccata omnia quæ poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fidei ſuſcepti baptiſmi, vel dimitti vel venialia fieri, anath. ſit.

11 Siquis dixerit verum & rite collatum baptiſmum iterandum eſſe illi qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, anath. ſit.

12 Siquis dixerit neminem eſſe baptizandũ niſi ea ætate qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, anath. ſit.

13 Siquis dixerit paruulos, eò quòd actũ credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe: ac propterea cũ ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos: aut præſtare omitti eorum baptiſma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide eccleſiæ, anath. ſit.

14 Siquis dixerit huiuſmodi paruulos cum adoleuerint interrogandos eſſe an ratum habere velit, quod patrini eorum nomine dum baptizarentur polliciti ſunt, & vbi ſe nolle reſponderint ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitã cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ aliorúmque ſacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anath. ſit.

DE CONFIRMATIONE.

1 Si quis dixerit cõfirmationem baptizatorum ociosam ceremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quã catechesim quãdã, qua adolescẽtiæ proximi, fidei suæ rationem coram ecclesia exponebant, anath. sit.

2 Siquis dixerit iniurios esse Spiritui sancto eos qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, anath. sit.

3 Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinarium ministrũ non esse solùm episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, anat. sit.

Eadem sacrosancta synodus eisdem præsidentibus & legatis incœptum residentiæ & reformationis negotium, ad Dei laudem & Christianæ religionis incrementum prosequi intendens, vt sequitur, statuendum censuit: Salua semper in omnibus sedis apostolicæ authoritate.

1 Ad cathedralium ecclesiarum regimen, nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morũ, literarúmque scientia, iuxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit, Cum in cunctis, in concilio Lateranensi promulgatam, præditus assumatur.

2 Nemo quacunque etiam dignitate, gradu, & præminẽtia præfulgens, plures metropolitanas seu cathedrales ecclesias in titulũ

siue commendam, aut alio quouis nomine contra sacrorum canonum instituta recipere,& simul retinere præsumat, cum valde felix sit ille censendus,cui vnam ecclesiam bene ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Qui autem plures ecclesias contra præsentis Decreti tenorem nunc detinent,vna quam maluerint retenta, reliquas infra sex menses (si ad liberam sedis apostolicæ dispositionem pertineant) aliàs infra annum dimittere teneantur. Alioquin ecclesiæ ipsæ, vltimo obtenta dūtaxat excepta,eo ipso vacare censeantur.

3 Inferiora beneficia,præsertim curam animarum habentia, personis dignis & habilibus,& quæ in loco residere ac per seipsos curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexandri III. Lateranensis,quæ incipit,Quia nonnulli:& aliam Gregorij X.in generali Lugdunensi concilio,quæ incipit, Licet canon,æditam,conferantur: Aliter autem facta collatio, siue prouisio, omnino irritetur:& ordinarius collator pœnas constitutionis concilij generalis,quæ incipit, Graue nimis,se nouerit incursurum.

4 Quicunque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam sacrorum canonum, & præ-

sertim

sertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit, De multa, recipere ac simul retinere præsumpserit : beneficiis ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure etiam præsentis canonis vigore priuatus existat.

5 Ordinarij locorum quoscunque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant : & aliàs procedant iuxta constitutionem Gregorij X. in generali Lugdunensi concilio æditam, quæ incipit, Ordinarij. Quam eadem sacrosancta Synodus innouandam censet, & innouat: Addens insuper, quòd ipsi ordinarij, etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur: & beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur : appellationibus & exemptionibus quibuscunque, etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus, in præmissis nemini suffragantibus.

Vniones perpetuæ à XL. annis circa factæ, examinari ab ordinariis tanquam à sede Apostolica delegatis possint: & quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarẽtur. Illæ verò quæ à dicto tem-

pore citra conceſſæ, nondum in toto vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient (niſi eas ex legitimis aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci ordinario vocaris quorum intereſt, verificandis factas fuiſſe conſtiterit) per ſubreptionem obtentæ præſumantur: ac propterea, niſi aliter à ſede Apoſtolica declaratum fuerit viribus omnino careant.

7 Beneficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus collegiatis ſeu aliis eccleſiis, vel monaſteriis beneficiis ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcunque, perpetuo vnita & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis viſitẽtur: qui ſolicitè prouidere procurẽt, vt per idoneos vicarios perpetuos (niſi ipſis ordinariis pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur) ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori vel minori, arbitrio ipſorum ordinariorum, portione etiam ſuper certa re aſſignãnda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appẽllationibus, priuilegiis, exẽptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcunque, in præmiſſis minime ſuffragantibus.

8 Locorum ordinarij, eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas, authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur

tur, & opportunis remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, si qua illis immineat, aliisque debitis obsequiis, minimè defraudentur. Appellationibus, priuilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præscriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusis.

9 Ad maiores ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à iure statutum suscipiant, & prorogationes vltra sex menses concessæ, nulli suffragentur.

10 Non liceat capitulis ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias seu reuerendas (vt aliqui vocant) tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui qui beneficij ecclesiastici recepti siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, capitulum contrauenies, ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant in maioribus verò ab executione ordinum ab beneplacitum futuri prælati sint ipso iure suspensi.

11 Facultates de promouendos à quocunque non suffragentur nisi habētibus legitimam

cau-

causam, ob quam à propriis episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, nisi ab episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo pontificalia exercente, & diligenti præuio examine.

12 Facultates de non promouendo, præter quam in casibus à iure expressis concessæ, ad annum tantum suffragentur.

13 Præsentati, seu electi vel nominati quibusuis ecclesiasticis personis, etiam sedis apostolicæ nunciis, ad quæuis ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur: etiam prætextu cuiusuis priuilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur: præsentatis tantum electis, seu nominatis ab vniuersitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.

14 In exemptorum causis constitutio Innocentij IIII. quæ incipit, Volentes, in generali concilio Lugdunensi ædita seruetur: quam eadem sacrosancta Synodus innouandam censuit, & innouat: Addendo insuper, quòd in ciuibus causis mercedum & miserabilium personarum clerici seculares

aut

aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam si certum iudicem à sede apostolica deputatum in partibus habeant: In aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis, conueniri, & iure medio adsoluendum debitum cogi & compelli possint: Priuilegiis exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

15 Curent ordinarij, vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur: Constitutiones concilij Viennen. quæ incipit, Quia contingit, forma seruata. Quam quidem constitutionem eadem sancta synodus innouandam duxit & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

Eadem sacrosancta synodus, eisdem præsidentibus & Apostolicæ sedis legatis, ad restituendam collapsam admodum ecclesiasticam disciplinam, deprauatósque in clero & populo Christiano mores emendandos si accingere volens: ab iis qui maioribus ecclesiis præsunt, initium censuit esse sumendum. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum. Confidens itaque per Domini

ac Dei nostri misericordiam, prouidámque ipsius Dei in terris vicarij solertiam, omnino futurum, vt ecclesiarum regimen (onus quippe angelicis humeris formidandum) qui maximè digni fuerint, quorúmque prior vita ac omnis ætas à puerilibus exordiis vsque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia laudabiliter acta testimonium præbeat, secundum venerabiles beatorum Patrum sanctiones assumantur omnes. Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & cathedralibus ecclesiis quibuscunque, quouis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes sibi & vniuerso gregi, in quo spiritus sanctus posuit eos regere ecclesiam Dei, quã acquisiuit sanguine suo, vigilent: sicut Apostolus præcipit, In omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant: atque omnium suarum (quarum sanguis de eorum manibus est à supremo iudice requirendus) custodiæ minimè incumbant: cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem si lupus oues comedit, & pastor nescit. Ac nihilominus quia nonnulli (quod vehementer dolendum est) hoc tempore reperiuntur qui propriæ etiam salutis immemores, terrenáque cælestibus, ac

diuinis

diuinis humana præferentes in diuersis curis vagantur aut negociorum temporalium solicitudine ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos. Placuit sacrosanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum atque hominum iniuria penè in desuetudinem abierunt aduersus non residentes promulgatos innouare: quemadmodum virtute præsentis Decreti innouat: ac vlterius pro firmiori eorundem residentia, & reformandis in ecclesia moribus, in hunc qui sequitur modum statuere atque sancire.

1 Siquis à patriarchali primatiali, metropolitana seu cathedrali ecclesia sibi quocunque titulo, causa, nomine seu iure commissa, quacunque ille dignitate, gradu, ac præeminentia præfulgeat (legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus) & sex mensibus continuis extra suam diœcesim morando abfuerit quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrat. Quòd si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente verò contumacia (vt seuerioris sacrorum Canonum censuræ subiiciatur) Metropolitanus suf-

fraganeos episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ, eo ipso incurrenda infra tres menses per literas seu nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis authoritate animaduertere, & in ecclesiis ipsis de pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in domino nouerit salubriter expedire.

1 Episcopi inferiores quæuis beneficia ecclesiastica personalem residentiam de iure seu consuetudine exigentia, in titulum siue commendam obtinentes, ab eorum ordinariis (quemadmodum eis pro bono ecclesiarum regimine, & diuini cultus augmento, locorum & personarum qualitate pensarat, expediens videbitur) opportunis iuris remediis residere cogantur: Nullíque priuilegia seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur: Indulgentiis verò & dispensationibus temporalibus ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitime probandis, in suo robore permansuris. Quibus casibus, nihilominus officium sit Episcoporum tanquam in hac parte à sede apostolica de-

lega-

legatorum prouidere, vt per deputationem idoneorum vicariorum & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quoad hoc priuilegio seu exemptione quacunque suffragante.

3 Ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum excessus, prudenter ac diligenter intendant, & nemo clericus secularis cuiuscuis personalis vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegij prętextu tutus censeatur, quo minus fide liquerit, ab ordinario loci, tanquam super hoc à sede apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.

4 Capitula cathedralium & aliarum maiorum ecclesiarum, illorúmque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiis (quæ tantum suos obligent authores, non etiam successores) tueri se possint, quo minus à suis episcopis, & aliis maioribus prælatis, per seipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fuerit, visitari, cõrrigi, & emendari, etiam authoritate apostolica possint, & valeant.

5 Nulli episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu, põtificalia in alterius diœcesi exer-

cere, nisi de ordinarij loci expresse licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tãtum. Si secus factum fuerit, episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum, sint ipso iure suspensi.

Dum celebraretur hoc concilium mortuus est Paulus tertius die 9. Nouembris 1549. Sub quo fuerat inchoatum. Post hunc Paulum successit in pontificatu Iulius tertius anno Domini 1559. mensis Februarij, & sub isto continuatum est idem concilium & datæ sunt in eo aliquæ fidei definitiones, & decreta: sunt aliqua statuta ad mores corrigendos quæ omnia sequenti ordine dispositæ sunt.

DECRETVM, DE SANCTISSIMO Eucharistiæ sacramento, publicatum in tertia Sessione Tridentina, sub Iulio Papa tertio die xj. Octobris.

M. D. LI.

SACROSANCTA, œcumenica, & generalis, Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata: præsidentibus in ea, eisdem sanctæ sedis apost. legato, & nunciis.

Et

Etsi in eum finem, non absque peculiari scilicet ductu, & gubernatione conuenerit vt veram & antiquam, de fide, & sacramentis doctrinam exponeret: & vt hæresibus omnibus, & aliis grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitatur, & in multas, & varias partes scinditur, remedium afferret: hoc præsertim iam inde à principio in votis habuit, vt stirpitus conuelleret zizaniam execrabilem errorum, & schismatum quam inimicus homo iis nostris calamitosis temporibus, in doctrina fidei, vsu, & cultu sacrosanctæ eucharistiæ super se minauit. Quam alioquin saluator noster: in Ecclesia sua, tanquam symbolum reliquit, eius vnitatis, & charitatis: quia Christianos omnes, inter se coniunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta synodus, sanam, & sinceram illam de venerabili hoc & diuino eucharistiæ sacramento, doctrinam tradens: quam semper catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo, domino nostro, & eius apostolis erudita, atque à spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies suggerente, edocta retinuit: & ad finem vsque seculi conseruabit omnibus Christi fidelibus interdicit: ne posthac de sanctissima eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant: quam vt est, hac præsenti decreto, explica-

tum, atque diffinitum.

De reali præsentia domini nostri Iesu Christi, in eucharistiæ sacramento. Can. 1.

Principio docet sancta synodus, & aperte ac simpliciter profitetur: in almo sanctæ eucharistiæ sacramento, post panis, & vini consecrationem D. N. Iesum Christum, verum Deum, atque hominem, vere, realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium contineri: Nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse saluator noster, semper ad dexteram patris in cælis assidet, iuxta modum existendi naturalem: &, vt multis nihilominus aliis in locis, sacramentaliter præsens, sua substantia nobis adsit: ea existendi ratione, quam, etsi verbis exprimere vix possumus: possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus: & constantissime credere debemus. Ita enim maiores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt: qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt: hoc tam admirabile sacramentum, in vltima cœna, redemptorem nostrum instituisse: cum post panis, vinique benedictionem: se, suum ipsius corpus, illis præbere, ac suum sanguinem: disertis ac perspicuis verbis, testatus est. Quæ verba à sanctis euangelistis commemorata,

& à diuo Paulo postea repetita : cum propriam illam , & apertissimam significationem præ se ferant , secundum quam à patribus intellecta sunt : indignissimum sanè flagitium est : ea, à quibusdam contentiosis, & prauis hominibus ad fictitios , & imaginarios topos , quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur,contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri : quæ , tanquam columna , & firmamentum veritatis , hæc , ab impiis hominibus excogitata commenta velut sathanica,detestata est:grato semper,& memore animo,præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

De ratione institutionis huius sanctissimi Sacramenti. Can.2.

Ergo saluator noster : discessurus ex hoc mundo ad patrem , sacramentum hoc instituit:in quo diuitias diuini sui , erga homines , amoris velut effudit : Memoriam faciens mirabilium suorum. Et ,in illius sumptione , colere nos sui memoriam præcepit : suámque annunciare mortem : donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit sacramentum hoc , tanquam spiritalem animarum cibum : quo alantur, & confortentur viuentes , vita illius qui dixit : Qui manducat me , & ipse viuet propter me:& tanquam antidotum, quo liberes-

mur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ fœlicitatis à Deo quæ symbolum vnius corporis, cuius illius corporis, cuius ipse caput existit: cuique nos tanquam membra, arctissima fidei, spei, & charitatis connexione astrictos esse voluit: vt idipsum omnes disceremus, neque essent in nobis schismata.

Philip. 4.

De excellentia sanctissimæ eucharistiæ, super reliquæ sacramenta.

Can. 3.

Communione hoc quidem est sanctissimæ eucharistiæ, cum cæteris sacramentis, symbolum esse, rei sacræ & inuisibilis gratię formam visibilem: verum, illud in ea excellens, & singulare reperitur: quod reliqua sacramenta, tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis vtitur: at in eucharistia ipsa, sanctitatis author, ante vsus est. Nondum enim eucharistiam de manu domini, apostoli susceperant: cum verè tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Et semper hæc fides in ecclesia Dei fuit: statim post consecrationem, verum domini nostri corpus verúmque eius sanguinẽ sub panis & vini specie, vna cum ipsius anima, & diuinitate existere: sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum: ipsum autem corpus

Lucæ 22. Marc. 14.

sub

ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animámque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, quæ partes Chriſti domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulentur: diuinitatem porro, propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter, veriſſimum eſt, tantundem ſub altera ſpecie, atque ſub vtraque contineri: totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte: totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

De tranſſubſtantiatione.

Can. 4.

Quoniam autem Chriſtus, redemptor noſter, corpus ſuum, id quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit: ideo perſuaſum ſemper in eccleſia Dei fuit: idque nunc denuo, ſancta hæc ſynodus declarat per conſecrationem panis & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti, Domini noſtri: & totius ſubſtantiæ vini, in ſubſtantiam ſanguinis eius quæ conuerſio conueniẽter & proprie à ſancta catholica eccleſia, tranſſubſtantiatio eſt appellata.

De cultu, & veneratione, huic ſanctiſſimo ſacramento exhibenda. Can. 5.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur: cum omnes Christi fideles, pro more in catholica ecclesia, semper recepto: latriæ cultum: qui verè debetur: huic sanctissimo sacramento, in veneratione adhibeant. Neque enim minus est adorandum: quod fuerit à domino, vt sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum, præsentem in eo, adesse credimus quem pater æternus, introducens in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei: quem Magi procidentes, adorauerunt: quem denique in Galilæa, ab Apostolis adoratum fuisse, scriptura testatur.

Declarat præterea sancta synodus: pie, & religiose admodum in Dei ecclesia, inductũ fuisse hunc morem, vt singulis annis, peculiari quodam, & festo die, præcelsum hoc, & venerabile sacramentum, singulari veneratione, & solennitate, celebraretur: vtque in processionibus, reuerenter, & honorifice, illud per vias, & loca publica circunferetur. Æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies: cum Christiani omnes, singulari, ac rara quadam significatione, gratos, & memores testentur animos, erga communem dominum, & redemptorem, pro tam ineffabili & plane diuino beneficio quo mortis eius victoria, & triumphus repræsentatur.

Ac sic

Ac sic quidem oportuit, victricem veritatem, de mendacio, & hæresi, triumphum agere: vt eius aduersarij, in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ ecclesiæ lætitia positi: vel debilitati, & fracti, tabescant: vel pudore affecti, & confusi, aliquando resipiscant.

De asseruando eucharistiæ sacramento, & ad infirmos deferendo.

Can. 5.

Consuetudo asseruandi in sacrario sanctam eucharistiam, adeo antiqua est, vt eam sæculum etiam Nicæni concilij 5. agnouerit. Porro, deferri ipsam sacram eucharistiam ad infirmos, & in hunc vsum in ecclesiis conseruari: præterquam quod cum summa æquitate, & ratione, coniunctum est: tum multis in conciliis præceptum inuenitur: & vetustissimo catholicę ecclesię, more, est obseruatum. Quare sancta hæc synodus, retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem, statuit.

De præparatione, quæ adhibenda est: vt digne quis sanctam eucharistiam percipiat.

Can. 7.

Si non decet, ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sancte: certe, quo magis sanctitas, & diuinitas, cælestis huius sacramenti, viro Christiano comperta est: eo diligentius cauere ille debet, ne absque ma-

gna reuerentia: & sanctitate, ad id percipiendum accedat: præsertim cum illa plena formidinis verba apud apostolos legamus.

Cor. 11. Qui manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus domini. Quare communicare volenti, reuocandum est in memoriam eius, præceptum: Probet autem seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram eucharistiam accedere debeat: quod à Christianis omnibus etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare hæc sancta synodus, perpetuo seruandum esse decreuit: modo non desit illis copia nõ confessoris. Quod si necessitate vrgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit: quam primum confiteatur.

De vsu admirabilis huius sacramenti.

Can. 8.

Quo ad vsum autem, recte & sapienter, patres nostri, tres rationes, hoc sanctum sacramentum accipiendi, distinxerunt: Quosdam enim docuerunt, sacramentaliter duntaxat id sumere vt peccatores, alios tantum spiritualiter illos nimirum qui voto propositum illum cælestem panem edentes, fi-

de

de viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem sentiunt. Tertio porrò sacramentaliter simul & spiritualiter: si autem sunt, qui ita se prius probant, & instruunt: vt vestem nuptialem induti, ad diuinam hanc mensam accedant: in sacramentali autem sumptione, semper in ecclesia Dei, mos fuit, vt laici, à sacerdotibus communionem acciperent: sacerdotes autem celebrantes, seipsos communicarent: qui mos, tanquam ex traditione apostolica descendens, iure, ac merito, retineri debet.

Demum verò, paterno affectu, admonet sancta synodus, hortatur, rogat, obsecrat, per viscera misericordiæ Domini nostri: vt omnes, & singuli, qui Christiano nomine cẽsentur, in hoc vnitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo, iam tandem aliquando conueniant, & concordent. Memoréque tantæ maiestatis & tam eximij amoris, Iesu Christi Domini nostri: qui dilectam animam suam, in nostræ salutis pretium: & carnem suam nobis dedit ad manducandum: hæc sacra mysteria, corporis, & sanguinis eius, ea fidei constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate & cultu, credant, & venerentur: vt panem illum super substantialem, frequenter

Psal.110. susciperе possint. Et is, vere eis sit animæ vita : & perpetua sanitas mentis : cuius vigore confortati, ex huius miseræ peregrinationis itinere, ad cælestem patriam peruenire valeant: eundem panem angelorum, quem modo sub panis velaminibus edunt, absque vllo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi & detegantur, & refellantur errores: placuit sanctæ synodo, hos canones subiungere : vt omnes, iam agnita doctrina catholica, intelligant quoque, quæ illis hæreses cauerit, vitaríque debeant.

CANONES DE SACRAmento Eucharistiæ.

Primus Canon.

Si quis negauerit: in sanctissimo Eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter & substãtialiter, corpus & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate, Domini nostri Iesu Christi: ac proinde totum Christum : sed dixerit, tantummodo esse in eo, vt in signo, vel figura: aut virtute: anathema sit.

Can. 2.

Si quis dixerit : in sacrosanctæ eucharistiæ sacramento, remanere substantiam panis, & vini, vna cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi; negauerítque mirabi-

mirabilem illam, & singularem conuersionem, totius substantię panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem: manentibus duntaxat speciebus panis, & vini quam quidem conuersionem: catholica Ecclesia, aptissime, transsubstantiationem appellat, anathema sit.

Can. 3.

Siquis negauerit: in venerabili sacramáto eucharistiæ, sub vnaquaque specie, & sub singulis, cuiusque speciei, partibus: separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit.

Can. 4.

Si quis dixerit: peracta consecratione, in admirabili eucharistiæ sacramento, non esse corpus, & sanguinẽ Domini nostri Iesu Christi: sed tantum in vsu, dum sumitur: non autem ante, vel post: & in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, anathema sit.

Can. 5.

Si quis dixerit: vel præcipuum fructũ, sanctissimæ eucharistæ, esse remissionem peccatorum: vel ex ea, non alios effectus prouenire, anathema sit.

Can. 6.

Siquis dixerit: in sancto eucharistiæ sacramento

meritò Christum, vnigenitum Dei filium non esse cultu Latriæ, etiam externo adorandum: atque ideo nec festiua peculiari celebritate venerandum neque in processionibus, secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, solenniter circum gestandum: vel non publice, vt adoretur, populo proponendum & eius adoratores, esse idololatras: anathema sit.

Can.7.

Si quis dixerit: non licere, sacram eucharistiam in sacrario reseruari: sed statim post cõsecrationem, astantibus necessario distribuẽdam: aut non licere, vt illa ad infirmos honorifice deferatur: anathema sit.

Can.8.

Si quis dixerit: Christum in eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari & non etiam sacramentaliter, ac realiter: anathema sit.

Can.9.

Si quis negauerit: omnes, & singulos Christi fideles, vtriusque sexus: cum ad annos discretionis peruenerint: teneri, singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum: iuxta præceptum sanctæ matris ecclesiæ: anathema sit.

Can.10.

Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti

branti ſeipſum communicare : anathema ſit.

Can. II.

Siquis dixerit : ſolam fidem, eſſe ſufficientem præparationem, ad ſumendum ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum : anathema ſit. Et, ne tantum ſacramentum, indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem ſumatur: ſtatuit, atque declarat, ipſa ſancta Synodus: illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem, contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere, præſumpſerit : eo ipſo excommunicatus exiſtat.

DECRETVM SVPER REFORmationem, publicatum, Seſſione habita XI. Octobris. M. D. LI.

EAdem ſancta Tridentina ſynodus, præſidentibus in ea, eiſdem ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Legato, & Nunciis: intendens nonnulla ſtatuere : quæ ad iuriſdictionem pertinent Epiſcoporum: vt, iuxta proximę Seſſionis decretum, illi, in commiſſis ſibi Eccleſiis, eo libentius reſideant, quo facilius, & com-

modius, sibi subiectos regere, & in vitæ, ac morum honestate, continere potuerint: illud primum eos admonendos censet: vt, se pastores, non præcursores, esse meminerint: atque ita præesse sibi subditis oportere: vt non in eis dominentur: sed illos, tanquam filios, & fratres diligant: elaborentque vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant: ne, vbi deliquerint debitis eos pœnis coërcere, cogãtur. Quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit: illa apostoli est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia: cum sæpe plus, erga corrigendos, agat beneuolentia, quam austeritas: plus exhortatio, quam comminatio: plus charitas, quam potestas. Sinautem, ob delictis grauitatem, virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est: vt sine asperitate, disciplina populis salutaris, ac necessaria, conseruetur: & qui correcti fuerint, emendentur: aut si resipiscere noluerit, cæteri (salubri in eos animaduersionis exemplo) à vitiis deterreantur. Cum sit diligentis, & pij simul pastoris officium, morbis ouium, leuia primum adhibere fomenta: post, vbi morbi grauitas ita postulet, ad veriora, & grauiora remedia descẽdere: sin autem nec ea quidem proficiant illis submouendis, cæteras saltem

2. Tim. 4.

oues

ores à contagionis periculo liberare.

Cum igitur rei criminum, plerunque ad euitandas pœnas, & Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas, & grauamina simulent: & appellationis diffugio, iudicis processum impediant: ne remedio, ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur: atque vt huiusmodi eorum calliditati, & tergiuersationi occurratur: ita statuit, & decreuit.

Can. 1.

In causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali: ante diffinitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine, non appelletur: nec episcopus, seu vicarius, appellationi huiusmodi, tanquam friuolæ, deferre teneatur: sed ea, à quacunque inhibitione, ab appellationis iudicio emanata, necnon, omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante, ad vlteriora valeat procedere: nisi grauamen huiusmodi per diffinitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiua appellari, non possit: quibus casibus, sacrorum, & antiquorum canonum statuta, illibata persistant.

Can. 2.

A sententia episcopi, vel ipsius in spiritualibus vicarij generalis, in criminibus, appellationis causa (vbi appellationis locus fuerit) si apostolica authoritate, in partibus, eam committi contigerit: metropolitano, seu illius etiam vicario in spiritualibus generali: aut si ille aliqua de causa suspectus foret, vel vltra duas legales dictas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, vni ex vicinioribus episcopis, seu illorum vicariis, non autem inferioribus iudicibus, committatur.

Can. II.

Reus, ab episcopo, aut eius vicario in spiritualibus generali, in criminali causa, appellare coram iudice possit: ei, ad quem appellauit, acta primæ instantiæ omnino producat: & iudex nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat: is autem à quo appellatum fuerit, intra xxx. dies, acta ipsa postulanti gratis exhibeat: alioqui absque illis causa appellationis huiusmodi, prout in iustitia sua asserit, terminetur. Cum verò tam grauia nonnunquam sint delicta, ab ecclesiasticis commissa personis: vt, ob eorum atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari: in quo secundum sacros canones, certus episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur: si

quando

quando autem interuenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decreuit.

Can. 4.

Episcopo, per se, seu illius vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per seipsum etiam, ad actualem, atque solennem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis: in casibus, in quibus aliorum episcoporum præsentia, in numero à canonibus diffinito requiritur: & absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus, totidem abbatibus, visum mitræ & baculi, ex priuilegio apostolico habentibus: si in ciuitate, aut diœcesi reperiri, & commode interesse possint. Alioquin aliis personis, in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles: existant.

Et quoniam post perfectas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit: vt nonnulli eiusmodi gratias extorqueant, per quas, pœnæ illis, episcoporum iuxta seueritatem inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur: cum non ferendum sit, vt mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum impu-

nitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, vt sequitur, statuit, & decreuit.

Can. 5.

Episcopus apud ecclesiam suam residens, de surreptione, & obreptione gratiæ: quæ super absolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat: aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit: falsis precibus impetratur: per seipsum, tanquam sedis apostolicæ delegatus, etiam summarie cognoscat: ipsámque gratiam postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam esse, legitimè constiterit, non admittat.

Quoniam verò subditi episcopo: tametsi iure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse: & tanquam iniuria affecti sint, falsa illi crimina obiicere solent: vt quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant: cuius vexationis timor, plerunque illum, adinquirenda, & punienda eorum delicta, segniorem reddit: idcirco, ne ij, magno suo, & ecclesiæ incommodo, gregem sibi creditum relinquere: ac non sine episcopalis dignitatis diminutione, vagari cogantur, ita statuit & decreuit.

Can. 6.

Epi-

Episcopus: nisi ob causam, ex qua deponendus, siue priuandus veniret: etiam si ex officio, aut per inquisitionem seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur: vt personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

Can. 7.

Testes in causa criminali, ad informationem, vel iudicia, seu alias in causa principali, contra episcopum: nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur: & si odio, temeritate, aut cupiditate, aliquid deposuerint grauibus pœnis multentur.

Can. 8.

Causæ episcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant coram pontifice maximo referantur ac per ipsum terminentur.

DECRETVM PROROGATIONIS diffinitionis quaruor articulorum de sacramento Eucharistiæ, & salui conducti protestantibus dandi, publicatum in sessione xj. Octob. 1551.

EAdem sancta Synodus, errores omnes, qui super hoc sanctissimo sacramento repullularunt, tãquam vepres ex agro domini

eō euellere, ac omnium fidelium ſaluti proſpicere cupiens, quotidianis precibus, Deo omnipotenti piè oblatis: inter alios ad hoc ſacramentum pertinentes articulos, diligentiſſima veritatis catholicæ inquiſitione tractatos plurimis, accuratiſſimíſque pro rerum grauitate diſputationibus habitis: cognitis quoque præſtantiſſimorum theologorum ſententiis: hos etiam tractabat. An neceſſarium ſit ad ſalutem, & diuino iure præceptum: vt ſinguli Chriſti fideles, ſub vtraque ſpecie, ipſum venerabile ſacramentum accipiant: & nec minus ſumat, qui ſub altera, quam, qui ſub vtraque communicat: & an errauerit ſancta mater eccleſia laicos, & non celebrantes ſacerdotes, ſub panis ſpecie duntaxat communicando. Et an paruuli etiam communicandi ſint. Sed quoniam ex nobiliſſima Germaniæ prouincia, ij, qui ſe proteſtantes nominant, ſuper his ipſis articulis, antequam diffiniantur, audiri à ſancta Synodo cupiunt: & eam ob cauſam, fidem publicam ab illa poſtularunt: vt, ipſis tuto huc venire & in hac vrbe commorari, ac liberè coram ſynodo dicere, atq; proponere quæ ſenſerint, & poſtea, cū libuerit recedere liceat: ſancta ipſa ſynodus, licet magno deſiderio, eorum aduentum multos antea menſes, expectarit: tamen vt pia

mater

mater quæ ingemiscit, & parturit summopere id desiderans, ac laborans, vt in his, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodum eundem omnes Deum, & redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant: confidens in Dei misericordia: & sperans fore, vt illi in sanctissimam, & salutarem, vnius fidei, spei charitatísque concordiam redigantur: libenter eis, in hac re, morem gerens: securitatem, & fidem, vt petierunt, publicam, quam saluum conductum vocãt, quo ad se pertinet, eius qui infrascriptus erit, tenoris dedit, atque concessit: & eorum causa, diffinitionem illorum articulorum, ad secundam sessionem, distulit. Quam vt illi commode ei interesse possent, in diem festum conuersionis D. Pauli: quæ erit vigesima quinta die mensis Ianuarij, anni sequentis: indixit. Illúdque præterea statuit: vt in eadem sessione, de sacrificio missæ agatur: propter magnam vtriusque rei, connexionem: interea, sessione proxima, de pœnitentiæ, & extremæ vnctionis sacramentis, tractãdum. Illam autem die festo. D. Catherinę virginis, & martyris (qui erit vigesima quinta Nouembris) habendam esse decreuit. Simúlque in vtraque materia reformationis prosequatur.

DOCTRINA DE SANCTISSIMIS, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis sacramenti: publicata in Sessione quarta Tridentina, die 25. Nouembr. 1551.

SACROSANCTA, œcumenica, & generalis, Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitimè congregata: præsidentibus in ea, eisdem, sanctæ Apostolicæ sedis, Legato, & Nunciis: quamuis in decreto de iustificatione, multus fuerit, de pœnitentiæ sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione, sermo interpositus: tanta nihilominus, circa illud, nostra hac ætate, diuersorum errorum, est multitudo: vt non parum publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem, & pleniorem diffinitionem tradidisse: in qua, demonstratis, & conuulsis, spiritus sancti præsidio, vniuersis erroribus, catholica veritas, perspicua, & illustris fieret: quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo seruandam proponit.

De necessitate, & institutione sacramenti pœnitentiæ. Can. I.

Si ea, in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iustitiam in baptismo, ipsius

ipsius beneficio, & gratia susceptam, constanter tuerentur: non fuisset opus aliud ab ipso baptismo sacramentum, ad peccatorum remissionem, esse institutum. Quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit figmentum nostrum: illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & dæmonis potestatem tradidissent: sacramentum videlicet pœnitentiæ: quo lapsis, post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore, ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria: illis etiam, qui baptismi sacramento ablui petiuissent: vt peruersitate abiecta, & eliminata tantam Dei offensionem, cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Vnde Propheta ait, Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus, peccatoribus baptismo initiandis, pœnitentiam commendans dicebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Porro nec ante aduentum Christi, pœnitentia erat sacramentum: nec

Ezech. 18.

Luc. 13.

Act. 2.

est, post aduentum illius, cuiquam ante baptismum. Dominus autem sacramentum
Iuan. 20. tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, insufflauit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata: ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos: Apostolis, & eorum legitimis successoribus, fuisse communicatam, vniuersorum patrum consensus semper intellexit. Et Nouatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione, Ecclesia catholica, tanquam hæreticos explosit atque condemnauit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum, sancta hæc synodus probans, & recipiens: damnat eorum commentitias interpretationes: qui, verba illa, ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi: contra huiusmodi sacramenti institutionem: falso detorquent.

De differentia sacramenti pœnitentiæ, & baptismi.

Can. 2.

Cæterum hoc sacramentum, multis rationibus, à baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus

quibus sacramenti essentia perficitur, longissime dissident: constat certe, baptismi ministrum, iudicem esse, non oportere: cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam, per baptismi ianuam, fuerit ingressus: Quid enim mihi (inquit Apostolus) de his, qui foris sunt iudicare? Secus est de domesticis, quos Christus Dominus lauacro baptismi, sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito baptismo ablui, cum id, in Ecclesia catholica, nulla ratione liceat: sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sisti voluit: vt per sacerdotum sententiam: non semel, sed quoties ab admissis peccatis, ad ipsum pœnitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea baptismi, & alius pœnitentiæ fructus: per baptismum enim Christum induentes, noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem, per sacramentum pœnitentiæ, sine nostris magnis fletibus, & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus: vt merito pœnitentia, laboriosus quidam baptismus, à sanctis patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum pœni- 1. Cor. 5.

tentiæ, lapsis post baptismum, ad salutem necessarium: vt nondum regeneratis, ipse baptismus.

De partibus, & fructu huius sacramenti.

Canon. 3.

Docet præterea sancta synodus, sacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: ego te absoluo, & cæt. Quibus quidem, de ecclesiæ sanctæ more, preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant: neque ad ipsius sacramenti administrationem, sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia huius sacramenti, ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio: qui, quatenus in pœnitente, ad integritatem sacramenti, ad plenámque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione, requiruntur: hac ratione, partes pœnitentiæ dicuntur. Sanè verò res & effectus huius sacramenti: quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet: reconciliatio est cum Deo: quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc sacramentum percipientibus conscientiæ pax, ac serenitas, cum vehementi spiritus consolatione, consequi solet. Hæc de partibus, & effectu huius sacramenti, sancta synodus tradens,

simul

simul eorum sententias damnat: qui pœnitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt.

De contritione. Canon 4.

Contritio, quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet: animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso: cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore, ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus necessarius: & in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum: si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua, coniunctus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta synodus, hanc contritionem: non solùm cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem: sed veteris etiam odium continere, iuxta illud: Proiicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis: & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et certe, qui illos sanctorum clamores considerauerit: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animę meæ: & alios huiusmodi generis: facile intelliget eos ex vehementi quodam ante actæ vitæ odio: & ingenti

peccatorum detestatione, manasse. Docet præterea: etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominémque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem, ipso contritionis sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur: quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennæ, & pœnarum metu, communiter concipitur: si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ: declarat, non solum non facere hominem hypocritam: verum etiam donum Dei esse & spiritus sancti impulsum non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat: & quamuis sine sacramento pœnitentiæ, per se, ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam, in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt: & misericordiam à domino impetrarũt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramẽtum pœnitentiæ, absque bono motu suscipien-

pientium, gratiam conferre: quod nunquam ecclesia Dei docuit, nec sensit: sed & falso docent, contritionem esse extortam, & coactam: non liberam, & voluntariam.

De *confessione*.

Can. 5.

Ex institutione sacramenti pœnit entiæ iam explicata, vniuersa ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino, integram peccatorum confessionem: & omnibus post baptismum lapsis, iure diuino, necessariam existere. Quia dominus noster Iesus Christus, de terris ascensurus ad cœlos, sacerdotes, sui ipsius vicarios reliquit, tanquã præsides, & iudices: ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, quo pro potestate clauium, remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient. Constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa, exercere non potuisse: neque æquitatem quidem illos, in pœnis iniungendis, seruare potuisse: si in genere duntaxat & non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur: oportere, à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum, post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri: etiam si occultissima illa sint: & tantum aduersus duo vltima decalogi præcepta commissa: quæ nonnunquam

animum grauius sauciant: & periculosiora sunt his, quæ in manifesto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur & in quæ frequentius labimur: quanquam recte, & vtiliter, citráque omnem præsumptionem, in confessione dicantur: quod piorum hominum vsus demonstrat: taceri tamen citra culpam, multísque aliis remediis expiari possunt. Verum cum vniuersa mortalia peccata, etiam cogitationes, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant: necessum est omnium etiam veniam, cum aperta, & verecunda confessione, à Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata, Christi fideles confiteri audent: proculdubio omnia diuinæ misericordiæ, ignoscenda, exponunt. Qui verò secus faciunt, & scienter aliqua retinent: nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum, proponunt. Si enim erubescat ægrotus, vulnus medico detegere, quod ignorat medicina non curat. Colligitur præterea, etiam eas circunstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quòd sine illis peccata ipsa: neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant: & fieri nequeat, vt de grauitate criminum recte censere possint: & pœnam, quam oportet pro illis, pœnitentibus

bus imponere. Vnde alienum à ratione est, dicere circunstantias has, ab hominibus ociosis excogitatas fuisse: aut vnam tantum circunstantiam confitendam esse: nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere: aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim, nihil aliud, in ecclesia, à pœnitentibus exigi: quam, vt postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ linus omnes, & latebras exploraverit: ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum, mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniversum, eadem confessione inclusa esse intelliguntur. Pro quibus fideliter, cũ propheta dicimus: ab occultis meis munda me Domine. Ipsa, verò, huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, grauis quidem videri posset: nisi tot, tantísque commodis, & consolationibus releuaretur: quæ omnibus digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Cæterum, quo ad modum confitendi, secreto apud solum sacerdotẽ: & si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem cum ob aliorum exemplum, tũ ob *Psal. 18.*

ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis cõsulte, humana aliqua lege, præciperetur: vt delicta præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Vnde, cum à sanctissimis, & antiquissimis patribus, magno vnanimíque consensu, secreta confessio sacramentalis: qua ab initio ecclesia sancta vsa est, & modo etiam vtitur: fuerit semper commendata: manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam: & inuentum humanum esse: atque à patribus, in Concilio Lateranen. congregatis, initium habuisse: docere non verentur. Nec enim, per Lateranen. concilium, ecclesia statuit: vt Christi fideles confiterentur: quod, iure diuino necessarium, & institutum esse, intellexerat: sed, vt præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Vnde iam in vniuersa ecclesia, cum ingenti animarum fructu fidelium obseruatur mos ille salutaris confitendi: sacro illo & maxime acceptabili tempore quadragesimæ: quem morem hæc sancta synodus maxime probat, & amplectitur, tanquam pie & merito, retinendum.

De

De ministro, & absolutione huius sacramenti.

Can. 6.

Circa ministrum autem huius sacramenti, declarat sancta synodus, falsas esse, & à veritate euangelij penitus alienas, doctrinas omnes: quæ ad alios quosuis homines, præter episcopos, & sacerdotes, Clauium ministerium pernitiose extendunt: putantes, verba illa Domini: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt alligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in cælo: & Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles, indifferenter, & promiscue, contra institutionem huius sacramenti, ita fuisse dicta: vt quiuis potestatem habeant, remittendi peccata: publica quidem, per correptionem, si correptus acquieuerit: secreta verò, per spontaneam confessionem, cuicunque factam. Docet quoque etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem spiritus sancti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere: eósque praue sentire, qui in malis sacerdotibus, hanc potestatem non esse contendunt. Quanuis autem absolutio sacerdotis, alij beneficij sit dispensatio: tamen non est solum nu-

Matt. 18.

Ioan. 20.

dum ministerium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata: sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso velut à iudice, sententia pronunciatur. Atque ideo non debet pœnitens, adeo sibi de sua ipsius fide blandiri: vt etiam si multa illi adsit contritio: aut sacerdoti animus, serio agendi, & vere absoluendi desit: putet tamen se, propter suam solam fidem, vere, & coram Deo, esse absolutum: nec enim fides, sine pœnitentia, remissionem vllam peccatorum præstaret: nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus: qui sacerdotem, loco se absoluẽtem, cognosceret: & non alium, serio agentem, sedulo requireret.

De casuum reseruatione.

Can. 7.

Quoniam igitur natura, & ratio iudicij: illud exposcit: vt sententia, in subditos duntaxat, feratur: persuasum semper in ecclesia Dei fuit: & verissimum esse synodus hæc confirmat: nullius momenti, absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam nõ habet iurisdictionẽ, Magnopere verò ad Christiani populi disciplinã ptinere, sanctissimis patrib⁹ nostris visum est: vt atrociora quędã, & grauiora crimina, nõ à quibusuis sed à summis dũtaxat sacerdotibus absolueren̄t. Vnde

merito pōtifices maximi: p suprema potestate, sibi in ecclesia vniuersa tradita: causas aliquas criminum grauiores, suo potuerunt peculiari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt: quin hoc idem episcopis omnibus, in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem liceat: pro illis, in subditos traditas, supra reliquos inferiores sacerdotes, authoritate, præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem dilectorum reseruationē, consonum est diuinæ authoritati, non tantū in extrema politia, sed etiam coram Deo vim habere: veruntamen pie admodum ne hæc ipsa occasione, aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit: vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possint: extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint, in casibus reseruatis ad vnum: pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores, & legitimos iudices, pro beneficio absolutionis, accedant.

De satisfactionis necessitate & fructu.

Can. 8.

Demum quo ad satisfactionem, quæ ex omnibus pœnitētiæ partibus, quēadmodū à

patribus nostris, Christiano populo, fuit perpetuo tempore commendata: ita vna, maximæ nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur, ab his, qui speciem pietatis habens, virtutem autem eius abnegarunt. Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum: culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur. Perspicua enim, & illustria, in sacris literis, exempla reperiuntur: quibus, præter diuinam traditionem, hic error quam manifestissime reuincitur. Sanæ & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur: vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui semel à peccati & dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes, templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare, non formidauerint. Et diuinam clementiam decet: ne ita nobis, absque vlla satisfactione, peccata dimittantur: vt, occasione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij, & contumelioſi spiritui sancto, in grauiora labamur: thesaurizantes nobis iram, in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi fræno quodam coercent, hæ satisfactoriæ pœnæ: cautioréſque, & vi-

Gen. 38.
2. Reg. 12.
Num. 12.
& 20.

& vigilantiores, in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis,& vitiosos habitus male viuendo comparatos,contrariis virtutum actionibus, tollunt. Neque verò securior vlla via,in ecclesia Dei, vnquam existimata fuit:ad amouendum imminentem in Domino pœnam: quã vt hęc pœnitentiæ opera homines,cum verò animi dolore, frequentent. Accedit ad hæc, quòd, dum satisfaciendo, patimur pro peccatis: Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimámque inde arram habentes: quòd si compatimur, & conglorificabimur. Neque verò,ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus, vt non sit per Christum Iesum: nam quod ex nobis, tanquam ex nobis,nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo vnde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est: In quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos pœnitentiæ: Qui ex illo vim habent: Ab illo offeruntur patri: & per illum acceptantur à patre. Debent ergo sacerdotes Domini,quantum spiritus,& prudentia suggesserit: pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate: salutares, & conuenientes

Ioan.17.

satisfactiones iniungere: ne si fortè peccatis conuincant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autē præ oculis: vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum: sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam claues sacerdotum, non ad soluendum duntaxat, sed & ad ligandum cōcessas etiam, antiqui patres & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt: sacramentum pœnitentiæ, esse forum iræ, vel pœnarum: sicut nemo vnquam catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus, vim meriti, & satisfactionis domini nostri Iesu Christi, vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere volunt, ita aptissimam pœnitentiam, nouam vitam esse docēt, vt omnem satisfactionis vim, & vsum tollant.

De operibus satisfactionis.

Can. 9.

Docet præterea: tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem: vt non solùm pœnis sponte à nobis, pro vindicando peccato, susceptis: aut sacerdotis arbitrio, pro mensura delicti impositis: sed etiam (quod ma-

maximum amoris argumentum est) temporalibus flagellis à Deo inflictis,& à nobis patienter toleratis,apud Deum patrē per Christum Iesum,satisfacere valeamus.

Doctrina de sacramento extremæ vnctionis.

Can.1.

Visum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentia,adiungere ea, quæ sequuntur, de sacramento extremæ vnctionis:quod non modo pœnitentiæ,sed etiā totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet,consummatiuum existimatum est à patribus. Primum itaq; circa illius institutionem declarat,& decet quod clemētissimus redēptor noster,qui seruis suis, quonis tempore, voluit de salutaribus remediis, aduersus omnia omnium hostium tela, esse prospectum: quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis præparauit, quibus Christiani conseruare se integros,dum viuerent,ab omni grauiore spiritus incommodo possint:ita extremę vnctionis sacramento,finem vitæ,tanquam firmissimo quodam præsidio, muniuit. Nam,etsi aduersarius noster, occasiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit:nullum tamen tempus est quo vehemētius ille omnes suæ versutiæ neruos in-

tendas, ad perdendos nos penitus: & à fiducia etiam, si possit, diuinæ misericordiæ, deturbandos: quam, cum impendere nobis exitum vitæ, prospicit. Instituta est autem sacra hæc vnctio infirmorum, tanquam vere, & proprie sacramentum, noui testamenti, à Christo Domino nostro: apud Marcum quidem insinuatum: per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur (inquit) quis in nobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent supra eum, vngentes eum oleo, in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione, per manus accepta, Ecclesia didicit: docet, materiam, formam proprium ministrum, & effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia, materiam, esse oleum, ab Episcopo benedictum. Nam vnctio, aptissimè, Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat: formam deinde, esse illa verba, per illam vnctionem &c. Res porro, & effectus huius sacramenti, illis verbis explicatur: Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: &, si in peccatis sit, dimitten-

Iacob. 6.
Marc. 5.

mittentur ei: res etenim, gratia est Spiritus sancti: cuius vnctio, delicta (si quæ sint adhuc expianda) ac peccati reliquias, abstergit: & ægroti animam alleuiat, & confirmat: magnam in eo, diuinæ misericordiæ fiduciam excitando: quia infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuius fert: & tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, facilius resistit & sanitatem corporis, interdum, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. Iam verò quod attinet ad perscriptionem eorum, qui, & suscipere, & ministrare hoc sacramentum debent: haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum, nam & ostenditur illic proprios huius sacramenti ministros, esse Ecclesiæ presbyteros: quo nomine, eo loco, non ætate seniores, aut primiores in populo intelligendi veniunt: sed aut Episcopi, aut sacerdotes, ab ipsis rite ordinari, per impositionem manuum presbyteri. Declaratur etiam, esse hanc vnctionem infirmis adhibendam: illis verò præsertim, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur: vnde & sacramentum exeuntium, nuncupatur. Quod si infirmi, post susceptam hanc vnctionem, conualuerint: iterum; huius sacramenti subsidio, iuuari poterunt, cum in aliud simile Ecclesiæ, vitæ

discrimen, inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt: qui contra tam apertam, & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam docent: hanc vnctionem, vel figmentum esse humanum, vel ritum à patribus acceptum: nec mandatum Dei nec promissionem gratiæ, habentem: & qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum, duntaxat in primitiua Ecclesia referenda esset: & qui dicunt ritum, & vsum: quem sancta Romana Ecclesia, in huius sacramenti administratione, obseruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare: atque ideo in alium commutandum esse: & denique, qui hanc extremam vnctionem, à fidelibus sine peccato, contemni posse, affirmant: hæc enim omnia manifestissimè pugnant, cum perspicuis, tãti Apostoli, verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda vnctione: quantũ ad ea quæ huius sacramenti substantiam perficiunt, obseruat: quam quod beatus Iacobus perscripsit. Nec verò tanti sacramenti contemptus, absque ingenti scelere, & ipsius spiritus sancti iniuria, esse posset.

Hæc sunt quæ de pœnitentiæ, & extremæ vnctionis, sacramenti, hæc sancta œcumenica Synodus profitetur, & docet: atque omnibus Christi fidelibus credenda, & tenenda

renda proponit. Sequentes autem canones, inuiolabiliter seruandos esse, tradit: & asserentes contrarium, perpetuo damnat, & anathematizat.

CANONES DE SACRAmentis pœnitentiæ, & extremæ vnctionis publicati in sessione Tridentina, habita 25. Nouembris, 1551.

Can. 1.

Si quis dixerit, in catholica ecclesia, pœnitentiam non esse vere & proprie sacramentum, pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo domino nostro institutũ, anath. sit.

Can. 2.

Si quis sacramenta confundens ipsum baptismum pœnitentiæ sacramentum esse dixerit: quasi hæc duo sacramenta distincta nõ sint: atque ideo pœnitentiam, non recte, secũdam post naufragium tabulam appellari: anath. sit.

Can. 3.

Si quis dixerit: verba illa Domini saluatoris: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi Ioan. 20.

peccata in sacramento pœnitentiæ: sicut ecclesia catholica, ab initio, semper intellexit: detorserit autem contra institutionem huius sacramenti, ad authoritatem prædicandi euangelium, anathema sit.

Can. 4.

Si quis negauerit, ad integram, & perfectam peccatorum remissionem, requiri tres actus in pœnitente: quasi materiam sacramẽti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem quæ tres pœnitentiæ partes, dicuntur: aut dixerit, duas tantùm esse pœnitentiæ partes, terrores, scilicet incussos conscientiæ agnito peccato: & fidem cõceptam ex euangelio, vel absolutione qua credit quis sibi per Christum remissa peccata: anathema sit.

Can. 5.

Si quis dixerit: eam contritionem, quæ paratur per discutionem, collectionem, & detestationem peccatorum: qua quis recogitat annos suos, in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatudinis, & æternæ damnationis incursum: cum proposito melioris vitæ: non esse verum, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam: sed facere hominem hypochritam, & magis peccatorem: demum

Esa. 38.

illam

illam: esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium: anathema sit.

Can.6.

Si quis negauerit, confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse, iure diuino: aut dixerit, modum secretè confitendi, soli sacerdoti: quem ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat: alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuētum esse humanum: anathema sit.

Can.7.

Si quis dixerit: in sacramento pœnitentiæ, ad remissionem peccatorum, necessarium non esse iure diuino, confiteri omnia & singula peccata mortalia: quorum memoria, cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur: etiam occulta, & quę sunt contra duo vltima decalogi præcepta, & circunstantias, quæ peccati speciem mutant: sed eam confessionem tantum esse vtilem, ad erudiendum, & consolandum pœnitentem: & olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit, eos qui omnia peccata confiteri studeant, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendum: aut demum, non licere confiteri peccata venialia: anathema sit.

Can.8.

Si quis dixerit: confessionem omniū pec-

catorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem: & traditionem humanam, à piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus, Christi fideles: iuxta magni Concilij Lateranen. constitutionem, semel in anno: & ob id, suadendum esse Christi fidelibus, vt non confiteantur tempore quadragesimæ, anathema sit.

Can. 9.

Si quis dixerit: absolutionem sacramentalem sacerdotis, non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata, confitenti: modo tantum credat, se esse absolutum: aut sacerdos, non serio, sed loco absoluat: aut dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum absoluere possit: anathema sit.

Can. 10.

Si quis dixerit: sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & soluendi non habere: aut non solos sacerdotes, esse ministros absolutionis: sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo: & quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, quorum verborum vir-

virtute quilibet absoluere possit peccata publica quidem per correptionem duntaxat, si correptus acquieuerit : secreta verò, per spontaneam confessionem : anathema sit.

Can. 11.

Si quis dixerit: Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quo ad externam policiam: atque ideo casuum reseruationem non prohibere: quo minus sacerdos à reseruatis verè absoluat: anathema sit.

Can. 12.

Si quis dixerit: totam pœnam, simul cum culpa, remitti semper à Deo, satisfactionémque pœnitentium, non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt, Christum pro eis satisfeciisse: anathema sit.

Can. 13.

Si quis dixerit pro peccatis, quod ad pœnam temporalem, minimè Deo, per Christi merita, satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis : vel à sacerdote iniunctis : sed neque sponte susceptis, aut ieiuniis, orationibus, eleemosinis, vel aliis etiam pietatis operibus: atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum nouam vitam : anathema sit.

Can. 14.

Si quis dixerit : satisfactiones quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redi-

munt, non esse cultus Dei: sed traditiones hominum: doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi, obseruantes: anathema sit.

Can. 15.

Si quis dixerit, claues ecclesiæ esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum: & propterea sacerdotes, dum imponũt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi. & fictionem esse, quòd virtute clauium sublata, pœna æterna, & pœna temporalis plerunque exoluenda remaneat: anathema sit.

CANONES DE SACRAMENTO Extremæ vnctionis.

Si quis dixerit: extremam vnctionem, non esse vere, & proprie sacramentum, à Christo domino nostro institutum, & à beato Iacobo apostolo promulgatum: sed ritum tantum acceptum à patribus: aut figmentum humanum: anathema sit.

Can. 2.

Si quis dixerit: sacram infirmorum vnctionem, non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos: sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum: anathema sit.

Can. 3.

Si quis

Si quis dixerit: extremæ vnctionis ritum, & vsum, quem obseruat sancta Romana ecclesia, repugnare sententiæ beati Iacobi, apostoli: ideóque eum mutandum: posséque à Christianis, absque peccato, contemni: anathema sit.

Can. 4.

Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ: quos beatus Iacobus, adducendos esse ad infirmum vngendum, hortatur, non esse sacerdotes, ab Episcopo ordinatos: sed ętate seniores, in quauis communitate: ob ídque proprium extremæ vnctionis ministrum, non esse solum sacerdotem, anathema sit.

DECRETVM, DE REFORmatione, publicatum in Sessione quarta, Concilij Tridentini, XXV. Nouembr. Ann. 1551.

Proœmium.

CVm proprie Episcoporum munus sit, subditorum omnia vitia redarguere: hoc illis præcipue cauendum erit, ne clerici præsertim, ad animarum curam constituti criminosi sint: néve inhonestam vitam, ipsis conniuentibus, ducant. Nam, si eos, prauis, & corruptis moribus esse permittant: quo pacto laicos, de ipsorum vitiis, redarguent? qui vno ab eis sermone conuinci possent, quod clericos ipsis patiantur esse deteriores. Qua

etiam libertate, laicos corripere poterunt sacerdotes: cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse, quæ corripiunt, Monebunt propterea Episcopi suos clericos, in quocunque ordine fuerint: vt conuersatione, sermone, & scientia, commisso sibi Dei populo præeant: memores eius, quod scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et iuxta Apostoli vocem: Nemini dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum: sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei: ne illud prophetæ dictum impleatur in eis. Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem. Vt autem ipsi Episcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu desuper impedire nequeant: eadem sacrosancta Tridentina Synodus: præsidentibus in ea, eisdem Apostolicæ sedis legato, & nuntiis: hos qui sequuntur, canones, statuendos, & decernendos duxit.

Can. 1.

Cum honestius, ac tutius sit subiecto, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire: quam cum præpositorum scandalo, graduum aliorum appetere dignitatem: ei, cui ascensus ad sacros ordines, à suo prælato, ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen: quomodolibet etiam extraiudicialiter fuerit interdictus

ctus : aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus Ecclesiasticis, fuerit suspensus : nulla, contra ipsius prælati voluntatem, concessa licentia, de se promoueri faciendo: aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, siue honores, restitutio suffragetur.

Can. 2.

Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano: cum fere vagabundi sunt, & permanentem sedem non habeant : non quæ Iesu Christi, sed alienas oues inscio proprio pastore quærentes: dum per hanc sanctam Synodum, se pontificalia officia in alterius diœcesi (nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum) exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram, in loco nullius diœcesis, sua temeritate eligunt : & quoscunque, ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum, seu prælatorum, literas commendatitias, non habeant, clericali caractere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promouere præsumunt: quo plerunque fit, vt minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo tanquam inhabiles, & indigni reiecti fuerunt : ordinati, nec diuina officia

peragere, nec Ecclesiastica sacramenta recte valeant ministrare. Nemo Episcoporum, qui titulares vocantur: etiam si in loco nullius diœcesis etiam exempto, aut aliquo monasterio cuiusuis ordinis resederint, aut moram traxerint: vigore cuiusuis priuilegij, sibi de promouendo quoscunque ad se venientes, pro tempore concessi: alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprij prælati expresso consensu, aut literis dimissoriis, ad aliquos sacros aut minores ordines, vel primam tonsuram promouere, seu ordinare valeat: contra faciens ab exercitio pontificalium, per annum: taliter verò promotus, ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit: ipso iure sint suspensi.

Canon 3.

Episcopus, quoscunque suos clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitiis literis, quacunque authoritate promotos: licet tanquam habiles ab eo, quo ordinati sunt, probatos: quos tamen ad diuina officia celebranda, seu ecclesiastica sacramenta ministranda, minus idoneos, & capaces repererit: à susceptorum ordinum exercitio, ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere: & illis ne in altari, aut aliquo ordine minis-

ſtrent, interdicere poſſit.

Canon 4.

Omnes eccleſiarum prælati: qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent: & à quibus nullus clericus per huius ſanctæ Synodi ſtatuta: cuiuſuis priuilegij prætextu tutus cenſetur: quo minus iuxta canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi poſſit: ſi in eccleſiis ſuis reſederint: quoſcunque ſeculares clericos: qualitercunque exemptos: qui alias ſuæ iuriſdictioni ſubeſſent, de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit: etiam extra viſitationem tanquam ad hoc apoſtolicæ ſedis delegati, corrigendi, & caſtigandi facultatem habeant: quibuſcunque exemptionibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis: quæ tantum ſuos obligant autores: ipſis clericis, ac eorum conſanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuſlibet, ipſorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè ſuffragantibus.

Canon 5.

Inſuper cum nonnulli: qui ſub prætextu, quod ſuper bonis, & rebus, ac iuribus ſuis, diuerſæ eis iniuriæ, ac moleſtiæ inferantur, certos iudices per literas conſeruatorias

deputari obtinent: qui illos à molestiis: & iniuriis huiusmodi tueantur, ac defendant: & in possessionem, seu quasi bonorum, rerum, ac iurium suorum, manu teneant, & cõseruent: nec super illis eos molestari permittant: eiusmodi literas in plerisque contra concedentis mentem, in reprobum sensum detorqueant: idcirco nemini omnino cuiuscunque dignitatis, & conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, conseruatoriæ literæ, cum quibuscunque clausulis, aut decretis, quorumcunque iudicum deputatione, quocunque etiam alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc: vt coram suo episcopo sine alio superiore ordinario, In criminalibus: aut mixtis causis, accusari & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit: aut quo minus si qua iura ei ex cessione competierint, super illis libere valeat apud iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conseruatores, iudices, in iudicium trahere minimè liceat. Quod sit, in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit vt electus ab eo conseruator, ab actore suspectus esse dicatur: aut si qua inter ipsos iudices, conseruatorem, & ordinarium controuersia, super competentiam iurisdictionis orta fuerit: nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros,

in

in forma iuris electos, super suscepti-, aut iurisdictionis competentia, fuerit iudicatum. Familiaribus verò eius, qui huiusmodi literis conseruatoriis tueri solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus duntaxat: si tamen illi, propriis eius sumptibus, vixerint. Nemo etiam similium literarum beneficio, vltra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque conseruatoribus, iudicibus, vllum habere tribunal erectum. In causis verò mercedum, aut miserabilium personarum huius sanctæ synodi, super hoc decretum in suo robore permaneat. Vniuersitates autem generales, ac collegia doctorum, seu scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitalitatem seruantia: ac vniuersitatum, collegiorum, locorum, & hospitalium huiusmodi personæ: in præsenti canone minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur.

Canon 6.

Quia verò etsi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos, vestes, proprio congruentes ordini, semper deferre: vt per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt propriã dignitatem, & honorem clericalem parui pendẽtes,

vestes etiam deferant publice laicales: pedes in diuersis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: propterea omnes ecclesiasticæ personæ, quantumcunque exemptæ: quæ aut in sacris fuerint: aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia, qualiacunque ecclesiastica obtinuerint: si, post quam ab episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipsius episcopi ordinationem, & mandatum, non detulerint: per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum: necnon si semel correpti, denuo in hoc deliquerint: etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiusmodi, coerceri possint, & debeant: secundum cõstitutionem Clementis quinti, in Concilio Viennen. æditam: quæ incipit: Quoniam inuocando, & ampliando.

Can. 7.

Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat quia sua volũtate homicidium perpetrauerit: etiam si crimen id, nec ordine iudiciario priuatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit: nullo tempore, ad sacros ordines promoueri possit: nec

illi

illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat: sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico, perpetuo careat. Si verò homicidium, non ex proposito, sed casu: vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet: fuisse commissum narretur: quam ob causam, etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcunque, dignitates, iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci ordinario: aut, ex causa, metropolitano, seu viciniori episcopo: qui non nisi causa cognita, & probatis processibus ac narratis: nec aliter, dispensare possit.

Canon 8.

Præterea, quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt pastores, ac proprias oues habent: alienis etiam ouibus præesse quærunt: & ita alienis subditis quandoque intendunt, vt suorum curam negligant: quicunque, etiam episcopali præditus dignitate, qui alienos subditos puniendi priuilegium habuerit: contra clericos sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos: quorumcunque etiam atrocium criminum reos: nisi cum proprij ipsorum clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam resederit: aut, personæ, ab ipso episcopo deputandæ, interuentu nequaquam procedere debeat: alias processus, &

inde sequuta quæcunque, viribus omnino careant.

Canon 9.

Et quia iure optime, distinctæ fuerunt diœceses, & parochiæ, ac vnicuique gregi, proprij tributi pastores, & inferiorum rectores, qui suarum quisq; ouium curam habeāt: vt ordo ecclesiasticus non confundatur, aut vna & eadem Ecclesia, duarum quodāmodo diœcesum fiat, non sine graui eorum incommodo, qui illi subditi fuerint: beneficia vnius diœcesis: etiam si parochiales Ecclesiæ, vicariæ, perpetuæ: aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint etiam ratione ad augendum cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum aut alia quacunque de causa: alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo non vniantur: decretum huius sanctæ Synodi, super huiusmodi vnionibus, in hoc declarando.

Canon 10.

Regularia beneficia: in titulum regularib⁹ professis prouideri consueta, cū per obitum, aut resignationem, vel alias, illa in titulum obtinentis vacare contigerit: religiosis tantum illius ordinis, vel his, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur: & non aliis: ne vestem lino, lanáque contextam induant: conferantur.

Canon

Canon 11.

Quia verò regulares, de vno ad alium ordinem translati, facilè à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostandi occasio tribuitur: nemo cuiuscunque ordinis prælatus, vel superior, vigore cuiuscunque facultatis, aliquem ad habitum, & professionem admittere possit: nisi, vt in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia, in claustro perpetuo maneat, ac taliter translat⁹, etiam si canonicorum regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata: omnino incapax existat.

Canon 12.

Nemo etiam cuiusuis dignitatis ecclesiasticæ, vel secularis, quacunq; ratione: nisi ecclesiam, beneficiū, aut capellam, de nouo fundauerit, & construxerit: seu iam erectæ, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis, competenter dotauerit: ius patronatus impetrare aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis, aut dotationis, huiusmodi institutio, episcopo & non alteri inferiori, reseruetur.

Can. 13.

Non licet præterea patrono, cuiusuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia sui iuris patronatus: nisi Episcopo loci ordinario, ad quem prouisio, seu institutio ipsius,

beneficij, cessante priuilegio, iure pertineret: quoquo modo præsentare: alias præsentatio, ac institutio, forsan sequutæ, nullæ sint, & esse censeantur.

Declarat præterea sancta Synodus, futura Sessione: qua ad XXV. diem Ianuarij, subsequentis anni M. D. LII. habendam esse, iam decreuit: vna cum sacrificio missę, agendum, & tractandum esse, de sacramento ordinis: & prosequendam esse materiam, de reformatione.

Hucusque progressum fuit in Concilio Tridentino. Interim verò Iulius 3. papa 229. Sibi diem extremum claudit die 23. Martij, 1555. cui successit Marcellus primus electus die 9. Aprilis: is obijt paucis diebus postquam electus fuerat: cui succeßit Paulus quarta die. 22. Maij anno dom. 1555. qui mortuus est an. dom. 1559. post hunc Paulum summa Cardinalium omnium suffragio assumptus est in pontificalem dignitatem Pius quartus papa 232. eodem anno 1559. die 26. Decembris. A quo (Deo fauente) hoc sacrum, œcumenicum Concilium, ante tot annos, à toto Christiano Orbe desideratum, tantis laboribus procuratum, tandem Tridentina ad extirpandas hæreses, tollenda schismata, reformandos mores, pacémque inter Christianos principes componendam, fuit conuocatũ ac absolutum, in totius Reipublicæ Christianæ vtilitatem.

Sessio prima facta die 18. Ianuarij 1562. Sub Pio quarto pontifice, nihil habet, quod iuste possimus lectorem occupare: In secunda Sessione statuitur hic saluus conductus.

SALVVS CONDVCTVS CONcessus Germanicæ nationi in congregatione generali, die 4. Martij. 1562.

* *
*

SAcrosancta, Oecumenica, & generalis Tridentina synodus, in spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea, eisdem Apostolicæ sedis legatis, vniuersis fidem facit: quod omnibus & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militaribus, Popularibus & aliis quibuscunque viris, cuiuscunque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ Prouinciæ, & Nationis, Ciuitatibus, & aliis locis eiusdem, & omnibus aliis Ecclesiast. & secularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis: qui, aut quæ, vna cum ipsis, ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt: quocunq;

nomine censeantur, aut valeant nuncupari tenore præsentium, publicam fidem, & pleniſſimam, veriſſimámque ſecuritatem quam ſaluum conductum appellant, libere ad hanc Tridentinam ciuitatem veniendi, ibidémque manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi, vna cum ipſa Synodo, de quibuſcunque negotiis tractandi, examinandi, diſcutiendi: & omnia quæcunque ipſis libuerit, ac articulos quoſlibet, tam ſcripto, quàm verbo, libere offerendi, propalandi, eóſque ſcripturis ſacris, & beatorum patrum verbis, ſententiis, & rationibus declarandi, aſtruendi, & perſuadendi: &, ſi opus fuerit, etiam ad obiecta concilij generalis reſpondẽdi: & cum iis, qui à concilio delecti fuerint, diſputandi aut charitatiue, abſque omni impedimento conferendi, opprobriis, conuitiis, ac contumeliis penitus ſemotis: & ſignanter quòd cauſæ controuerſiæ, ſecundum ſacram ſcripturam, & apoſtolorum traditiones, probata concilia, & catholicæ eccleſiæ conſenſum, & ſanctorum patrum authoritates in prędicto concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commiſſorum, aut committendorum minime puniantur: impertitur, ac omnino concedit, ſic etiam, vt propter illorum præſentiam, neque in itine-

itinere, aut quocunque locorum, eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa Ciuitate Tridentina, à diuinis officiis quouis modo cessentur, & vt his peractis, vel non peractis quandocunque ipsis libuerit: aut maiorum suorum mandato, & assensu ad propria reuerti optabunt: aut aliquis eorum optabit, mox absque vlla pœnitentia, & occasione, aut mora, saluis rebus eorum, & suorũ pariter honore, & personis, vice versa, possunt iuxta bene placitum, libere & secure redire (de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum) vt tunc opportune, eorum securitati, absque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam sancta synodus, in hac publica fide, saluóque conductu, omnes, quascũque clausulas includi, & contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci & sufficienti securitate, in eundo, stando, ac redeundo, necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiã ad maiorẽ securitatẽ, & pacis, ac conciliationis bonũ exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui, siue in itinere Tridentum veniendo, siue ibidem morando, aut redeũdo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint: quo possit huius fidei publicæ, & assecurationis beneficiũ, eis concessum annullari, aut cassari, vult, & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat,

& non ab aliis, condigna animaduersione cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur: illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis, omnino manentibus illibatis: Pariformiter etiam vult, vt si quisque, vel aliquis, ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi ab ipsa Synodo duntaxat & non ab aliis, condigna animaduersione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum, Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium merito laudanda & approbanda, mox puniantur: præsenti assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasiatoribus omnibus & singulis toties, quotiescunque opus fuerit, seu necessarium, ad auram capiẽdam, exire de Ciuitate Tridẽtina, & reuerti ad eãdẽ: nec nõ Nuntiũ, vel nũtios suos, ad quæcũque loca, pro suis necessariis negotiis ordinãdis, liberè mittere, seu destinare: ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum, suscipere, toties, quoties eis videbitur expe-

expedire, ita quòd aliqui, vel aliquis, per deputandos Concilij ſocientur: qui eorum ſecuritati prouideant, vel prouideat. Qui quidem ſaluus conductus, & ſecuritates, ſtare ac durare debeant: & à tempore, & per tempus, quo in ipſius Synodi, & ſuorum tuitionis curam, ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque ad Tridentum perduci: actoto tempore manſionis eorum ibidem: & rurſum, poſt ſufficientem audientiam habitam, ſpatio viginti dierum præmiſſo, cum ipſi petierint, aut Concilium, habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſum] indixerit à Trideto vſque in quem quiſque elegerit ſibi locũ tutum: Deo fauente reſtituet: dolo & fraude prorſus excluſis. Quæ quidem omnia, pro vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus quibuſcunque atq; omnibus aliis Eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant: aut quocunque nomine cenſeantur, inuiolabiliter obſeruanda eſſe promittit, & bona fide ſpondet. Inſuper omni fraude & dolo excluſis, vera & bona fide promittit: ipsã Synodum, nullam, vel manifeſte, vel occulte, occaſionẽ quæſituram aut aliqua autoritate, potentia, iure, vel ſtatuto priuilegio legum, vel canonũ, aut quorũcunque Conciliorum,

præsertim Constantien. & Senen. quacunque forma verborum expressa, in aliquod huius fidei publicæ & pleniſſimæ assecurationis. ac publicæ & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ, præiudicium quouis modo vsuram, aut quēquam vti permissuram, quibus in hac parte, pro hac vice derogat. Quod si, sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscunque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salui conductus formam, & modum, in quocunque puncto, vel clausula violauerit, (quod tamen auertere dignetur omnipotens) & sufficiens emēda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio, merito approbanda & laudanda, habeant ipsam Synodum: & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino & humano: aut consuetudine huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt, sine excusatione, aut quauis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias Nationes.

Eadem sancta Synodus, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum, in iis quæ sunt fidei, communionem non habent: ex quibuscunque Regnis, Nationibus, Prouinciis, Ciuitatibus, ac locis, in quibus publice, aut impune prædicatur, vel docetur, siue creditur contrarium, eius quod sancta Romana sentit Ecclesia: dat fidem publicam, siue saluum conductum,

ctum, sub eadem forma: & eisdē verbis, quibus datur Germanis: Quamuis autem in hac extentione, non videantur omnes Nationes comprehendi (quod certis respectibus factū est:) Non propterea tamen, existimandum est excluſos eos esse qui ex quacunque tandem natione resipiscere, & ad Ecclesiæ gremium, (quod omnibus apertum esse cupit) redire voluerint. Sed quoniam, qua forma dandus sit illis saluus conductus, diligentioris ea res deliberationis indiget: visum est, id, in tempus aliud reiicere: quo res accuratius considerari possit. Nunc satis extimatum est: si qui publice (quemadmodum in extensionis formam lectum est) deseruerunt ecclesiæ doctrinam illorum securitati, ea forma, quam legi audiuistis prospiceretur.

Sessiones 3. & 4. omittuntur.

SESSIO QVINTA. DOCTRINA de communione sub vtraque specie, & paruulorum, publicata in Sessione quinta, sacri, œcumenici Concilij Tridentini.

Sub S.D.N.Pio IIII. Pont.Max. die xvj. Iulij, 1562.

Proœmium.

SACROSANCTA, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata: præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis legatis (Cum de tremendo, & sanctissimo Eucharistiæ sacramento, varia diuersis in locis errorum monstra, nequissimi Dæmonis artibus circunferantur: ob quæ, in nonnullis Prouinciis, multi à Catholicæ Ecclesiæ fide, atque obedientia, videantur discessisse) censuit, ea, quæ ad communionem sub vtraque specie, & paruulorũ pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit, ne posthac, de iis, aliter vel credere, vel docere, prædicare audeant, quam est iis Decretis explicatum, atque definitum.

LAI-

LAICOS ET CLERICOS non conficientis, non astringi iure diuino, ad communionem sub vtraque specie.

Can. 1.

ITaq; sancta ipsa synodus: à spiritu sancto (qui spiritus est sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & pietatis) edocta, atque ipsius Ecclesiæ iudicium, & consuetudinem: sequuta: declarat, ac docet, nullo diuino præcepto, laicos, & clericos non conficientes, obligari ad eucharistiæ sacramẽtum sub vtraque specie sumendum: neque vllo pacto (salua fide) dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutẽ sufficiat. Nam etsi Christus Dominus, in vltima cœna, venerabile hoc sacramentum, in panis, & vini speciebus instituit & Apostolus tradidit: non tamen illa institutio, & traditio, eo tendunt, vt omnes Christi fideles, statuto Domini, ad vtranque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Ioannem sexto, recte colligitur, vtriusque speciei cõmunem, à Domino præceptam esse, vtrunq; iuxta varias sanctorum patrum, & doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: Dixit quoque, si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

Esai. 11.

Matt. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

Ioan. 6.

Et qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Dixit etiam: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Et denique qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo: Dixit nihilominus: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ecclesiæ potestas, circa dispensationem sacramenti Eucharistiæ. Can. 2.

Præterea, declarat hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, vt in sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret, vel mutaret: quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorum sacramentorum veneration̄i, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apostolus, non obscure visus est innuisse, cum ait: sic nos existimet homo, vt mi-
1. Cor. 4. nistros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: atque ipsum quidem hac potestate vsum esse satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso sacramento, cum̄ ordinatis nonnullis circa eius vsum cætera, inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens
1. Cor. 11. sancta mater Ecclesia, hanc suam in administratione sacramentorum authoritatem, licet ab initio Christianæ Religionis, nō infrequens vtriusque speciei vsus fuisset: tamen

pro

progressu temporis, latissime iam mutata illa consuetudine, grauibus, & iustis causis adducta, hanc consuetudinem, sub altera specie communicandi approbauit: & pro lege habendam decreuit quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ authoritate, pro libito mutare non licet.

Totum & integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi.

Can. 3.

Insuper declarat, quamuis Redemptor noster (vt antea dictum est) in suprema illa cœna, hoc sacramentum, in duabus speciebus instituerit: & Apostolis tradiderit: tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verúmque sacramentũ sumi. Ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem, eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt. *1. Cor. 11.*

Paruulos non obligari ad communionem sacramentalem. *Can.* 4.

Denique eadem sancta synodus, docet, paruulos vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate, ad sacramentalem Eucharistiæ communionem. Siquidem per baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum *Tit. 2.*

morem in quibusdam locis aliquando seruauit. Vt enim sanctissimi illi patres, sui facti probabilem causam, pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate, id fecisse, sine controuersia credendum est.

CANONES DE COMMVNIONE sub vtraque specie, & Paruulorum.

Can. 1.

Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles, vtranque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, sumere debere: anath. sit.

Can. 2.

Si quis dixerit, sanctã Ecclesiam catholicã non iustis causis, & rationibus adductam fuisse: vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret: aut in eo erasse: anathema sit.

Can. 3.

Si quis negauerit, totum, & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & authorem, sub vna panis specie sumi: quia (vt quidam falso asserunt) non secundũ ipsius Christi institutionem, sub vtraque specie sumatur: anathema sit.

Can. 4.

Si quis dixerit: paruulis, antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse eucharistiæ communionem: anath. sit.

Duos

Duos verò articulos, alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet.

An rationes, quibus sancta catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub vna tantum panis specie: ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus, cuiquam sit permittendus.

An si honestis, & Christianæ charitati cõsentaneis rationibus, concedendus alicui, vel nationi, vel regno, Calicis vsus videatur: sub aliquibus conditionibus concedendus sit: & & quænam sint illæ.

Eadem sancta Synodus, in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione examinandos, atque definiendos, reseruat.

DECRETVM DE REformatione.

Can. I.

Eadem sacrosancta, œcumenica, & generalis, Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata: præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis legatis: Ad Dei omnipotentis laudẽ, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quę sequuntur, de reformationis negotio, in præsenti statuenda esse cẽsuit. Quoniam ab ecclesiastico ordine, omnis auaritiæ suspicio, abesse debet: nihil pro collatione quoruncunque ordinum, etiam clericalis tõ-

sure, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij ordinum collatores aut eorum ministri, quouis prætextu, accipiant. Notarij verò, in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo, nihil accipiendi pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus, de cimam tantum vnius aurei partem accipere possint: dummodo eis, nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo: nec episcop. ex notarij commodis aliquod emolumẽtum, ex eisdem ordinum collationibus, directe, vel indirecte, prouenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles quorumcunque locorum (quæ potius abusus & corruptelæ, simoniacæ prauitati fauentes, nuncupari possunt) penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas, ipso facto incurrant.

Can. 2.

Cum non deceat, eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: compertúmque sit quamplures, plerisque in locis, ad sacros ordines, nullo fere delectu

delectu admitti: qui variis artibus ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticũ, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit Sãcta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis (quanuis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate) ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitime constet, eum, beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat: pacifice possidere. Id verò beneficium, resignare non possit: nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus. Neque ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod aliunde viuere cõmode possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac nõ possint: nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos, pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum: eo quoque prius perspecto patrimoniũ illud, vel pensionem, vere ab eis obtineri: taliáque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint: donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti: vel aliunde habeant vnde viuere possint antiquorum Canonum pœnas, supra his innouando.

Can. 3.

Cum beneficia ad diuinum cultum, atque

Ecclesiastica munia obeunda, sint constituta: ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequiũ præstetur: statuit sancta Synodus: in Ecclesiis tam cathedralibus, quam collegiatis in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ (vel ita tenues, vt verisimiliter negligãt) tertiam partem fructuum, & quorumcunque prouentuum, & obuentionum, tam dignitatum, quam Canonicatuum personatuũ portionum, & officiorum, separari debere: & in distributiones quotidianas conuerti: quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes, proportionabiliter, iuxta diuisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fructuũ deductione facienda, diuidantur: saluis tamẽ consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt: non obstãtibus exemptionibus ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscunque: Crescentéque non seruientium contumacia, liceat contra eos procedere, iuxta iuris, ac sacrorum canonum dispositionem.

Can. 4.

Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus vel

vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus Rector, non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo: cogant rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. In iis verò, in quibus ob locorum distantiam, siue difficultatem, parochiam, sine magno incommodo, ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt: nouas parochias, etiam inuitis rectoribus, iuxta formam constitutionis Alex. 3. (quæ incipit, Ad audientiam) constituere possint. Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesiis nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus, ad Ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus: & si necesse fuerit, compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant, ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam: quacunque reseruatione generali, vel speciali vel affectione, super dictis ecclesiis, non obstantibus. Neque huiusmodi ordinationes, & erectiones, possint tolli, nec impediri, ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore Resignationis, aut quibusuis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Can. 5.

Vt etiam Ecclesiarum status, vbi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conseruetur: possint Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas, quarumcunque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter earum paupertatem: & in cæteris casibus à iure permissis: etiam si dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercunque affecta. Quæ vniones etiam non possint reuocari, nec quoquo modo infringi, vigore cuiuscunque prouisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis aut suspensionis.

Can. 6.

Quia illiterati, & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis & alij propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruunt, quam ædificant: Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare: partémque fructuum eisdem, pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint: quacunque appellatione, & exemptione remota. Eos verò,

qui

qui turpiter, & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint, coërceant, ac castigent. Et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent: eos beneficiis (iuxta sacrorum Canonum constitutiones exemptione, & appellatione quacunque remota) priuandi facultatem habeant.

Can. 7.

Cùm illud quoque, valde curandum sit: ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt, temporum iniuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant: Episcopi (etiam tãquam Apostolicæ sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam iuris patronatus) ex Ecclesiis, quæ vetustate, vel alias collapsæ sint, & ob eorum inopiam, nequeant instaurari (vocatis iis quorum interest) in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu viciniorum, arbitrio suo: atque in eisdem Ecclesiis, erigant altaria, vel capellas, sub eisdem inuocationibus: vel in iam erecta altaria, vel capellas, transferant, cùm omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus Ecclesiis impositis. Parochiales verò Ecclesias (etiam si iuris patronatus sint) ita collapsas refici, & instaurari procurent, ex fructibus, & prouentibus quibuscunque, ad easdem Ecclesias, quomodocunque pertinentibus. Qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus

aliquos, ex dictis Ecclesiis prouenientes percipiunt: aut in illorum defectum, parochianos, omnibus remediis opportunis, ad prædicta cogant: quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota.

Quòd si, nimia egestate, omnes laborent: ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur: cum facultate, tam dictas parochiales, quam alias Ecclesias dirutas, in prophanos vsus, non sordidos (erecta tamen ibi Cruce) conuertendi.

Can. 8.

Quæcunque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab ordinario diligenter curari, atque iis, vbi oportet, prouideri, æquum est, propterea commendata monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis obseruantia: nec non beneficia, tam curata, quàm non curata, secularia, & regularia, qualitercunque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegatis, annis singulis visitentur: curéntque iidem episcopi, congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, vt, quæ renouatione indigent, aut restauratione reficiantur: & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliáque debita obsequia recte exerceantur: appellationibus quibuscunque, priuilegiis, consuetudinibus,

bus, etiam immemorabili tempore præscri-pris, conseruatoriis iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus: & si in eis vigeret obseruantia regularis, prouideant episcopi, paternis admonitionibus: vt eorum Regularium superiores, iuxta eorum Regularia instituta, debitam viuendi rationem obseruent: & obseruari faciant: & sibi subditos, in officio contineant, ac moderentur. Quod si, admoniti, intra sex menses, eos non visitauerint, vel correxerint: tunc iidem episcopi, etiam vt delegati sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere prout ipsi superiores possent, iuxta eorum instituta: quibuscunque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

Can. 9.

Cum multa à diuersis antea Conciliis tam Lateranen. ac Lugdunen. quàm Viennen. aduersus prauos Eleemosynarum Quæstorum abusus, remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia: potiúsque eorum malitia, ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela, excrescere deprehendatur: vt de eorum emendatione, nulla spes amplius relicta videatur statuit, vt posthac, in quibuscunque Christianæ religionis locis, eorum nomen, atque vsus, penitus aboleatur: nec ad officium huiusmo-

di exercendum, vllatenus admittantur: non obstantibus priuilegiis: Ecclesiis: Monasteriis: Hospitalibus: piis locis, & quibusuis, cuiuscunque gradus, status & dignitatis personis concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias verò, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet priuari: deinceps, per ordinarios locorum, adhibitis duobus de capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit. Quibus etiam, Eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: Vt tandem, cœlestes hos Ecclesiæ thesauros, non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.

Decretum indictionis futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitime congregata: præsidentibus in ea, eisdem Apostolicę sedis legatis: statuit & decreuit: proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse feria quinta post octauam festi natiuitatis beatæ Mariæ Virginis, quæ erit decimaseptima, mensis Septembris, proximi futuri. Hoc tamen, adiecto, quòd dictum terminum, ac cuicunque Sessioni imposterum prefigendum, ipsa San-

cta Synodus, pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali congregatione, restringere & prorogare, libere possit, & valeat.

VERA, ET CATHOLICA DOctrina, quòd in missa verum Sacrificium, & propitiatorium offeratur: promulgata in Sessione Sexta Concilij Tridentini.

Die XVII. Mensis Septembris M.D.LXII. Sub Beatiss. Pio IIII.

Proœmium.

SACROSANCTA Synodus, &c. Vt vetus, absoluta, atque omni ex parte perfecta, de magno Eucharistiæ mysterio, in sancta Catholica Ecclesia, fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate (propulsatis erroribus, atque hæresibus) conseruetur: de ea, quatenus verum & singulare sacrificium est, spiritus sancti illustratione, edocta, & hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CAP. I.

Hebr. 7. Quoniam sub priori testamento (teste Apostolo Paulo) propter Leuitici sacerdotij imbecillitatem, consummatio non erat: oportuit (Deo, patre misericordiarum, ita ordinante) sacerdotem alium, secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Iesum Christum: qui posset, omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis (morte intercedente) Deo patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem, sacerdotium eius extinguendum non erat: in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ suæ sponsæ Ecclesiæ, visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur: eiúsque memoria, in finem vsque sæculi, permaneret: atque illius salutaris virtus, in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum, sub speciebus panis & vini, Deo patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis (quos tunc noui testamenti sa-

cerdo-

cerdotes constituebat) vt sumerent, tradidit: & eisdem, eorúmque in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba: Hoc facite in meam commemo- *Luc.22.*
rationem: vti semper Ecclesia Catholica intellexit & docuit. Nam celebrato veteri Pas- *Exod.13.*
cha (quod in memoriam exitus de Ægypto, multitudo filiorum Israel immolabat) nouum instituit Pascha: seipsum ab Ecclesia, per sacerdotes, sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui, ex hoc mundo, ad patrem: quando, per sui sanguinis effusionem, nos redemit: atque eripuit de potestate tenebrarum, & in Regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est: quæ nulla indigni- *Col.1.*
tate, aut malitia offerentium, inquinari potest, quam etiam Dominus, per Mala- *Malac.1.*
chiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus: in omni loco, mundam offerendam prædixit, & quam non obscure innuit Apostolus Paulus, Corinthiis *1.Cor.10.*
scribens, cum dicit: non posse eos, qui participatione mensæ dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri, per mensam altare vtrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ & legis tempore, similitudines, figurabatur: vtpote, quæ, bona omnia, per illa significata, velut illorum

omnium consummatio & perfectio, complectitur.

Cap. II.

Et quoniam in diuino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruente obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium istud, vere propitiatorium esse: per ipsumque fieri, vtsi cum verò corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, ac pœnitentes, ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens: crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit. Vna enim eadémq; est hostia, idémque nunc offerens sacerdotum ministerio: qui seipsum tunc in cruce obtulit: sola offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblationis (cruentæ, inquam) fructus, per hanc incruentam vberrime percipiuntur: tantum abest, vt illi, per hanc quouis modo derogetur. Quare, non solùm, pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus & aliis necessitatibus: sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis: rite, iuxta Apostolorum traditionem, offertur.

Cap. III.

Et quãuis, ĩ honorẽ & memoriã sanctorũ,

non

nonnullas interdum missas, Ecclesia celebrare consueuerit, non tamen illis sacrificium offerri docet: sed Deo soli, qui illos coronauit. Vnde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, vel Paule: sed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinio implorat: vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

Cap. IIII.

Et cum sancta sanctæ administrari conueniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, vt digne reuerenterque offerretur, ac perciperetur sacrum Canonem multis ante seculis instituit, ita ab omni errore purum: vt nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, & pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium, in Deum erigat. Is enim constat, cùm ex ipsis Domini verbis, tum & Apostolorum traditionibus ac sanctorum quoque Pontificum, piis institutionibus.

Cap. V.

Cúmque natura hominum ea sit, vt non facile queat, sine ipsis adminiculis exterioribus, ad rerum diuinarum meditationem sustolli: propterea pia mater Ecclesia, ritus quosdam: vt scilicet quædã summissa voce, alia verò elatiore, in missa pronunciarentur: instituit. Cæremonias, item adhibuit,

vt mysticas benedictiones, lumina Thimiamata, vestes, aliáque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione, quò & maiestas tanti sacrificij commendaretur: & mentes fidelium per hæc visibilia, religionis & pietatis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem, excitarentur.

CAP. VI.

Optaret quidem Sacrosancta Synodus, vt in singulis missis, fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramẽtali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent: quo ad eos, huius sanctiss. sacrificij fructus vberior, proueniret: nec tamen si id non semper fiat, propterea missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatas & illicitas damnat: sed probat, atque adeo commendat. Siquidem illæ quoque missæ, vere communes censeri debent: partim, quod in eis populus spiritualiter communicet: partim verò, quod à publico Ecclesiæ ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinet, celebrentur.

CAP. VII.

Monet deinde sancta Synodus: præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, vt aquam vino, in calice offerendo miscerent,

tum

tum quod Christum Dominum ita feciſſe credatur, tum etiam, quia è latere eius, aqua ſimul cum ſanguine exierit: quod ſacramentum, hac mixtione recolitur, & cum aquæ in Apocalypſi beati Ioannis, populi dicantur: ipſius populi fidelis, cum capite Chriſto, vnio repræſentatur. *Apoc. 7.*

CAP. VIII.

Et ſi miſſa, magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire viſum eſt patribus, vt vulgari lingua paſſim celebraretur. Quamobrem, retento vbique, cuiuſque Eccleſiæ antiquo & à ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum matre, & magiſtra probato ritu: ne oues Chriſti eſuriant, néve paruuli panem petant, & non ſit qui frangat eis: mandat ſancta Synodus, Paſtoribus, & ſingulis curam animarum gerentibus: vt frequenter inter miſſarum celebrationem, vel per ſe, vel per alios, ex iis, quæ in miſſa leguntur, aliquid exponant: atque inter cætera, ſanctiſſimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarent diebus præſertim Dominicis, & feſtis. *Hebr. 4.*

CAP. IX.

Quia verò aduerſus veterem hanc, in ſacroſancto Euangelio Apoſtolorum traditionibus, ſanctorumq; patrum doctrina, fundatam fidem, hoc tempore, multi diſſeminati

sint errores, & multa à multis docentur, atque disputantur: Sacrosancta Synodus: post multos, grauésque, his de rebus, mature habitos tractatus: vnanimi patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinæ aduersantur, damnare, & à sancta Ecclesia eliminare, per subiectos hos canones constituit.

De sacrificio Missæ.

Canon 1.

Si quis dixerit, in missa, non offerri Deo, verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, illis verbis, hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes: aut non ordinasse, vt ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum, anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, missæ sacrificium, tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumenti, neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri deberi, anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in cruce peracto per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari, anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit: imposturam esse missas celebrare in honorem sactorum, & pro illorũ intercessione apud Deum obtinenda, sicut ecclesia intendit, anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit, canonem missæ, errores cõtinere, ideóq; abrogandum, anath. sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, cæremonias, vestes, & externa signa: quibus in missarum celebratione Ecclesia Catholica vtitur, irritabula in pietatis esse magis quàm officia pietatis, anat. sit.

Canon 8.

Si quis dixerit missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideóque abrogandas, anath. sit.

Canon 9.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce, pars canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse, aut lingua tantum vulgari, missam celebrari debere, aut aquam non miscendam vino, in calice offerendo, quod sit contra

Christi institutionem: anathema sit.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Synodus, vt reformationis negotium prosequatur: hęc, in præsenti sessione, statuenda censuit.

Canon 1.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, ac Dei cultum, assiduo instruat: quàm eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Cùm enim à rebus seculi, in altiorem sublati locum conspiciantur: in eos, tanquam in speculum, reliqui oculos coniiciunt: ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter, sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere: vt habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nihil nisi graue, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant: leuia etiam delicta (quæ in ipsis maxima essent) effugiant: vt eorum actiones, cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo maiore in Ecclesia Dei: & vtilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sunt obseruanda: Statuit sancta Synodus vt quæ alias, à summis Pontificibus, & à sacris Conciliis, de clericorum vita, honestate, cultu, doctrináque retinenda: ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus ac qbuscunque

cunque criminibus necnon secularibus negotiis fugiendis: copiosè, ac salubriter sancita fuerunt: eadem in posterum, iisdem pœnis, vel maioribus, arbitrio ordinarij imponendis, obseruentur, nec appellatio, executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò iis, in desuetudinem abiisse compererint, ea quam primum in vsum reuocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant: non obstantibus consuetudinibus quibuscunque: ne subditorum neglectæ emendationis, ipsi, condignas, Deo vindice, pœnas persoluant.

Can. 2.

Quicunque posthac, ad cathedrales Ecclesias erit assumendus, is, non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à sacris canonibus requiruntur, plene sit præditus: verum etiam in sacro ordine, antea, saltem sex mensium spatio, constitutus, quarum rerum instructio, si eius notitia nulla, aut recens in Curia fuerit: à sedis Apostolicæ Legatis, seu nuntiis Prouinciarum, aut eius ordinario: eóque deficiente, à vicinioribus ordinariis, sumatur. Scientia verò, præter hæc, huiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitate possit satisfacere. Ideóque antea in vniuersitate studiorum, ma-

gister siue doctor, aut licentiarius in sacra Theologia, vel iure Canonico merito sit promotus aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos, ostendatur. Quod si regularis fuerit à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde iustructio seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: Alioquin, eorum conscientias, grauiter oneratas esse scient: & Deum, & superiores suos habebunt vltores.

Can. 3.

Episcopi, etiam tanquam delegati Apostolici, ex fructibus, & prouentibus quibuscunque, omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis existentium, tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas, diuidere possint: vt scilicet qui eas obtinent iuxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint: illius diei distributionem amittant: nec eius quoquo modo dominium acquirant: sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarij applicetur. Crescente verò contumacia, contra eos, iuxta sacrorum Canonum constitutiones, procedant. Quod si, ali-

ſi, aliqui ex prædictis dignitatibus in Eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis, de iure, ſeu conſuetudine, iuriſdictio, adminiſtratio, vel officium, non competat: ſed extra ciuitatem in diœceſi, cura animarum immineat: cui, is qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit: tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit tãquam præſens ſit, ac diuinis interſit, in Eccleſiis cathedralibus, ac collegiatis, habeatur. Hæc in his Eccleſiis tantum conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes aliquid amittant, quod ad tertiam dictorum fructuum, & prouentuum partem aſcendat: non obſtantibus conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & conſtitutionibus, etiam iuramento, & quauis authoritate firmatis.

Can. 4.

Quicunque, in cathedrali, vel collegiata ſeculari, aut regulari Eccleſia, diuinis mancipatus officiis, in ſubdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit: vocem in huiuſmodi Eccleſiis, in capitulo non habeat: etiam ſi hoc ſibi ab aliis libere fuerit conceſſum. Ii verò qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia

beneficia, in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt: quibus onera varia sunt annexa, videlicet, vt alij missas, alij Euãgelia, alij Epistolas dicãt & cantent: teneantur infra annum, iusto impedimento cessante quocunque priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, ordines suscipere requisitos: Alioquin pœnas incurrant, iuxta constitutionem Concilij Viennen. quæ incipit: Vt ij, qui: Quam præsenti decreto innouat. Cogántque Episcopi eos diebus statutis, dictos ordines, per seipsos exercere: ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præstare: sub eisdem, & aliis, etiam grauioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat prouisio: nisi iis, qui, iam ætatem, & cæteros habilitates integre habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio.

Can. 5.

Dispensationes, quacunque authoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam eõmittendæ erunt: committantur ordinariis illorum qui eas impetrauerint. Eæ verò quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum: nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extra, iudicialiter cognoscatur, expressas præces, subreptionis vel obreptionis, vitio non subiacere.

Can.

Can.6.

In commutationibus vltimarum voluntatum: quæ, non nisi ex iusta, & necessaria exusa, fieri debent: Episcopi, etiam tanquam delegati sedis Apostolicæ, summarie, & extra iudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum: priusquam commutationes prædictæ, executioni demandentur.

Can.7.

Legati, & Nuntij Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani, in appellationibus ad eos interpositis, in quibusuis causis: tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus, post appellationem seruare teneantur formam & tenorem sacrarum constitutionum, & præsertim Innocentij quarti, quæ incipit: Romana: quacũque consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, vel priuilegio, in contrarium non obstantibus: alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sint ipso iure nulla.

Can.8.

Episcopi, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati, in casibus à iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate quàm inter viuos, sint executores: habeant ius visitandi hospitalia, colle-

gia quæcunque, ac cõfraternitates laicorũ etiam quas scholas, siue quocunque alio nomine vocant: non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: eleemosynas montis pietatis, siue charitatis, & pia loca omnia, quocunque modo nũcupentur: etiam si prędictorum locorum cura, ac laicos pertineat atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita: ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, & pauperes substentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo, iuxta sacrorum canonum statuta cognoscant, & exequantur: non obstantibus, quacunque consuetudine, etiam immemorabili priuilegio, aut statuto.

Can. 9.

Administratores tam Ecclesiastici, quàm laici, fabricæ cuiuslibet Ecclesiæ, etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, montis pietatis & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur, reddere rationem administrationis, ordinario: consuetudinibus & priuilegiis quibuscunque in contrarium sublatis: nisi secus forte, in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ, expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset: tunc cum iis adhibeatur etiam ordinarius: aliter factæ libe-

ratio-

rationes, dictis administratoribus minimè suffragentur.

Canon 10.

Cum ex notariorum imperitia, plurima damna, & multarum occasio litium oriatur: possit Episcopus, quoscunque Notarios: etiã si Apostolica, Imperiali, aut Regia authoritate, creati fuerint etiam tanquam delegatus sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari: illísque non idoneis repertis, aut quomodocunque in officio delinquentibus: officij eius, in negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis ac spiritualibus: exercendi vsum, perpetuo aut ad tempus, prohibere. Nec appellatio eorum, interdictionem ordinarij suspendat.

Canon 11.

Si quem clericorum, aut laicorum: quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali prefulgeat: tantum, malorum omniũ radix cupiditas, occupauerit: aut alicuius Ecclesiæ, seu cuiuslibet secularis beneficij, montium pietatis, aliorumq; piorum locorum iurisdictiones, bona, census ac iura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obuentiones quæ in ministrorum, ac pauperum necessitates conuerti debent: per se, vel per alios, vi, vel timore incusso seu etiam per

suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios vsus conuertere, illósque vsurpare præsumpserit: seu impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiãtur: is anathemati tandiu subiaceat, quandiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & reditus, quos occupauerit: vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositę, personæ pertinuerint: Ecclesiæ, eiusque administratori, siue beneficiato, integre restituerit: ac deinde à Rom. Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit: etiam iuris patronatus, vltra positas pœnas, eo ipso priuatus existat. Clericus verò qui nefandæ fraudis & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat: nec non quibuscunque beneficiis priuatus sit & ad quæcunque alia beneficia, inhabilis efficiatur: & à suorum ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem: arbitrio sui ordinarij, suspendatur.

DECRETVM DE OBSERuandis, vel euitandis, in celebratione Missæ.

Quanta cura adhibenda sit, vt sacrosanctum Missę sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur: quiuis facile existi-

existimare poterit : qui cogitarit, maledictum in sacris literis eum vocari , qui opus Dei facit negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus , adeo sanctum, ac diuinum, à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium quo viuifica illa hostia , qua Deo patri reconciliati sumus, in altari , per Sacerdotes quotidie immolatur : satis etiam apparet omnem operam & diligentiam, in eo ponendam esse: vt quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia , & puritate , atque exteriori deuotionis , ac pietatis specie, peragatur. Cùm igitur multa iam, siue temporum vitio, siue hominum incuria , & improbitate, irrepsisse videantur , quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt , vt ei debitus honor, & cultus, ad Dei gloriam , & fidelis populi ædificationem, restituatur : decernit sancta Synodus : vt ordinarij locorum Episcopi , ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedulo curent, ac teneantur : quæ, vel auaritia, idolorum seruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix seiuncta esse potest: vel superstitio , veræ pietatis falsa imitatrix , induxit.

Atque, vt multa paucis comprehendant: in primis, & ad auaritiam pertinet, cuiusuis generis mercedũ, conditiones, pacta, cõuentio-

nes,& quicquid pro Missis nobis celebrandis datur:nec non importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones, potius quàm postulationes :aliáque huiusmodi : quæ à Simoniaca labe : vel certe à turpi quæstu non longe absunt:omnino prohibeant.

Deinde vt irreuerentia vitetur : singuli in suis diœcesibus interdicant:ne cui vago & ignoto sacerdoti,Missas celebrare liceat. Neminẽ p̃terea:q̃ publice,&notoriecriminosus fit,aut sãcto altari ministrare,aut sacris interesse permittant:néue patiantur : priuatis in domibus:atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria,ab eisdem ordinariis designanda, & visitanda,sanctum hoc sacrificium, à secularibus aut regularibus quibuscunque peragi:ac nisi prius intersint decenter, composito corporis habitu,declarauerint, se mente etiam ac deuoto cordis affectu,non solum corpore adesse.Ab Ecclesiis verò musicas eas: vbi siue organo:siue cantu, lasciuum, aut impurum aliquid miscetur:item seculares omnes actiones,vana,atque adeo profana colloquia, deãbulationes,strepitus,clamores arceant: vt domus Dei,verè domus orationis esse videatur, & dici possit.

Postremo, ne superstitioni locus aliquis detur:edicto & pœnis propositis, caueãt, ne sacerdotes, aliis quàm debitis horis, cele-

brent

brent: néue ritus alios, aut alias cæremonias, &preces, in Missarum celebratione adhibeãt: præter eas quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint. Quarundam verò Missarum, & candelarum, certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione inuentus est omnino ab Ecclesia remoueant, Doceántque populum, quis sit, & à quo potissimum prouenìat, huius sanctissimi sacrificij, tã preciosus, ac prope cœlestis fructus. Mòneant etiã eundem populum: vt frequenter ad suas parochias, saltem diebus dominicis, & maioribus festis accedant. Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt omnibus locorum ordinariis ita proponuntur: vt, non solùm ea ipsa, sed quæcunque alia, huc pertinere visa fuerint: ipsi, pro data, sibi à Sancta Synodo potestate, ac etiam, vt delegatis Sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant, statuant: atque ad ea inuiolate seruanda, censuris Ecclesiasticis, aliísque pœnis, quæ illorum arbitrio constituent, fidelem populum compellant: non obstantibus, priuilegiis, exemptionibus, appellationibus ac consuetudinibus quibuscunque.

DECRETVM SVPER PETItione concessionis calicis.

Insuper, cum eadem sancta Synodus, su-

periori Sessione, duos articulos, alias propositos, & nondum discussos, videlicet: An rationes: quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub vna tãtum panis specie: ita sint retinendæ, vt nulla ratione, calicis vsus, cuiquam sit permittendus, & an si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus, concedendus alicui, vel nationi, vel regno, calicis vsus videatur: sub aliquibus conditionibus sit concedendus, & quænam sint illæ in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos reseruauerit; nunc eorum pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decernit, integrum negotium ad S.D.N. esse referendum: prout præsenti decreto refert: qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod vtile Reipu. Christianæ, & salutare, petentibus vsum Calicis, fore iudicauerit.

DECRETVM INDICTIONIS, futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta synodus, diem futuræ Sessionis, ad feriam quintam, post octauam festiuitatis omnium sanctorum, qui erit dies 12. Nouembris, indicit: & in ea decernetur de Sacramento ordinis: & de Sacramento Matrimonij, &c.

SES-

SESSIO SEPTIMA VERA, & Catholica doctrina, de sacramento Ordinis, ad condemnandos errores nostri temporis, à sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata in Sessione septima.

Die xv. Mensis Iulij. M. D. LXIII.
Sub Beatiss. Pio IIII.

CAP. I.

SACRIFICIVM, & sacerdotium, ita, Dei ordinatione coniuncta sunt: vt vtrunque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile, ex Domini institutione, catholica Ecclesia acceperit: fateri etiam oportet, in ea nouum esse visibile, & externum sacerdotium: in quod verus translatum est. Hoc autem, ab eodem Domino Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorúmque successoribus, in sacerdotio potestatem traditã consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus & sanguinem eius, nec non & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ literæ ostendunt: & catholicæ Ecclesiæ traditio, semper docuit,

Cap. II.

Cum autem diuina res sit, tam sancti sacerdotij ministerium, consentaneũ fuit (quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset) vt in ecclesiæ ordinatissima dispositione, plures, & diuersi essent ministrorum ordines: qui sacerdotio ex officio deseruirẽt: & ita distributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent: Nam non solum de sacerdotibus, sed & de diaconis, sacræ literæ apertam mentionem faciunt: & quæ maxime illorum ordinatione attendenda sunt, grauissimis verbis docent: & ab ipso Ecclesiæ initio, sequentium ordinum nomina, atque vniuscuiusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, Acolyti, exorcistæ, lectoris, & ostiarij, in vsu fuisse cognoscuntur: quamuis non pari gradu, Nam subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & sacris Conciliis referetur: in quibus, & de aliis inferioribus, frequentissime legimus.

Cap. III.

Cum scripturæ testimonio, Apostolica traditione & patrum vnanimi consensu, perspicuum sit: per sacram ordinationem (quæ verbis & signis exterioribus perficitur) gratiam conferri: dubitare nemo debet: ordinem, esse verè, & proprie, vnum ex septem

Sanctæ

Sanctæ Ecclesię Sacramentis. Inquit enim Apostolus: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei: quæ est in te, per impositionem manuũ mearum. Non enim dedit nobis Deus, spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Cap. IIII.

Quoniam verò in sacramento ordinis sicut & in Baptismo, & confirmatione, character imprimitur: qui nec deleri, nec auferri potest: merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt noui testamenti sacerdotes, temporalium tantummodo potestatem habere: ac semel rite ordinatos iterum Laicos effici posse: si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali prædictos affirmet: nihil aliud facere videtur: quàm Ecclesiasticam Hierarchiam (quæ est, vt castrorũ acies ordinata) confundere: perinde, ac si contra Beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli: omnes Prophetæ: omnes Euangelistæ: omnes Pastores: omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat: præter cæteros Ecclesiasticos gradus Episcopos (qui in Apostolorum locum successerunt) ad hunc Hierarchicũ ordiné p̃cipuè pertinere; & po-

sitos (sicut idem Apostolus ait) à spiritu sancto, regere Ecclesiam Dei: eósque Presbyteris superiores esse: ac sacramentum confirmationis conferre: ministros Ecclesiæ ordinare: atque alia pleraque peragere ipsos posse: quarum functionum potestatem, reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, & cæterorum ordinum, nec populi, nec cuiusuis secularis potestatis, & magistratus consensum, siue vocationem, siue authoritatem, ita requiri: vt sine ea, irrita sit ordinatio: quin potius decreuit: eos, qui tantummodo à populo, aut seculari potestate, ac magistratu vocati & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt: & qui ea, propria temeritate sibi sumunt: omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures, & latrones, per hostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim, sacræ Synodo visum est Christi fideles, de sacramento ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis Canonibus, in hunc, qui sequitur modum, damnare constituit: vt omnes, adiuuante Christo, fidei regula vtentes: in tot errorum tenebris, Catholicam veritatem, facilius agnoscere, & tenere possint.

De sacramento ordinis.

Si

Si quis dixerit, non esse in nouo testamento sacerdotium visibile, & externum: vel non esse potestatem aliquam, consecrandi & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini: & peccata remittendi, & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium: prædicandi Euangelium: vel eos, qui non prædicant: prorsus non esse sacerdotes: anathema sit.

Can. 2.

Si quis dixerit, præter sacerdotium, non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores, & minores: per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur: anathema sit.

Can. 3.

Si quis dixerit, ordinem, siue sacram ordinationem, non esse verè & propriè sacramentum, à Christo Domino institutum: vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis: aut esse tantum ritum quendam, eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum: anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, per sacram ordinationem, non dari spiritum sanctum: ac proinde frustra Episcopos dicere: accipe spiritum sanctum: aut per eam, non imprimi characte-

rem vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse: anathema sit.

Can. 5.

Si quis dixerit, sacram vnctionē, qua Eccl. in sancta ordinatione vtitur: non tantum nō requiri sed contemnendam & perniciosam esse: similiter & alias ordinis cæremonias, anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris: anathema sit.

Can. 7.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores: vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi vel eam, quam habēt illis esse cum Presbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos, sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse: aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & Canonica potestate ritè ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministros: anathema sit.

Can. 8.

Si quis dixerit, Episcopos qui authoritate Rom. Pontificis assumuntur: non esse legitimos, ac veros Episcopos, sed figmentum humanum:

humanum: anathema sit.

De residentia.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hęc quę sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decernit.

Cum præcepto diuino mandatum sit, omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere: pro his sacrificium offerre, verbíque diuini prædicationem: sacramentorum administratione: ac bonorum omnium operum exemplo, pascere: pauperũ aliarúmque miserabilium personarum curã paternam gerere: & in cætera munia pastoralia incumbere: quæ omnia, nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt: sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur: vt diuinorum prę-ceptorum memores, factíque forma gregis: in iudicio, & veritate pascant, & regant. Ne verò, ea quæ de residentia, sanctè & vtiliter, iam antea sub fœl. re. Paulo III. sancita fuerunt in sensus à sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur: ac si vigore illius decreti, quinque mensibus continuis abesse liceat: illis inhærendo, declarat sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac cathedra-

libus Ecclesiis quibuscunque quocunque nomine, & titulo præfectos, etiam si S. R. E. Card. sint: obligari ad personalem in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam: vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur: neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. Nam cum Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Eccl. vel reipublicæ vtilitas: aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant: decernit eadem sancta Synodus: has legitimæ absentiæ causas, à Beatissimo Ro. Pont. aut à Metropolitano: vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente: qui idem Metropolitani absentiam probare debebit: in scriptis esse approbandas: nisi cum absentia inciderit, propter aliquod munus, & Reipub. officium, Episcopatibus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ: ne eas quidem, significari Metropolitano, necesse erit: Ad eundem tamen, cum Concilio prouinciali, spectabit, iudicare de licentiis à se, vel à suffraganeo datis: & videre, ne quis, eo iure abutatur: & vt pœnis canonicis errantes puniantur. Interea, meminerint discessuri: it ouibus suis prouidendum: vt (quantum fieri poterit (ex ipsorum absentia, nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantisper tantum

absunt,

absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse: quia statim reuersuri sunt: sacrosancta Synodus, vult illud absentiæ spatium, singulis annis, siue continuum, siue interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere, duos aut ad summum tres menses excedere: & haberi rationem, vt id æqua ex causa fiat: & absque vllo gregis detrimento: quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinquit: quam sperat religiosam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant: cuius opus, non fraudulenter agere, suo periculo tenentur: Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatium: domini aduentus, quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & corporis Christi diebus (quibus reficí maximè & in Domino gaudere Pastoris præsentia oues debeant) ipsi ab Eccl. sua cathedrali, vllo pacto absint: nisi episcopalia munia, in sua diœcesi, cos alio vocent.

Si quis autē (quod vtinā nunquam veniat) contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus: præter alias pœnas, aduersus non residentes, sub Paulo III. impositas & innouatas: ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata tēporis absentiæ, fructus suos non facere: nec tuta

conscientia (alia etiam declaratione non secuta) illos sibi detinere posse: sed teneri, aut (ipso cessante) per superiorem ecclesiasticum, illos fabricæ eccle. aut pauperibus loci erogare: prohibita quacunque conuentione: vel compositione, quæ pro fructibus male pceptis appellatur: ex qua etiã prædicti fructus, in totum, aut pro parte, ei remitterẽtur: non obstantibus quibuscunque priuilegiis, cuicunque collegio, aut fabricæ concessis.

Eadem omnino (etiam quo ad culpam & amissionem fructuum & pœnas) de curatis inferioribus, & aliis quibuscunque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, & decernit: Ita tamen, vt quandocunq; eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit. Vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquãt. Discedendi autem licentiam, in scriptis gratisque concedendam vltra bimestre tempus (nisi ex graui causa) non obtineant. Quod si per edictum citati (etiam non personaliter) contumaces fuerint: liberum esse vult ordinariis per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractationem fructuũ, aliáque iuris remedia: etiam vsque ad priuationem, compellere: Nec execut,onem

hanc

hanc, quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione: etiam ratione cuiuscunque beneficij, pactione, statuto etiam iuramento, vel quacunq; authoritate confirmato: consuetudine etiã immemorabili (quæ potius corruptela censenda est) sine appellatione, aut inhibitione: etiam in Rom. Curia: vel rigore Eugenianæ constitutionis, suspendi posse.

Postremò tam decretum illud, sub Paulo III. quam hoc ipsum, in Conciliis prouincialibus, & episcopalibus publicari, sancta Synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeo ex Pastorum munere, animarúmque salute, sunt: frequenter omnium auribus, mentibúsque infigi: vt in posterum. (Deo iuuante) nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut desuetudine, aboleantur.

EADEM SACROSANCTA TRIdentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decernit. Ecclesiis, cathedral. seu superioribus, quocunque nomine: ac titulo præfecti: etiam si S. R. E. Cardinales sint, si munus consecrationis, inter tres menses non susceperint: ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses, postea id facere neglexerint: Ecclesiis ipso iure, sint priuati. Consecratio verò si extra curiam

Romanam fiat: in Ecclesia, ad quam promoti fuerint: aut in prouincia, si commode fieri poterit, celebretur.

2 Episcopi, per semetipsos, ordines conferant. Quod si ægritudine fuerint impediti: subditos suos, non aliter, quam iam probatos, & examinatos, ad alium episcopum ordinandos dimittant.

3 Prima Tonsura non initientur, qui sacramentum confirmationis non susceperint: & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciant: & de quibus, probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude: sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

4 Ad minores ordines promouēdi, bonum num à Parocho, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos maiores erunt assumendi: per mensem ante ordinationem, episcopum adeant qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat: vt omnibus, ac desiderio eorum, qui volent promoueri, publice in Ecclesia propositis: de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita, à fide dignis diligenter inquirat: & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum episcopum, quam primum transmittat.

5 Nullus

5 Nullus prima tonsura initiatus: aut etiam in minoribus ordinibus constitutus: ante decimum quartum annum, beneficium possit obtinere. Is etiam fori priuilegio non gaudeat: nisi beneficium Ecclesiasticum habeat: aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato episcopi inseruiat: vel in seminario clericorum aut in aliqua schola, vel vniuersitate, de licentia episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. In clericis verò coniugatis, seruetur constitutio Bonifac. IX. quæ incipit: Clerici, qui cum vnicis: modo bi Clerici alicuius Eccle. seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Eccles. seruiant, vel ministrent: & clericali habitu, & tonsura vtantur: nemini, quo ad hoc, priuilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.

6 Sacrosancta Synodus antiquorum Canonum vestigiis inhærendo, decernit: vt quando Episcopus ordinationem facere disposuerit: omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint: feria quarta, ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur: ad ciuitatem euocentur. Episcopus autem (sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis) ordinan-

dorum genus personam, ætatem, institutionem, mores, doctrina, & fidem, diligenter inuestiget, & examinet.

7 Ordinationes sacrorum ordinum, statutis à iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibus ad id, Ecclesiæ Canonicis, publicè celebrentur. Si autem in alio diœcesis loco: præsente clero loci, dignior (quantum fieri poterit) Ecclesia semper adeatur. Vnusquisque autem, à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoueri petat: nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur: nisi eius probitas, ac mores ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat ordinans, à collatione ordinum, per annum: & ordinatus, à susceptorum ordinum executione, quandiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

8 Episcopus, familiarem suum non subditum, ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus: & beneficium, quacunque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat: cõsuetudine quacunque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

9 Abbatis, ac aliis quibuscunque: quantumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam

si nullus

si nullus diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, vel minores ordines conferre: nec ipſi Abbates, & alij exempti, aut collegia, vel capitula quæcunque: etiam Eccleſiarum Cathedralium, literas dimiſſorias, aliquibus clericis ſecularibus, vt ab aliis ordinentur, concedant. Sed horum omnium ordinatio, ſeruatis omnibus, quæ in huius Sacroſanctę Synodi decretis continentur, ad epiſcopos, intra quorum Diœceſi fines exiſtant, pertineat: nõ obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impoſitam his, qui contra huius Sanctæ Synodi ſub Paulo III. decretum, à capitulo Epiſcopali, ſede vacante, literas dimiſſorias impetrant: ad illos, qui eaſdem literas non à capitulo, ſed ab aliis quibuſuis, in iuriſdictione Epiſcopi, loco capituli, ſede vacante, ſuccedẽtibus, obtinerent, mandat extendi. Concedentes autem dimiſſorias, contra formam decreti, ab officio & beneficio, per annum, ſint ipſo iure ſuſpenſi.

10 Minores ordines, his, qui ſaltem latinam linguam intelligant, per temporum interſtitia (niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur) conferantur: vt eo accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint

edoceri: ac in vnoquoque munere, iuxta præscriptum Episcopi, se exerceant: idque, in ea ad cui, scripti erunt, Ecclesia: nisi forte ex causa studiorum absint: atque ita de gradu in gradum ascendant: in eis, cum ætate, vitæ meritum, & doctrina maior, accrescat. Quod, & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministerium: atque maior erga presbyteros, & superiores ordines reuerentia: & crebrior, quam antea: corporis Christi communio, maxime comprobabunt. Cumque hinc, ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus: nemo iis initietur, quem non scientiæ spes, maioribus ordinibus dignum ostendat. Hi verò, non nisi post annum à susceptione, postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promoueantur: nisi necessitas, aut Eccl. vtilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat.

Nullus in posterum, ad subdiaconatus ordinem, ante vigesimum secundum: Ad Diaconatus, ante vigesimum tertium: Ad presbyteratus, ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur. Sciant tamen Episcopi, non singulos in ea ætate constitutos debere ad hos ordines assumi: sed dignos duntaxat, & quorum probata vita, senectus sit: Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, ordinentur:

priui-

priuilegiis quibuſcunque, quo ad hoc penitus excluſis.

Subdiaconi & Diaconi ordinentur, habentes bonum teſtimonium: & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis & his quæ ad ordinem exercendum pertinent, inſtructi, qui ſperant (Deo authore) ſe continere poſſe: Eccleſiis, quibus aſcribentur, inſeruiant, ſciántque maximè decere, ſi ſaltem diebus dominicis, & ſolennibus cum altari miniſtrauerint, ſacram communionem perceperint. Promoti ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem, in eo non ſint verſati ad altiorem gradum (niſi aliud Epiſcopo videatur) aſcendere non permittantur. Duo ſacri ordines, non eodem die, etiam regularibus, conferantur: priuilegiis ac indultis quibuſuis conceſſis non obſtantibus quibuſcunque.

Qui pie & fideliter in miniſteriis anteactis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinem aſſumuntur: bonum habeant teſtimonium, Et hi ſint, qui non modo in diaconatu, ad minus annum integrum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur, miniſtrauerint: ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt, ad ſalutem: ac miniſtrandi ſacramenta, diligenti examine præcedente, cō-

probentur. Atque ita, pietate, ac castis moribus conspicui: vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita, ab eis possint expectari. Curet Episcopus, vt ij, saltem diebus dominicis, ac festis solennibus (si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant) missas celebrent. Cum promotis per saltum (si non ministrauerint) Episcopus, ex legitima causa possit dispensare.

14 Quamuis Presbyteri, in sua ordinatione, à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamẽ sacrosancta Synodus nullum (etiam regularem) posse confessiones secularium, etiam sacerdotum audire: nec ad id idoneum reputari: nisi aut parochiale beneficium: aut ab Episcopis, per examen (si illis videbitur, esse necessarium) aut alias idoneus iudicetur: & approbationem, quæ gratis det, obtineat: priuilegiis, consuetudine quacũq; etiam immemorabili, non obstante.

15 Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesiis: sancta Synodus, vestigiis sexti Canonis, Concilij Chalcedonen. inhærendo, statuit: vt nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut vtilitate assumitur, non ascribatur: vbi suis fungatur muneribus: nec

incer-

incertis vagetur sedibus. Quod si, locum in consulto Episcopo deseruerit: ei sacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea clericus peregrinus: sine commendatitiis sui ordinarij literis, ab vllo Episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta administranda, admittatur.

Vt sanctorum ordinum, à Diaconatu, ad ostiaria tum functiones ab Apostolorum temporibus, in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis, aliquandiu intermissæ, in vsum, iuxta sacros Canones reuocentur: nec ab hæreticis, tanquam otiosæ traducantur: illius pristini moris restituendi, desiderio flagrans, sancta Synodus, decernit: vt in posterum, huiuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur: omnésque, & singulos prælatos Ecclesiarum, in Domino hortatur: & illis præcepit, vt (quantum fieri commode poterit) in Ecclesiis Cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suæ diœcesis (si populus frequens, & Ecclesiæ prouentus, id ferre queant) huiusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte redditum, aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ si prouentus suppetant: aut vtriusque illorum eas functiones exercẽtibus, stipendia assignent: quibus si

negligentes fuerint, ordinari iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totum priuari possint. Quod si, ministeriis quatuor minorum ordinum exercendis, Clerici cælibes præsto non erunt, suffici possint, etiam coniugati, vitæ probatæ (dummodo non bigami) ad ea munia obeunda idonei: & qui tonsuram, & habitum clericalem in Ecclesia gestent.

Cùm Adolescentium ætas, nisi rectè instituatur prona sit ad mundi necessitates sequēdas: & infrà teneris annis, ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus, totos homines possideat: nunquam perfecte, ac sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseueraturi: sacrosancta Synodus, statuit: vt singulæ cathedrales, Metropolitanæ, atque his maiores Ecclesiæ (pro modo facultatum, & diœcesis, amplitudine) certum puerorum ipsius ciuitatis, & diœcesis, vel eius prouinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in collegio, ad hoc prope ipsa Ecclesia, vel alio in loco conuenienti, ab Episcopo eligendo: alere, ac religiose educare, & in ecclesiasticis disciplinis instituere, teneantur. In hoc verò collegio recipiātur, qui ad minimū duodecim annos, ex legitimo matrimonio nati sint: ac legere, & scribere competenter nouerint:

nouerint: & quorum indoles, & voluntas spē afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inseruituros. Pauperum autem filios, præcipue eligi vult: nec tamen ditiorum excludit: modo suo sumptu alantur, & studium præ se ferant, Deo, & ecclesiæ inseruiendi. Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, diuisos, iuxta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim cum opportunum videbitur, ecclesiarum ministerio addiscet: partim in collegio erudiendos retinebit aliósque in locum eductorum sufficiet: ita vt hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Vt verò in eadem disciplina Ecclesiastica, commodius instituantur: tonsura statim, atque habitu clericali, semper vtentur. Grammatices, Cantus, Computi Ecclesiastici, aliarúmque bonarum artium disciplinam discent: sacram scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, (maxime quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna) & rituum, ac cæremoniarum formas ediscent. Curet Episcopus: vt singulis diebus missæ sacrificio intersint: ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata: & iuxta confessoris iudicium, sumant corpus domini nostri Iesu Christi: cathedrali, &

aliis loci Ecclesiis, diebus festis inseruiant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem opportuna, & necessaria, Episcopi singuli, cum concilio duorum Canonicorum seniorum & grauiorum, quos ipsi elegerint, prout spiritus sanctus suggesserit, constituent: eaque, at semper obseruentur, sæpius visitando operam dabunt, Discolos & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores, acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quæcunque ad conseruandum, & augendum, tam pium, & sanctum institutum, pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris soluendam, & alendam iuuentutem, & ad alios sumptus, certi redditus erunt necessarij: vltra ea, quæ ad instituendos alendósve pueros, sunt in aliquibus Ecclesiis, & locis destinata; quæ eo ipso, huic seminario, sub eadem Episcopi cura, applicata censeantur. Idem Episcopus, cum concilio duorum à capitulo: quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur. Itemque duorum de clero ciuitatis: quorum quidem alterius electio, similiter ad Episcopum. alterius verò ad clerum pertineat: ex fructibus integris mensæ Episcopalis, & capituli, & quarum

rumcunque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & prioratuum, cuiuscunque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem: iuxta constitutionem Concilij Viennensis, quæ incipit, quia contingit: & beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscunque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius Diœcesis, vel aliis Ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibusuis locis piis etiam exemptis annexa & ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscunque aliis Ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, etiam aliorum collegiorum: in quibus tamen seminaria discentium vel docentium ad commune Ecclesiæ bonum promouendum actu non habentur: Hæc enim exempta esse voluit: præterquam ratione reddituum, qui superflui essent, vltra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatum (quæ in nonnullis scholæ appellantur) & omnium monasteriorum (non tamen mendicantium) etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos ex quibus subsidia Ecclesiastica solui solent, & milites cuius-

cunque militiæ aut ordinis pertinentibus (fratribus sancti Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) partem aliquam, vel portionem detrahent: Et eam portionem sic detractam: necnon beneficia aliquot simplicia cuiuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam testimonia, vel præstimoniales portiones, etiam ante vacationem nuncupat, sine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt: Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reseruata, vel effecta: nec per resignationem ipsorum beneficiorum, vniones & applicationes suspendi, vel vllo modo impediri possint: sed omnino quacunque vacatione, etiamsi in incuria effectum suum sortiantur, quacunque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem soluendam beneficiorum, dignitatum, personatuum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus soluerint, retinendo tamen pro rata, quicquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum ab episcopo loci, per censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia compellantur: etiam vocato ad hoc (si videbitur) auxilio brachij secularis: quibuscuis, quo ad omnia & singula supra scripta,

priui-

priuilegiis, exemptionibus etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, quamuis appellatione, inhibitione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente verò casu, quo per vniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex singulis beneficiis, vt supra detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum Prælati, in hac seminarij electione, eiúsque conseruatione, negligentes fuerint ac suam portionem soluere detractauerint: Episcopum, Archiepiscopus: Archiepiscopum & superiores, Synodus prouincialis, acriter corripere, eósque ad omnia supradicta cogere debeat: & vt quamprimum hoc sanctum, & tam pium opus vbicunque fieri poterit promoueatur, studiose curabit. Rationes autem reddituum huius seminarij, Episcopus singulis annis accipiat, præsentibus duobus à capitulo, & totidem à clero ciuitatis deputatis.

Deinde vt cum minori impensa, huiusmodi scholis instituendis prouideatur: statuit sancta Synodus: vt Episcopi, Archie-

piscopi, primates, & alij locorum ordinarij, scholasterias obtinentes, & alios quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum ad docendum in ipsis scholis instituendos, per seipsos si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab ordinariis approbãdos, per subtractionem fructuum cogant, & compellant. Quod si, iudicio Episcopi, digni non fuerint: alium, qui dignus sit, nominet omni appellatione remota. Quod si neglexerit, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero verò, officia vel dignitates illæ, quæ scholasticæ dicuntur, non nisi doctoribus & magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur: & aliter facta prouisio nulla sit, inualida: non obstantibus quibusuis priuilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si vero in aliqua prouincia 3. ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt collegium in aliquibus erigi non possit: Synodus prouincialis, vel Metropolitana, cum duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia Metropolitana, vel alia prouinciæ Ecclesia cõmodiori, vnum aut plura collegia, prout opportunum

tunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut pluriũm ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigẽdum curabit: vbi pueri illarum ecclesiarum educentur.

In ecclesiis autem, amplas Diœceses habentibus, possit Episcopus vnum, vel plura, in Diœcesi, prout sibi opportunũ videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Postremo si vel pro vnionibus, seu proportionũm taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione, difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius seminarij institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur: episcopus, cum supra deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro ecclesiarum & beneficiorum qualitate etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando aut agendo, omnia, & singula, quæ ad huius seminarij profectum necessaria, & opportuna videbuntur: decernere, ac prouidere valeat.

Insuper, eadem sacrosancta Tridentina Synodus, proximam futuram Sessionem, in diem decimam sextam, Mensis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento matrimonij: & de aliis, si qua erunt ad doctrinam

fidei pertinentia, quæ expediri possint. Item de prouisionibus Episcopatuum, dignitatum aliorúmque beneficiorum ecclesiasticorum ac de diuersis reformationis articulis.

DECRETA DE SACRAMENTO Matrimonij, & de reformatione,

PVBLICATA IN SESSIONE octaua, sacri Concilij Tridentini,

SVB BEATISS. N. PIO. IIII. Pont. Max.

Die XI. Nouemb. M.D. LXIII.

DOCTRINA DE SACRAMENTO matrimonij.

Genes. 2. MATRIMONII perpetuum indissolubilémque nexum, primus humani generis Parens, diuini spiritus instinctu pronunciauit, cum dixit hoc nunc os, ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem, relinquet homo, patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo, in carne vna.

Hoc autem vinculo, duos tantummodo copulari, & coniungi, Christus Dominus, apertius docuit, cum postrema illa verba, tanquam à Deo prolata referens, dixit: itaque

iam

iam non sunt duo, sed vna caro: statimque, eiusdem nexus firmitatem ab Adamo, tanto ante pronunciatam, his verbis confirmauit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. *Matth. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Ephes. 5.*

Gratiam verò quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem vnitatem cõfirmaret, coniugésque sanctificaret: ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod, Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: mox subiungens: sacramentum hoc magnum est: ego autem dico, in Christo, & in Ecclesia. *Ephes. 5.*

Cum igitur Matrimonium, in lege Euangelica, veteribus connubiis, per Christum, gratiam præstet: Merito, inter nouæ legis sacramenta annumerandum, sancti Patres nostri, Concilia, & vniuersalis Ecclesiæ traditio, semper docuerunt. Aduersus quam, impii homines huius seculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili sacramẽto senserunt: sed de morte sua prætextu Euangelij, libertatem carnis introducentes: multa, ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine, aliena scripto & verbo asseruerunt,

non sine magna Christi fidelium iactura. Quorum temeritati, sancta, & vniuersalis Synodus, cupiens occurrere: insigniores præfatorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat pernicioſa eorũ contagio, exterminandos duxit: hos, in ipsos hæreticos, eorúmque errores, decernens Anathematismos.

CANONES DE SACRAmento Matrimonij.

1 Si quis dixerit, Matrimonium, non esse vere, & proprie vnum ex septem legis Euãgelicæ sacramentis, à Christo domino institutum: sed ab hominibus in Ecclesiam inuentum: neque gratiam conferre: anathema sit.

2 Si quis dixerit, licere Christianis, plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum: Anathema sit.

3 Si quis dixerit, eos tantum, consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec posse Ecclesiam, in nonnullis illorum dispensare, aut constituere vt plures impediant & dirimant: anathema sit. *Leuit. 18.*

4 Si quis dixerit, Ecclesiam, non potuisse constituere impedimenta, Matrimonium dirimentia: vel in iis constituendis errasse: anathema sit.

5 Si

5 Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationē, aut affectatam absentiam à coniuge, dissolui posse Matrimonij vinculum, anathema sit.

6 Si quis dixerit, Matrimonium ratum, nō consummatum: per solēnem religionis professionem, alterius coniugum, non dirimi: anathema sit.

7 Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet (iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinam) propter adulterium alterius coniugum, Matrimonij vinculum non posse dissolui: & vtrunque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuente, aliud matrimonium cōtrahere: mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alij nupserit: anathema sit.

8 Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas, separationem inter coniuges, quo ad thorum, seu quo ad cohabitationem, ad certum incertúmve tempus, fieri posse decernit: anathema sit.

9 Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos: vel regulares, castitatem solēniter professos: posse matrimonium cōtrahere: contractúmq; validū esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto: & oppositum, nil aliud

esse, quam damnare matrimonium: posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis (etiamsi eam vouerint) habere donum: anathema sit: cum Deus id rectè petentibus, non denegeat: nec patiatur, nos supra id, quod possumus tentari.

10 Si quis dixerit, statum coniugalem, anteponendum esse, statui virginitatis, vel cælibatus: & non esse melius, ac beatius manere in virginitate, aut cælibatu, quam iungi matrimonio: anathema sit.

11 Si quis dixerit prohibitionem solennitatis nuptiarum, certis annis temporibus, superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profectam: aut benedictiones, & alias cæremonias quibus Ecclesia in illis vtimur damnauerit: anathema sit.

12 Si quis dixerit causas matrimoniales, non spectare ad iudices Ecclesiasticos: anath. sit.

DECRETA DE REFORmatione Matrimonij.

1 TAmetsi dubitandum non est, clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse Matrimonia, quandiu Ecclesia, ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi sint illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant, quique falso affirmant, Matrimo-

monia, à filiisfamilias, sine consensu parentũ contracta, irrita esse: & Parentes, ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia, ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verum, cum sancta Synodus, animaduertat, prohibitiones illas, propter hominum inobedientiam, iam non prodesse: & grauia peccata perpendat, quę ex eisdem clandestinis coniugiis ortum habent: præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt: Cui malo, cum ab Ecclesia, quæ de occultis non iudicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remediũ adhibeatur: Idcirco sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio Tertio celebratis, vestigiis inhærendo: præcipit, vt in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia, inter missarum solennia, publicè denuncietur, inter quos, matrimonium sit contrahendum. Quibus denuntiationibus factis: si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij, in facie Ecclesiæ, procedatur: Vbi Parochus, viro, & muliere interrogatis: & eorum mutuo consensu

intellecto: vel dicat ego vos in matrimoniū coniugo, in nomine patris,& filij, & spiritus sancti: vel aliis vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusque Prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes: tunc, vel vna tantum denunciatio fiat: vel saltem Parocho,& duobus, vel tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur. Deinde, ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant: vt si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi ordinarius ipse, expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & iudicio, Sācta Synodus relinquit. Qui aliter, quā præsente Parocho: vel alio sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia: & duobus, vel tribus: matrimonium contrahere attentabūt: eos, sancta Synodus, ad sic contrahendum, omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus, irritos & nullos esse decernit: prout eos, pręsenti decreto, irritos facit & annullat. Insuper, Parochum, vel alium sacerdotē, qui cum minore testium numero: & testes, qui sine Parocho, vel sacerdote, huiusmodi contractui interfuerint: nec non ipsos contrahētes: graviter arbitrio ordinari, puniri, præcipit. Præterea eadem sancta synodus, hortatur,

tur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent. Statuítque, benedictionẽ à proprio Parocho fieri: neq; à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab ordinario, licentiam, ad prædictam benedictionem faciendam, alij sacerdoti concedi posse: quacũque cõsuetudine, etiam immemorabili (quæ potius corruptela dicenda est) vel priuilegio, non obstan. Quod si quis Parochus, vel alius sacerdos siue regularis, siue secularis sit. etiã si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine, licere contendat: alterius Parochiæ sponsos, sine illorum Parochi licẽtia, matrimonio coniungere: aut benedicere ausus fuerit ipso iure, tandiu suspensus maneat: quandiu: ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat: seu à quo benedictio suscipienda erat: absoluatur. Habeat Parochus librum, in quo, coniugum, & testiũ nomina, diémque & locum contracti matrimonij, describat: quem diligenter apud se custodiat.

Postremo sancta Synodus, coniuges hortatur, vt antequam contrahant: vel saltẽ triduo ante matrimonij consummationem, sua peccata diligenter confiteãtur: & ad sanctissimũ Eucharistiæ sacramentũ, pie accedant. Si quæ Prouinciæ, aliis (vltra prædictas) la-

dabilibus consuetudinibus, & cæremoniis, hac in re vtuntur: eas omnino retineri, sancta Synodus vehementer optat. Ne verò, hæc tã salubria præcepta, quenquam lateant ordinariis omnibus præcepit, vt quamprimum poterint, curent, hoc decretum populo publicari, ac explicari in singulis suarum Diœcesum Parochialibus Ecclesiis. Idque in primo anno: quam sæpissime fiat. Deinde verò, quoties expedire viderint.

1 Decernit insuper, vt huiusmodi decretum, in vnaquaque Parochia, suum robur, post triginta dies, habere incipiat, à die primę publicationis, in eadem Parochia factæ numerandos.

2 Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis, ignoranter contrahi matrimonia: in quibus, vel nõ sine magno peccato perseueratur: vel ea, non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta Synodus, huic incommodo prouidere: & à cognationis spiritualis impedimento incipiens: statuit, vt vnus tantum (siue vir, siue mulier) iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus & vna: baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos, ac baptizatum ipsum: & illius patrem ac matrem: necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatíque patrem, ac matrem, tantum spiritualis cogna-

tio contrahatur. Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat : diligenter, ab iis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum, ad illum suscipiendum admittat, & in libro, eorum nomina describat: doceátque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij, vltra designatos, baptizatum tetigerint: cognationem spiritualem, nullo pacto contrahant: constitutionibus in contrarium facientibus, non obstantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia, secus factum fuerit: arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur: confirmantem, & confirmatum, illiúsque patrem & matrem, ac tenentem, non egrediatur : omnibus, inter alias personas huius spiritualis cognationis, impedimentis, omnino sublatis.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: vbi autem valida fuerint, proximum gradū non excedant: quoniam in vlterioribus gradibus, iam non potest huiusmodi prohibitio, absque dispendio obseruari.

Præterea sancta Synodus, eisdem, & aliis grauissimis de causis adducta : impedimen-

tum, quod propter affinitatem, ex fornicatione contractuum inducitur: & matrimonium postea factum, dirimit, ad eos tantum qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restringit. In vlterioribus verò gradibus statuit huiusmodi affinitatem, matrimonium postea contractum non dirimere.

Si quis, intra gradus prohibitos, scienter, matrimonium contrahere præsumpserit: separetur, & spe dispensationis consequendæ careat: idque in eo, multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit: si quidem, solennitates requisitas, in contrahendo matrimonio, neglexerit: eisdem subiiciatur pœnis. Non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facile experiatur: cuius salubria præcepta, temerè contempsit. Si verò solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa gratis concedatur: in secundo gradu nunquam dispensetur: nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Decernit sancta Synodus, inter raptorem,

&

& raptam, quamdiu ipsa, in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium Quod si rapta, à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere cõsenserit: eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi, consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniúmque dignitatum incapaces. Et si clerici fuerint: de proprio gradu decidant. Teneatur præterea, raptor, mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit siue non duxerit: decenter arbitrio Iudicis dotare.

Multi sunt, qui vagantur, & incertas habent sedes, & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerunque plures, illa viuente, diuersis in locis ducunt: cui morbo cupiens Sancta Synodus occurrere: omnes, ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium, ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiam seculares hortatur, vt eos seuere coerceant, Parochiis autẽ præcipit: ne illorũ matrimoniis interfint, nisi prius, diligentem inquisitionem fecerint: & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam, id faciendi, obtinuerint.

Graue peccatum est, homines solutos, concubinas habere, grauissimum verò, & in

huius magni sacramenti singularem contemptū admissum: vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere: ac audere, eas quādoque domi etiam cum vxoribus, alere, & retinere. Quare vt huic tanto malo sancta Synodus, opportunis remediis prouideat. Statuit huiusmodi concubinarios, tam solutos, quàm vxoratos, cuiuscunque status, dignitatis, & conditionis existant: si postquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti, ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse: à qua non absoluantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si, in concubinatu, per annum, censuris neglectis, permāserint, contra eos, ab ordinario, seuere, pro qualitate criminis, procedatur. Mulieres, siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, seu cōcubinariis, publice viuunt, si ter admonitæ non paruerint: ab ordinariis locorum nullo etiam requirente, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur: & extra oppidum vel diœcesim (si id eiusdem ordinariis videbitur) inuocato, si opus fuerit, brachio seculari eiiciantur. Aliis pœnis, contra adulteros, & concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

In plerumque, temporalium Dominorū,

ac Ma-

ac Magistratuum mentis oculos, terreni affectus, atque cupiditates excæcant, viros, & mulieres sub eorum iurisdictione de gentes, maxime diuites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant, cum iis matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini, vel magistratus, illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit, matrimonij libertatem violare: & ab eis iniurias nasci, à quibus iura expectantur, præcipit Sancta Synodus, omnibus cuiuscunque gradus, dignitatis, & conditionis existant sub Anathematis pœna: quam ipso facto incurrant: ne quouis modo, directe, vel indirecte, subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.

Ab aduentu Domini Nostri Iesu Christi, vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum, vsque in octauam Paschatis inclusiue: antiqua solennium nuptiarum prohibitiones, diligenter ab omnibus obseruari, sancta Synodus præcipit, in aliis verò temporibus, nuptias solenniter celebrari permittit, quas episcopi, vt ea, qua decet modestia, & honestate fiant curabunt. Sancta enim res est Matrimonium, & sancte tractandum.

Sessio

DECRETA DE REFORMATIONE generali.

EADEM sacrosancta Synodus, Reformationis materiã prosequés, hæc in præsenti Sessione statuenda decreuit.

Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus, prouidenter, scientérque curandum est, vt in Domini domo, nihil sit inordinatum nihílque præposterum multo magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini stat⁹, & ordo mutabit̃: si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite. Vnde & si alias sancta Synodus, de promouendis ad cathedrales, & superiores Ecclesias, nonnulla vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, vt cum primum Ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces, publice, priuatímque habeantur: atq; à capitulo, per ciuitatem & diœcesim indicantur: quibus clerus, populúsque, bonum à Deo Pastorem valeat impetrare. Omnes verò, & singulos, qui ad promotionem præficiendorũ, quodcunq; ius & quacunq; ratione, à sede apostolica habent: aut alioquin operam

peram ſuam præſtant: nihil in his, pro præſenti tẽporũ ratione innouando: hortatur, & monet: vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorũ ſalutẽ, vtilius poſſe facere, quam ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos, promoueri ſtudeant: eóſque alienis peccatis cõmunicantes, mortaliter peccare: niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles, ipſi iudicauerint (non quidẽ precibus, vel humano affectu, aut ambientiũ ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis) præfici diligenter curauerint: & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atq; aliis omnib⁹ qualitatibus præditos ſciãt quæ iuxta ſacros canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniã verò, in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus, graui idoneóq; bonorum & doctorum virorum teſtimonio: nõ vniformis vbiq; ex nationũ, populorum, ac morum varietate, regula poteſt adhiberi: mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, prę ſcribatur quibuſq; locis, & Prouinciis, propria examinis, ſeu inq ſitionis, aut, inſtructionis faciẽdæ forma Sanctiſ. Rom. Pont. arbitrio approbãda: quæ magis eiſdem locis, vtilis, atq; opportuna eſſe videbitur. Ita tamen, vt cum deinde, hoc examen, ſeu inquiſitio, de p ſona pro-

mouenda perfecta fuerit: ea in instrumentum publicum redacta, cùm toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad sanctissimum Rom.Pont.omnino transmittatur, vt ipse summus Pontifex, plena totius negotij, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo, de illis,si idonei per examen, seu inquisitionem factam, reperti fuerint, Ecclesiis possit vtilius prouidere. Omnes verò inquisitiones,informationes,testimonia, ac probationes quæcunque, de promouendi qualitatibus,& Ecclesiæ statu,à quibuscunque, etiam in Romana curia habitæ: per Cardinalem, qui relationem facturus erit in consistorio, & alios tres Cardinales, diligenter examinentur:ac relatio ipsa, Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales, affirment, se, adhibita accurata diligentia, inuenisse promouendos, qualitatibus à iure,& ab hac sancta Synodo requisitis, præditos:ac certo existimare, sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, qui Ecclesiis præficiantur: ita vt relatione in vno consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit,in aliud consistorium, iudicium differatur: nisi aliud Beatissimo Pōtifici videbitur expedire. Ea verò omnia,

& sin-

& singula, quę de episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus, alias in eadem Synodo constituta sunt, Decernit eadem, etiã in creatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam si Diaconi sint, exigenda: quos sanctissimus Romanus Pontifex, ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet. Postremo, eadem sancta Synodus, tot grauissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest nõ commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quàm, vt Beatissimus Romanus Pontifex, quam solicitudinem vniuersæ Ecclesiæ, ex numeris sui officio debet, eam hic potissimum impendat: vt lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat: & bonos maxime, atque idoneos Pastores, singulis Ecclesiis præficiat. Idque, eò magis, quòd ouiũ Christi sanguinem, quæ ex malo, negligentium, & sui officij immemorum Pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus, de manibus eius, sit requisiturus.

Prouincialia Concilia, sic vbi omissa sunt pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersiis componendis aliisque ex sacris canonibus permissis, renouentur. Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitime impeditis, coepiscopus antiquior intra-

annum ad minus, à fine præsentis Concilij: & deinde quolibet saltẽ triennio, post octauam Paschæ, Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi: seu alio cõmodiori tẽpore pro more Prouinciæ: non prætermittat, Synodum in Prouincia sua cogere: quo Episcopi omnes, & alij, qui de iure, vel consuetudine interesse debent, (exceptis his, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset) conuenire omnino teneantur, Nec episcopi comprouinciales, prætextu cuiuslibet consuetudinis, ad Metropolitanam Ecclesiam, in posterũ accedere inuiti compellantur. Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquẽ vicinum Metropolitanum semel eligãt: in cuius Synodo Prouinciali, cũ aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent ac obseruari faciant. In reliquis omnibus, eorum exemptio, & priuilegia, salua, atq; integra maneãt. Synodi quoque diœcesanæ, quot annis celebrentur, ad quas, exẽpti etiam omnes, qui alias cessante exemptione interesse deberẽt, nec capitulis generalibus subduntur accedere teneantur, ratione tamen Parochialium, aut aliarũ seculariũ Ecclesiarum, etiam annexarũ, debeãt hi, qui illarũ curam gerunt, quicunq; illi sint, Synodo interesse. Quod si in his: tam Metropolitani, quam Episcopi, & alij suprascripti, negligentes fuerint: pœ-

nas

nas, sacris canonibus sancitas incurrant.

Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi, propriam Diœcesim per se ipsos: aut si legitime impediti fuerint: per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem: si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non potuerint, saltem maiorem eius partem: ita tamen, vt tota biennio, per se, vel visitatores suos compleantur: visitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiã post plene visitatam propriam Diœcesim non visitentur cathedrales Ecclesiæ, neque Diœceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita & probata, in Concilio prouinciali. Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores, in his Ecclesiis, vbi hactenus visitationem exercere legitime cõsueuerunt: debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps, per se ipsos tantum, ibidem visitare. Visitatores etiam à Capitulo deputandi, vbi capitulum ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed non ideo Episcopus: vel eo impedito, eius visitator easdem Ecclesias, seorsum ab his visitare prohibeatur: cui ipsi Archidiaconi: vel alij inferiores, visitationis factæ, infra mensem, rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta, ei exhibere teneantur. Non obstan. quacunque con-

suetudine,etiam immemorabili,atque exemptionibus,& priuilegiis quibuscunque. Visitationum autem omnium istarum,præcipuus sit scopus:sanam, orthodoxámq; doctrinam expulsis hæresibus, inducere: bonos mores tueri,prauos corrigere,populum cohortationibus,& admonitionibus,ad religionem,pacem, innocentiámque accendere: cætera, prout locus, tempus,& occasio feret, ex visitantium prudentia,ad fidelium fructum constituere. Quæ vt facilius,fœliciúsque succedant: monentur prædicti omnes & singuli, ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianóque zelo, omnes amplectãtur: ideóq; modesto cõtenti equitatu famulatúque,studeant, quam celerrime (debita tñ cũ reuerẽtia)visitationem ipsam absoluere. Interímque caueant, ne inutilibus sumptibus, cuiquam graues,oneroſive sint:néue ipsi aut quisquam suorum, quicquam, procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios vsus,præter id,quod ex relictis piis iure debetur,aut alio quouis nomine,nec pecuniam,nec munus quodcunque sit,etiam qualitercunque offeratur,accipiant. Non obstãte quacunque consuetudine, etiam immemorabili:exceptis tamen victualibus,quæ sibi,ac suis,frugaliter,moderatéque, pro temporis tamen necessitate, & non vltra, erunt

mini-

miniſtranda. Sit tamen in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint, ſoluere id quod erat ab ipſis antea ſolui certa pecunia taxata, cõſuetum: an verò prædicta victualia ſubminiſtrare, ſaluo item iure conuentionum antiquarum, cùm monaſteriis, aliiſve piis locis, aut Eccleſiis non parochialibus inito, quod illæſum permaneat. In his verò locis, ſeu Prouinciis, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud, à viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant: ibi id obſeruetur. Quod ſi quiſquam (quod abſit) aliquid amplius, in ſupradictis omnibus caſibus, accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem, intra menſem faciendam aliis etiam pœnis, iuxta conſtit. Concilij generalis Lugdunen. quæ incipit, Exigit: nec non & aliis pœnis, in Synodo Prouinciali, arbitrio Synodi, abſque vlla ſpe veniæ mulctetur. Patroni verò, in his, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere: neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus immiſceant: niſi quatenus id eis, ex inſtitutione, ac fundatione competat: ſed Epiſcopi ipſi, hæc faciant: & fabricarum redditus, in vſu Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi expedire magis viſũ fuerit, expẽdi curent.

Prædicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est, cupiens sancta Synodus: quo frequentes possint ad fidelium salutem exerceri: Canones alios super hoc editos: sub fœ. re. Paulo III. aptius præsentium temporum vsui accommodando, mandat, vt in Ecclesia sua, ipsi per se, aut si legitime impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument. In aliis autem Ecclesiis per Parochos: siue iis impeditis, per alios, ab Episcopo, impensis eorum, qui id præstare, vel tenentur, vel solent, deputandos, in ciuitate, aut in quacunque parte diœcesis, censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis, & solennibus diebus festis: Tempore autem ieiuniorum, Quadragesimæ, & aduentus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint: sacras scripturas, diuinámque legem annuncient, & alias, quotiescunque id opportune fieri posse iudicauerint. Moneátque Episcopus, populum diligenter, teneri vnumquemque, Parochiæ suæ interesse, vbi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem secularis, siue regularis (etiam in Ecclesiis suorum ordinum) contradicente Episcopo, prædicare præsumat. Idem etiam Episcopi, saltem Dominicis, & aliis festiuis

festiuis diebus, pueros, in singulis Parochiis, fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab his, ad quos spectabit, doceri curabunt: & si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellent: Non obstantibus priuilegiis, & consuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere, sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant.

Causæ criminales grauiores, contra Episcopos, etiam hæresis (quod absit) quæ depositione aut priuatione dignæ sunt: ab ipso tantum summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si eiusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam curiam, sit committenda: nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit: & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata: nec vnquam plus his tribuat, quam vt solam facti instructionem sumant, processúmque conficiant: quem statim ad Romanum Pontificem trãsmittant: reseruata eidem sanctissimo sententia diffinitiua. Cætera, alias sub fæ. re: Iulio III. super his decreta: nec non & constitutio sub Innocentio III. in Concilio Generali, quæ incipit. Qualiter & quando, quam sancta Synodus in præsenti

innouat: ab omnibus obseruetur. Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium prouinciale.

6 Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare: & in quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos, in diœcesi sua, per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientiæ, eis tantum non eorum vicariis, sit permissum.

7 Vt fidelis populus, ad suscipienda sacramenta, maiori cum reuerentia atque animi deuotione accedat: præcipit sancta Synodus, Episcopis omnibus, vt non solum cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & vsum pro suscipientium captu explicent: sed etiam idem à singulis Parochis pie prudentérque, etiam lingua vernacula, ii opus sit, & commode fieri poterit, seruari studeant: iuxta formam, à sancta Synodo, in cathechesi, singulis

sacra

sacramentis præscribendam: quàm Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: nec non vt inter missarum solennia, aut diuinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita, eadem vernacula lingua, singulis diebus festis, vel solennibus explanent: eadémque in omnium cordibus, post positis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos, in lege Domini erudire, studeant.

Apostolus monet publice peccantes, palam esse corripiendos: Quando igitur ab aliquo, publice, & in multorum conspectu, crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos, commotósque fuisse, non sit dubitandũ, huic condignam pro modo culpæ, pœnitentiam, publicè iniungi oportet: vt quos, exemplo suo, ad malos mores prouocauit: suæ emendationis testimonio, ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen, publicæ hoc pœnitentiæ genus, in aliud secretum poterit commutare: quando ita magis iudicauerit expedire. In omnibus etiam cathedralibus Ecclesiis (vbi id commode fieri poterit) pœnitentiarius aliquis cum vnione prębendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur: qui Magister sit vel doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum quadraginta, seu alias, qui aptior

pro loci qualitate reperiatur: qui dum confessiones in ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.

9 Quæ alias, sub fœ. re: Paulo III. & nuper sub Beatiss. N. Pio IIII. in hoc eodem concilia de adhibenda ab ordinariis diligentia beneficiorum etiam exemptorum visitatione, constituta sunt: eadem etiam in his Ecclesiis secularibus obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur: vt ab Episcopo, cuius cathedralis Ecclesia est proximior, si id possit, alioquin ab eo qui semel in Concilio prouinciali, à Prælato loci illius electus fuerit: tanquàm sedis Apostolicæ delegato visitentur: Non obstantibus priuilegiis, & consuetudinibus quibuscunque, etiam immemorabilibus.

10 Episcopi (vt aptius, quem regunt populum, possint in officio, atq; obedientia continere) in omnibus his, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorū suorum spectant: ius & potestatem habent (etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati) ea ordinandi, moderandi, puniendi & exequendi, iuxta canonum sanctiones: quæ illis ex prudentia sua, pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ vtilitate, necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur: exemptio, aut

vlla

vlla inhibitio, appellatio, seu querela: etiam ad sedem Apostolicam interposita: executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta aut iudicata fuerit, quoquo modo impediat, aut suspendat.

II Quoniam priuilegia, & exemptiones, quæ variis titulis pleríque conceduntur hodie perturbationem in Episcoporũ iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur: Decernit Sancta Synodus, vt si quando iustis grauibus & fere necessariis suadentibus causis, aliquos honorariis titulis Prothonotariatus, Accolytatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut aliis huiusmodi in Romana curia, vel extra insignibus decorandos esse placuerit: nec non alios, cuicunque monasterio oblatos vel quomodocunque addictos: aut sub nomine seruientium militiis seu monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi: nihil ex priuilegiis, detractum esse ordinariis intelligatur quominus ij, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis ordinariis, tanquam sedis Apostolicæ delegatis, plene in omnibus, & quo ad capellanos regios iuxta constitutionem Innocentij III. quæ incipit, Cum capellæ subiecti existant; exceptis tamen iis, qui prædictis

locis, aut militiis actu seruiũt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia viuunt: siue iis, qui legitime, & secundum regulam, earundem militiarum, professionem fecerint de qua ordinario constare debeat: Non obstantibus priuilegiis quibuscunque etiam religionis sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Quæ verò priuilegia, residentibus in curia Romana, vigore Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium, competere solent: ea, in his, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur, sed ordinarij iurisdictioni, subiecti permaneant. Non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.

Cum dignitates, in Ecclesiis præsertim cathedralibus, ad conseruandam augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos, opera & officio iuuarent: merito qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. Nemo igitur deinceps, ad dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoueatur: nisi qui saltem XXV. suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus,

tus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur : iuxta conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranen. promulgatam quæ incipit, Cum in cunctis. Archidiaconi etiam qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut licentiati in iure canonico. Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & XXII. annis non minores aſciſcantur. Patroni etiam de beneficiis quibuſcunque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi: vel eo impedito, coram generali eius Vicario, ſeu officiali: orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem: & in Romanæ Eccleſiæ obedientia, ſe permanſuros, ſpondeant, ac iurent. Prouiſi autem de Canonicatibus, & dignitatibus, in Eccleſiis Cathedralibus, non ſolùm coram Epiſcopo, ſeu eius officiali ſed etiam in capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra, fructus non faciant ſuos: nec illis poſſeſſio ſuffragetur. Neminem etiam deinceps, ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo ordini: ſimúlq;

de omnibus Ecclesiæ ministris ne sacro, aut sit initiatus quem illum dignitas præbenda aut portio requirit: aut in tali ætate, vt infra tempus, à iure & ab hac Sancta Synodo statutum, initiari valeat. In omnibus verò Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones, habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus vel subdiaconatus. Episcopus autem, cum cõcilio Capituli, designet ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat: Ita tamẽ, vt dimidia saltem pars, presbyteri sint: cæteri verò Diaconi aut subdiaconi: vbi verò consuetudo laudabilior habet vt plures vel omnes sint presbiteri, omnino obseruetur. Hortatur etiam Sancta Synodus, vt in Prouinciis (vbi id commodè fieri potest) dignitates omnes & saltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus Ecclesiis, & collegiatis insignibus, conferantur tantum magistris vel doctoribus, aut etiã licẽtiatis in Theolo. vel iure canonico. Præterea obtinentibus, in eisdem Chatedralibus aut collegiatis dignitates, præbendas aut portiones: non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis, vltra tres menses, ab eisdem Ecclesiis, quolibet anno abesse: saluis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quę lõgius seruitij tempus requiri-

requirunt: alioquin primo anno, priuetur vnusquisque, dimidia parte fructuum, quos ratione etiã præbendæ, ac residentiæ fecit suos. Quod si iterum, eadem fuerit vsus negligentia: priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia contra eos, iuxta sacrum canonum cõstitutiones procedatur. Distributiones verò qui statis horis interfuerit recipiant reliqui quauis collusione aut remissione exclusa his caueant iuxta Bonifacij VIII. decretum: quod incipit consuetudinẽ: quod sancta Synodus in vsum reuocat: non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus.

Omnes verò diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia: & Episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti abssistere & inseruire: atque in choro ad psallendum instituto hymnis & canticis Dei nomen, reuerenter, distincte deuotéque laudare. Vestitu insuper decenti, tam in Ecclesia, quàm extra assiduo vtantur: illicitísque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis lusibúsque abstineant: atque ea morum integritate polleant, vt merito Ecclesiæ Senatus dici possit. Cætera quæ ad debitum in diuinis officiis regimen spectant: déque congrua in his canẽdi, seu modulãdi ratione decreta lege in choro cõueniẽdi, & permanẽdi

quæ necessaria erunt, & si qua huiusmodi: Synodus prouincialis, pro cuiusque Prouin. vtilitate,& moribus: certam cuique formulam præscribet: Interea verò Episcopus,non minus quàm cum duobus canonicis, quorum vnus, ab Episcopo,alter à capitulo eligatur: in his,quæ expedire videbuntur,poterit prouidere.

Quoniam pleræque cathedrales Ecclesiæ tam tenuis redditus sunt, & angustæ, vt Episcopali dignitati,nullo modo respondeant neque Ecclesiarum necessitati sufficiunt,examinet Concilium prouinciale, vocatis his quorum interest, & diligenter expendat: quas propter angustias tenuitatémque, vicinis vnire, vel nouis prouentibus augere expediat:confectáque de prędictis instrumenta,ad summum Romanum Pontificem mittat. Quibus instructus summus Pontifex ex prudentia sua prout expedire iudicauerit aut tenues inuicem vniat: aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim verò,donec prædicta effectum sortiantur: huiusmodi Episcopis, qui fructuum subuentione,pro diœcesis suæ tenuitate indigent: poterit de beneficiis aliquibus(dum tamen curata non sint) nec dignitates, seu canonicatus & præbendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis obseruantia, vel quæ capitulis generalibus,

neralibus, & certis visitatoribus subduntur, à summo Pontifice prouideri. In parochialibus etiam Ecclesiis, quarũ fructus qui adeo exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus: si per beneficiorũ vnionem (non tamen regularium) id fieri non possit: vt primitiarum vel decimarum assignatione: aut per Parochorum symbola, ac collectas: aut qua commodiori ei videbitur ratione: tantum redigatur: quod, pro Rectoris, ac parochiæ necessitate, decenter sufficiant. In vnionibus verò quibuslibet seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis. Ecclesiæ parochiales, monasteriis quibuscunque, aut Abbatiis seu dignitatibus, siue prębendis Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ siue aliis beneficiis simplicibus aut hospitalibus militiisve, non vniantur & quæ vnitæ sunt, reuideantur ab ordinariis, iuxta alias decretum in eadem Synodo sub fœ.re. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempore citra, æque obseruetur. Non obstantibus in iis, quibuscunque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Ad hæc, in posterum, omnes in cathedrales Ecclesiæ quarũ redditus, summam ducatorum mille: & parochiales, quæ summam ducatorum centum, secundum verum annuum valorem,

annuũ valorem, non excedunt: nullis pen-
sionibus, aut reseruationibus fructuum gra-
uentur. In his quoque ciuitatibus, ac locis, v-
bi parochiales Ecclesiæ certos non habent
fines: nec earum Rectores proprium populũ
quem regant: sed promiscue petentibus sa-
cramenta administrant: Mandat sancta Syno-
dus Episcopis, pro tutiori animarum eis cõ-
missarum salute: vt distincto populo, in cer-
tas propriásque Parochias: vnicuique suum
perpetuum, pecularémque Parochum assi-
gnent: qui eas cognoscere valeat: & à quo so-
lo, licite sacramenta suscipiant: aut alio vti-
liori modo, prout loci qualitas exegerit, pro-
uideant. Idémque, in his ciuitatibus, ac locis
vbi nullæ sunt Parochiales, quàm primum
fieri curent: Non obstantibus quibuscunque
priuilegiis, & consuetudinibus, etiam im-
memorabilibus.

14 In pluribus Ecclesiis, tam cathedralibus,
quàm collegiatis, & parochialibus: ex earum
constitutionibus aut ex praua consuetudine
obseruari intelligitur: vt in electione, præ-
sentatione, nominatione, institutione, cõfir-
matione, collatione vel alia prouisione, siue
admissione ad possessionem alicuius cathe-
dralis Ecclesiæ, vel beneficij: canonicatuum,
aut præbendarum, vel partem prouentuum
seu ad distributiones quotidianas: certæ

con-

conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, competitiones illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur horum lucra, interponantur. Hęc cum sancta Synodus detestetur: mandat episcopis vt quæcunque huiusmodi in vsus pios non conuertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant: ipsíque diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscãt: & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis: reliquas vt prauas ac scandalosas reiiciant & aboleant. Eos verò qui aduersus hæc in præsenti decreto comprehensa, quauis ratione commiserint pœnis contra simoniacos editis, sacris canonibus & variis summorum Pontificum constitutionibus quas omnes innouat, teneri decernit: Nonobstantibus quibuscunque statutis, constitutionibus: & consuetudinibus etiam immemorabilibus: etiam apostolica authoritate confirmatis: de quarum subreptione obreptione & intentionis defectu, episcopus tanquam Apostolicæ sedis delegatus cognoscere possit.

In ecclesiis cathedralib⁹, & in collegiatis insignib⁹, vbi frequẽtes, adeóq; tenues sũt p̃bẽdæ simul cũ distributionibus quotidianis, vt

sustinendo decenti canonicorum gradu pro loci, & personarum qualitate, non sufficiant: liceat Episcopis cum consensu capituli: vel aliquot simplicia beneficia (non tamen regularia) iis vnire: vel si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu: si de iure patronatus laicorum sint: quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur: eas ad pauciorem numerum reducere: Ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ, commode valeant respondere: Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & priuilegiis, aut quacunque reseruatione generali, vel speciali, aut affectione. Neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Capitulum, sede vacante, vbi fructuum percipiendorum, ei munus incumbit, Oeconomum vnum, vel plures fideles, ac diligentes decernant: qui rerum Ecclesiasticarum & prouentuum, curam gerant: quorum rationem, ei ad quem pertinebit, sint reddituri. Item officialem, seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, constituere, vel

vel existentem confirmare, omnino teneatur: qui saltem in iure canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel alias (quantum fieri poterit) idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta: capitulúmque, vt præfertur, negligens fuerit: tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis: in Metropolitana: & propinquior Episcopus in exempta, Oeconomum, & Vicarium, idoneos possit constituere. Episcopus verò, ad eandem Ecclesiam vacantem promotus, ex his, quæ ad eum spectant, ab eisdem, Oeconomo, Vicario, & aliis quibuscunque officialibus, & administratoribus qui sede vacante fuerunt, à capitulo, vel ab aliis, in eius locum constituti: etiam si fuerint ex eodem capitulo: rationem exigant officiorum, Iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscunque eorum muneris: Possitque eos punire, qui in eorũ officio, seu administratione deliquerint: etiam si prædicti officiales, redditis rationibus à capitulo, vel à Deputatis ab eodem, absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo, teneatur capitulum descripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad capitulum peruenerunt, rationem reddere.

17 Cum Ecclesiasticus ordo præuertatur quando vnus plurium officia occupat clericorum, sancte sacris canonibus cautum fuit neminem oportere, in duabus Ecclesiis conscribi. Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu seipsos non Deum decipientes, ea, quæ bene constituta sunt variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: Sancta Synodus, debitam, regendis ecclesiis, disciplinam restituere cupiens præsenti decreto, quod in quibuscunque personis, quocunque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandat obseruari: statuit, vt in posterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honeste substentandam, non sufficiat: liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat eidem conferri. Hæcque, non modo ad cathedrales ecclesias sed etiam ad alia omnia beneficia, tam secularia, quàm regularia quæcunque etiam commendata pertineant, cuiuscunque tituli, ac qualitatis existant. Illi verò, qui in præsenti, plures parochiales ecclesias, aut vnam cathedralem, & aliam parochialem obtinent: cogantur omnino, quibuscunque dispensationibus, ac vnionibus,

ad

ad vitam non obstantibus : vna tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta : alias parochiales, infra spatium sex mensium dimittere: alioquin tam parochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinet ipso iure vacare censeantur: ac tanquam vacantia, libere aliis idoneis conferantur: nec ipsi antea illi obtinentes, tuta cõscientia fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, vt resignantium necessitatibus, commoda aliqua ratione (prout summo Pontifici videbitur) prouideatur.

Expedit maximè animarum saluti, à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Id vt diligentius ac rectius perficiatur: statuit Sancta Synodus, vt cum parochialis Ecclesiæ vacatio: etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur & per vnum vel plures administretur: etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis: in quibus consueuit Episcopus, vni vel pluribus curam animarum dare: quos omnes ad infra scriptum examinari mandat: per obitum vel resignationem etiam in curia, seu aliter quomodocunque contigerit: etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit, generaliter, vel specialiter, etiam vigore indebiti seu priuilegij in fauorem sanctæ Roma. Ecclesiæ

Cardinalium, seu Abbatum, vel capitulorum: debeat Episcopus, statim habita notitia vacationis Ecclesiæ si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere: qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat: donec ei de Rectore prouideatur. Porro Episcopus & qui ius patronatus habent intra decem dies, vel aliud tempus, ab Episcopo præscribendum: idoneos aliquot clericos, ad regendam Ecclesiam, coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint: eorum nomina deferre: vt possit postea, de cuiuslibet ætate, moribus & sufficientia, fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo prouinciali, pro regionis more, videbitur magis expedire: per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari, Transacto constituto tempore, omnes qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo: siue eo impedito, ab eius Vicario generali: atque ab aliis, examinatoribus, non paucioribus, quàm tribus: quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis, in diœcesana Synodo, ab Episcopo, vel eius Vicario, ad minus

nus sex proponantur : qui Synodo satisfaciant & ab ea probentur. Aduenientéque vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopos qui cum eo, examen perficiant, indéque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi examinatores, Magistri, seu doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure canonico, vel alij Clerici, seu regulares (etiam ex ordine mendicantium) aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei: iuréntque omnes ad sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Caueántque, ne quicquam prorsus, occasione huius examinis, nec ante, nec post, accipiant, alioqui simoniæ vitium, tam ipsi, quam alij dantes incurrant : A qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficiis quæ quomodocunque, etiam antea obtinebant : & ad alia, in posterum reddantur. Et de his omnibus, non solum coram Deo, sed etiam in Synodo prouinciali si opus erit, rationem reddere teneantur. A qua, si quid contra officium, eos feciſſe compertũ fuerit: grauiter eius arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine renuncientur, quotcunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus, ad

vacantem Ecclesiam gubernandi opportunis. Ex hísque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit: atq; illi, & non alteri, collatio Ecclesiæ, ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si verò Iurispatronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat: is, quẽ patronus digniorem, inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur: vt ab eo instituatur. Cum verò institutio: alio, quàm ab Episcopo erit facienda: tunc Episcopus solus, ex dignis, eligat digniorem: quem Patronatus ei præsentet, ad quem institutio spectat. Quod si iurispatronatus laicorum fuerit: debeat qui à Patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, vt suprà, examinari: & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibus quæ supradictis casibus, nõ cuiquam alteri quam vni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, iuxtra supradictam regulam, de Ecclesia prouideatur: Nec prædictorum examinatorum relationem, quo minus executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad sedem apostolicam, siue eiusdem sedis legatos, aut vice legatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas, interposita, impediat, aut suspendat alioquin Vicarius, quem Ecclesiæ

cleſiæ vacanti, antea Epiſcopus, arbitrio ſuo, ad tempus deputauit, vel forſan poſtea deputabit: ab eius Eccleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione, nõ amoueantur: donec aut eiſdem, aut alteri, qui probatus & electus fuerit, vt ſuprà ſit prouiſum: Alias prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter ſupradictam formam factæ, ſubreptitiæ eſſe cenſeantur: Non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, affectionibus nouis, prouiſionibus, indultis, conceſſis quibuſcunque vniuerſitatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcunque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ parochialis fuerint, vt totius huius examinationis, operam non ferant: aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubiicere: aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiunt, facilè grauiores rixæ, ac tumultus poſſint excitari: poterit ordinarius, ſi pro ſua conſcientia, cum deputatorum conſilio, ita expedire arbitrabit, ac forma omiſſa, priuatũ aliud examẽ (cæteris tñ vt ſupra ſeruatis) adhibere. Licebit etiam Syno. prouinciali, ſiqua in ſupradict. circa examinationis formã, addenda, remittẽdáve eſſe cõſueuerit, prouidere.

19 Decreuit ſancta Synodus, mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, etiam collegiis,

vniuersitatibus, senatibus & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi: nec hactenus concessis, cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria: alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur: & hactenus concessa abrogata esse censeantur.

2. Causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia, coram ordinariis locorum duntaxat, cognoscantur: atque omnino, saltem infra biennium, à die motæ litis, terminentur: alioquin post id spacium liberum sit partibus, vel alteri illarum, iudices superiores, alios tamen competentes adire: qui causam, in eo statu, quo fuerit, assumant: & quamprimum terminari curent: nec antea aliis committantur, nec auocētur: nec appellationes ab eisdem interpositæ, per superiores quoscunque recipiantur: eorúmve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente: & cuius grauamen per appellationem, à diffinitiua reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quę iuxta canonicas sanctiones, apud sedem Apostolicã, sunt tractandæ: vel quas, ex vrgēti rationa-

tionabilíque cauſa iudicauerit ſummus Romanus Pont. per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ ſanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum committere, aut auocare, Ad hæc cauſæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ſed Epi tantũ examini & iuriſdictioni relinquantur: etiã ſi in preſenti, inter Epm & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores, ſuper cauſarum iſtarum cognitione, lis aliqua, in quacunq; inſtantia, pendeat: coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit: non cogatur extra Prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia, in eadẽ cauſa matrimoniali litigare: niſi pars altera, & alimenta, & expenſas litis velit ſubminiſtrare. Legati quoq; etiam de latere, Nuncij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcunque facultatum vigore: non ſolum Epiſcopos, in prædictis cauſis impedire, aut aliquomodo, eorũ iuriſdictionẽ, iis præripere, aut turbare non preſumant: ſed nec etiã, contra clericos, aliáſve perſonas Eccleſiaſticas: niſi Epiſcopo prius requiſito eóque negligẽte procedãt: alias eorum proceſſus, ordinationéſve nullius momenti ſint: atque ad damni ſatisfactionem partibus illati, teneãtur. Præterea ſi quis, in caſibus à iure permiſſis, appellauerit: aut de aliquo grauamine cõque-

stus fuerit: seu alias ob lapsum biēnij, de quo supra, ad aliū iudicē recurrerit, teneatur acta omnia corā Episcopo gesta, ad Iudicē appellationis, expensis suis transferre: eodē tñ ep̄o, prius admonito: vt si quid ei, p̄ causæ instructione videbit̄, possit Iudici appellationis, significare. Quod si appellatus cōpareat: cogatur tunc is quoq; actorum quę translata sunt, expensas, pro portione sua, si illis vti voluerit subire nisi aliter ex loci consuetudine seruetur: vt scilicet ad appellantem, integrum hoc onus pertineat. Porrò ipsam actorum copiā, teneat̄ Notarius, congrua mercede accepta, appellanti, quanto citius, & ad minus, intra mensem exhibere. Qui Notarius, si in differenda exhibitione, fraudem fecerit: ab officij administratione, arbitrio ordinarij suspendatur: & ad dupli pœnā, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam compellatur. Iudex verò, si & ipse impedimenti huius conscius, particépsve fuerit, alitérve obstiterit: ne appellanti, integre acta, intra tempus traderentur: ad eandem dupli pœnam, prout supra teneatur: Non obstantibus, quo ad omnia supradicta, priuilegiis, indultis, concordiis: quæ suos tantū teneant authores: & aliis quibuscunq; consuetudinibus.

Cupiens sancta Synodus, vt ex decretis ab ea editis, nulla vnquam futuris temporibus dubi-

dubitandi occasioo riatur, verba illa posita in decreto publicato Sessione 1. sub Beatiss. D. N. Pio III. Videlicet: Quæ proponentibus legatis, ac Præsidentibus ad horum temporum leuandas calamitates: sedãdas de religione cõtrouersias : coercendas linguas dolosas: deprauatorum morum abusus corrigendos: Ecclesiæ veram & Christianam pacem conciliandam: apta & idonea, ipsi sanctæ Synodo videbunt? Explicando declarat, mentis suę nõ fuisse, vt ex prædictis verbis, solita ratio tractandi negotia, in generalibus conciliis, vlla ex parte immutaretur : neq; noui quidquam præter id, quod à sacris canonibus, vel generalium Synodorum forma, hactenus statutum est, cui quam adderetur, vel detraheret.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadẽ sacrosancta Synod. proximã futurã Sessionem, feria v. post cõceptionem Beatæ Mariæ virginis, quę erit die nona mẽs. Decembr. proximè venturi, habendam esse statuit, & decernit, cum potestate etiã abbreuiandi. In qua Sessione, tractabitur de sexto nunc in eã dilato capite: & de reliquis reformationis capitibus, iam exhibitis: deq; aliis, ad eã pertinentibus. Si verò opportunũ videbitur: & tempus patietur : poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari : prout suo tempore, in congregationibus proponentur.

DECRETVM DE PVRGATORIO

rio publicatum prima die Seßionis nonæ & vltimæ Tridentinæ ſub ſanctiſ. D. N. Pio IIII. Pont. Max. Die III. Decemb. 1563.

***

CVM Catholica Eccleſia ſpiritu ſancto edocta, ex ſacris literis, & antiqua Patrum traditione in ſacris Conciliis, & nouiſſime in hac œcumenica Synodo, docuerit, Purgatorium eſſe: animáſque ibi detentas, fidelium ſuffragiis potiſſimum verò, acceptabili altaris ſacrificio iuuari: præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus, & ſacris Conciliis traditam: à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerunque nulla fit pietatis acceſſio: à popularibus concionibus ſecludantur: Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari, & tractari non permittant, Ea verò, quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt: tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autē Epiſco-

Episcopi, vt fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliáque pietatis opera, quæ à fidelibus, pro aliis fidelibus defunctis fieri consueuerunt: secundum Ecclesiæ institutа, piè & deuotè fiant: & quæ pro illis, ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur: non perfunctorie, sed à sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris, & aliis qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accuratè persoluantur.

DE INVOCATIONE, VENERATIONE, & reliquiis sanctorum, & sacris imaginibus.

2 Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cęteris, docēdi munus: curámque sustinentibus: vt iuxta catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vsum, à primæuis Christianæ religionis temporibus receptum, sanctorúmque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta in primis de sanctorum intercessione: inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo Imaginum vsu, fideles diligēter instruant: docentes eos, Sanctos vna cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre bonum, atque vtile esse, suppliciter eos inuocare: & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum oratio-

nes opem auxiliúmque confugere. Illos verò, qui negant Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, inuocandos esse: aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare: vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent, inuocationem esse Idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei aduersaríque honori vni mediatoris Dei, & hominum Iesu Christi: vel stultum esse, in cœlo pugnantibus: voce vel mente supplicare: impie sentire.

Sãctorum quoque martyrum, & aliorũ cũ Christo viuentium, sancta corpora quæ viua mẽbra fuerunt Christi, & tẽplum spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitãda, & glorificanda: à fidelibus veneranda esse: per quæ, multa beneficia à Deo hominibus, præstãtur. Ita vt affirmãtes sanctorum reliquiis, venerationẽ atq; honorẽ non deberi: vel eas, aliáque sacra monumenta, à fidelibus inutiliter honorari: atque eorum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustra frequẽtari: omnino damnandos esse: prout iampridẽ eos damnauit: & nũc etiam damnat Ecclesia.

Imagines porro Christi, Deiparæ virginis, & aliorum sanctorũ, in tẽplis præsertim, habendas, & retinendas: eísque debitum honorẽ, & venerationem impertiendam: nõ ꝙ credatur inesse aliqua in iis diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ: vel quod

ab

ab eis fit aliquid petendum: vel ꝙ fiducia in imaginibus ſit figenda: veluti olim fiebat à gentibus: quæ in Idolis ſpem ſuam collocabant: ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentat. Ita vt per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procũbimus Chriſtũ adoremus: & ſanctos, quorũ illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim verò, ſecundæ Nicænæ Synodi decretis, contra Imaginum oppugnatores, eſt ſancitum.

Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorũ noſtræ redemptionis, picturis vel aliis ſimilitudinibus expreſſas erudiri & confirmari populũ in articulis fidei commemorandis, & aſſiduè recolendis. Tum verò, ex omnibus ſacris imaginibus, magnum fructum percipi: non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt: ſed etiam, quia Dei per ſanctos miracula, & ſalutaria exempla, oculis fideliũ ſubiiciuntur: vt pro iis Deo gratias agant, ad ſanctorũque imitationem, vitam moréſque ſuos componant: excitentúrque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit: Anathema ſit.

In has autem sanctas & salutares obseruationes, si qui abusus irrepserint : eos prorsus aboleri , sancta Synodus vehementer cupit. Ita vt, nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus, periculosi erroris occasionem præbentes, statuantur. Quod si aliquando historias & narrationes sacræ scripturæ: cum id indoctæ plebi expediret, exprimi & figurari contigerit, doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari , quasi corporeis oculis conspici vel coloribus aut figuris exprimi possit. Omnis porro superstitio, in sanctorum inuocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro vsu, tollatur: omnis turpis quæstus eliminetur : omnis denique lasciuia vitetur: ita vt procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur: & sanctorum celebratione, ac reliquiarum visitatione, homines, ad comessationes atque ebrietates, non abutantur: quasi festi dies, in honore sanctorum per luxum ad lasciuiam agantur. Postremo, tanta circa hæc diligentia & cura , ab Episcopis adhibeatur: vt nihil inordinatum, aut præpostere & tumultuarie accommodatum , nihil prophanum, nihilque inhonestum appareat: cum domum Dei deceat sanctitudo.

Hæc vt fidelius obseruentur: statuit sancta Synodus, nemini licere, vllo in loco, vel Ecclesia , etiam quomodolibet exempta , vlla insoli-

insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit: nulla etiam admittenda esse noua miracula nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo. Qui simulatque de iis aliquid compertū habuerit: adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris: ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus, sit extirpandus: vel omnino aliqua de iis rebus grauior quæstio incidat: Episcopus, ante quam controuersiam dirimat, Metropolitani, & comprouincialium Episcoporum, in Concilio prouinciali sententiam expectet. Ita tamen, vt nihil, inconsulto Sanctissimo Rom. Pōtifice, nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum, decernatur.

De Regularibus, & Monialibus.

Eadem sacrosancta Synodus, Reformationem prosequens, ea, quæ sequuntur, statuenda esse censuit, de regularibus.

Canon 1.

Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasteriis pie institutis, & rectè administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur: necessarium esse

censuit (quo facilius, ac maturius, vbi collapsa est, vetus & regularis disciplina instauretur : & constantius , vbi conseruata est, perseueret) præcipere , prout hoc Decreto præcipit: vt omnes regulares, tam viri, quam mulieres: ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant. Atque in primis , quæ ad suæ professionis perfectionem : vt obedientiæ, paupertatis, & castitatis : ac si quæ alia sunt, alicuius regulæ, & ordinis peculiaria vota & præcepta, ad eorum respectiue essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitū conseruanda, pertinentia fideliter obseruent. Omnisq; cura, & diligentia, à superioribus adhibeatur: tam in capitulis generalibus, & prouincialibus: quam in eorum visitationibus (quæ suis temporibus facere non prætermittant) vt ab illis non recedatur. Cum compertum sit, ab eis non posse, ei, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxare. Si enim illa, quæ bases sunt , & fundamenta totius regularis disciplinæ , exactè non fuerint cōseruata: totum corruat ædificium necesse est.

Canon 2.

Nemini igitur Regularium, tam virorū, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quouismodo ab eis acquisita, tanquam propria

propria aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere: sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus, bona stabilia, alicui regulari concedere, etiam ad vsum fructum, vel vsum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum, Monasteriorum, seu conuentuum: ad solos officiales eorundem, ad nutum superiorum amouibiles pertineat. Mobilium verò vsum, ita superiores permittant, vt eorum suppellex, statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat: nihilque superflui in ea sit: nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter, quicquam tenere, deprehensus, aut conuictus fuerit: is, biennio, actiua, & passiua voce, priuatus sit: atque etiam, iuxta suæ regulę, & ordinis constitutiones, puniatur.

Can. 3.

Concedit Sancta Synodus, omnibus Monasteriis, & Domibus, tam virorum, quàm mulierum & Mendicantium (exceptis domibus fratrum Sancti Francisci Cappucinorum: & eorum, qui minorum de obseruantia vocantur) etiam quibus, aut ex constitutionibus suis erat prohibitum: aut ex priuilegio Apostolico, nõ erat cõcessũ: vt deinceps bona immobilia, eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus autho-

ritate Apostolica, similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint: eadem omnia illis restituenda esse decernit. In prædictis autem Monasteriis, & domibus, tã virorum quam Mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus: is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur: qui, vel ex redditibus propriis monasterium, vel ex consuetis eleemosynis, commode possit sustentari: Nec de cætero, similia erigantur, sine Episcopi, in cuius Diœcesi eligenda sunt, licentia prius obtenta.

Can. 4.

Prohibet sancta Synodus, ne quis regularis, sine sui superioris licentia prædicationis, vel lectionis aut cuiusvis pij operis prætextu, subiiciat se obsequio alicuius prælati, principis, vel vniuersitatis: vel communitatis, aut alterius cuiuscunque personæ, seu loci: neque ei aliquod priuilegium, aut facultas, ab aliis, super iis obtenta, suffragetur. Quod si contra fecerit, tanquam inobediẽs, arbitrio superioris puniatur. Nec liceat regularibus, à suis conuentibus recedere: etiam prætextu ad superiores suos accedendi: nisi eisdem missis, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit: ab ordinariis locorum, tanquam desertor sui instituti, puniatur. Illi autem

autem,qui ſtudiorum cauſa, ad vniuerſitates mittuntur: in conuentibus tantum habitent: alioquin ab ordinariis cõtra eos procedatur.

Can.5.

Bonifacij Octaui conſtitutionem:quæ incipit, periculoſo, renouans ſancta Synodus: vniuerſis Epiſcopis, ſub obteſtatione diuini iudicij &interminatione maledictionis æternæ,præcipit: vt in omnibus monaſteriis ſibi ſubiectis, ordinaria: in aliis verò,ſedis Apoſtolicæ authoritate,clauſuram ſanctimonialium vbi violata fuerit diligenter reſtitui: & vbi inuiolata eſt conſeruari, maxime procurent:Inobedientes, atque contradictores, per cenſuras eccleſiaſticas aliáſque pœnas, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcentes:inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Quod auxilium,vt præbeatur,omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus: & ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, omnibus magiſtratibus ſæcularibus iniungit. Neminem autem ſanctimonialium liceat, poſt profeſſionem exire à Monaſterio: etiam ad breue tempus, quocunque prætexru: niſi ex aliqua legitima cauſa, ab epiſcopo approbãda: Indultis quibuſcunque & priuilegiis non obſtantibus. Ingredi autem intra ſepta Monaſterij, nemini liceat,cuiuſcunque generis,

aut conditionis sexus, vel ætatis fuerit: sine episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel superior, licentiam debet, in casibus necessariis: neque aliis, nullo modo possit: etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia monasteria sanctimonialium, extra mœnia vrbis, vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, sine vlla sæpe custodia sunt exposita: curent episcopi, & alij superiores (si ita videbitur expedire) vt sanctimoniales, ex eis ad noua vel antiqua Monasteria, intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur: inuocato etiam auxilio, si opus fuerit, bracchij secularis, impedientes verò, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellant.

Can. 6.

In electione superiorum quoruncunque, Abbatum temporalium & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatissarum: atque aliarum præpositarum (quo omnia recte, & sine vlla fraude fiant) in primis sancta Synodus distinctè præcipit, omnes supradictos eligi debere, per vota secreta: ita vt singulorum eligentiũ nomina, nunquã publicentur.

Nec

Nec in posterum liceat prouinciales, aut Abbates, priores, aut alios quoscunque titulares, ad effectum electionis faciendæ, constituere: aut voces, & suffragia absentium supplere. Si verò contra huius decreti constitutionem, aliquis electus fuerit: electio irrita sit: & is, qui ad hunc effectum, se in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit: deinceps, ad omnia officia in religione obtinenda, inhabilis existat: facultatésque superbis concessę, eo ipso abrogatæ censeantur: & si in posterum aliæ concedantur, tanquam subreptitiæ habeantur.

Can. 7.

Abbatissa, & prioriſſa, & quocunque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur: eligatur nõ minor annis quadraginta: & quæ octo annis, post expressam professionẽ, laudabiliter vixerit: Quod si his qualitatibus nõ reperiatur in eodẽ monasterio: ex alio eiusdem ordinis, eligi possit. Si hoc etiam incõmodum, superiori, qui electioni præest, videatur ex iis, quæ in eodẽ monasterio, annum trigesimum excesserint, & quinque saltẽ annis post ꝓfessionẽ, recte vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiẽte, eligat, Duob' verò Monasteriis nulla præficiatur. Et si quæ duo vel plura, quocũque modo obtinẽte cogantur, vno excepto, intra sex menses,

cętera resignare: Post id verò tempus, nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent. Is verò, qui electioni præest Episcopus, siue alius superior, clausstra monasterij non ingrediatur: sed ante Cancellorum feneſtellam, vota singulorum audiat vel accipiat. In reliquiis seruentur singulorum ordinum, vel monasteriorum constitutiones.

Can. 8.

Monasteria omnia „quæ generalibus Capitulis, aut episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueuerunt: teneantur infrà annum à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet triennio, sese in congregationes redigere: iuxta formam constitutionis Innocentij tertij, in Concilio generali, quæ incipit: In singulis: ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine de prædictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis, deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint: liceat Metropolitano in cuius prouincia præfata monasteria sunt, tanquam sedis Apostolicæ delegato eos pro prædictis causis cõuocare. Quod si infra limites vnius Prouinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus, ad erigendam congregationem:

possint

possint, duarum, vel trium Prouinciarũ Monasteria, vnam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis: illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præsides, vel visitatores: eandem habeant auctoritatẽ, in suæ congregationis Monasteria: ac Regulares in eis commorantes: quam alij Præsides, ac visitatores, in cæteris habent ordinibus. Teneatúrque suæ congregationis Monasteria frequenter visitare: & illorum reformationi incumbere: & ea obseruare, quæ in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si, etiam Metropolitano instante, prædicta exequi non curauerint. Episcopus in quorum Diœcesibus loco prædicta sita sunt: tanquam sedis Apostolicæ delegatis subdantur.

Can. 9.

Monasteria Sanctimonialium, sanctæ sedi Apostolicæ immediatæ subiecta, etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri: vel sancti Ioannis vel alias quomodocunque nuncupentur: ab Episcopis, tanquam dictæ sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscunque. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel aliis regularibus reguntur: sub eorum cura, & custodia, relinquantur.

Can. 10.

Attendant diligenter Episcopi,& cæteri superiores Monasteriorum sanctimonialium, vt in constitutionibus earum, admoneantur sanctimoniales,vt saltem semel,singulis mẽsibus, confessionem peccatorum faciant: & sacrosanctam Eucharistiam suspiciant: vt eo se salutari præsidio muniant,ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem confessorem:alius extraordinarius,ab Episcopo & aliis superioribus, bis, aut ter,in anno offeratur: qui omnium confessiones audire debeat. Quod verò sanctissimum Christi Corpus,intra chorum,vel septa Monasterij, & non in publica Ecclesia conseruetur, prohibet sancta Synodus: non obstante quocunque indulto, aut priuilegio.

Can. II.

In Monasteriis, seu domibus virorum,seu mulierum, quibus imminet animarum cura: personarum sæcularium, præter eas quæ sunt de illorum monasteriorum,seu locorum familia personæ: tam regulares,quàm sæculares, huiusmodi curam exercentes:subsint immediatè, in iis,quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent,Iurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Nec bi aliqui, etiam ad nutum amouibiles deputen-

i

putentur: nisi de eiusdē consensu, ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacen. cum suis limitibus: & exceptis etiam iis monasteriis, seu locis, in quibus Abbates, generales, aut capita ordinum, sedem ordinariam principalem habent: atque aliis Monasteriis, seu Domibus, in quibus Abbates, aut alij regulariū superiores, iurisdictionem Episcopalem, & temporalē, in parochos & parochianos exercent: saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas, iurisdictionem exercent.

Can. 12.

Censuræ, & interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à regularibus, in eorum Ecclesiis publicentur atque seruētur. Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua seruandos, idem Episcopus præceperit, ab exēptis omnibus etiam regularibus, seruentur.

Can. 13.

Controuersias omnes de præcedentia, quæ persæpe, maximo cum scandalo, oriuntur, inter Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quàm regulares: cum in processionibus publicis: tum in his, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus: & in defe-renda Vmbella: & aliis similibus: Episcopus,

amota omni appellatione,&non obstantibus quibuscunque componat:Exempti autem omnes, tam clerici sæculares quàm regulares: quicunque etiam Monachi:ad publicas processiones vocati, accedere compellantur:iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. *Can.14.*

Regularis, non subditus Episcopo qui intra claustra monasterij degit, & extra ea,ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit:Episcopo instante, à suo superiore,intra tēpus ab Episcopo præfigendum, seuere puniatur: ac de punitione, Episcopum certiorem faciat:sin minus,à suo superiore,officio priuetur:& delinquens, ab Episcopo puniri possit. *Can.15.*

In quacunque Religione, tam virorum, quam mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum: ne qui in minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum, in probatione steterit: ad professionem admittatur. Professio autem antea facta,sit nulla:nullámque inducat obligationem, ad alicuius regulæ vel religionis, vel ordinis obseruationem: aut alios quoscunque effectus. *Can.16.*

Nulla quoque renuntiatio aut obligatio, antea facta,etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscūque causæ piæ,valeat,nisi cum licen

licentia Episcopi, siue eius Vicarij, fiat intra duos menses proximos, ante professionem: ac non alias intelligatur effectum suũ sortiri, nisi sequuta professione: Aliter verò facta, etiam si, cum huius fauoris expressa renũciatione, etiã iurata: sit irrita, & nullius effectus. Finito tempore nouitiatus, superiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitẽdum admittant: aut è monasterio eos eiiciant. Per hæc autem, sancta Synodus, non intendit aliquid innouare: aut prohibere quin religio clericorum, societatis Iesu, iuxta pium eorũ institutum à sancta sede Apostolica approbatum, Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possint: sed neque ante professionem (excepto victu, & vestitu) nouitij, vel nouitiæ, illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius, monasterio aliquid ex bonis eiusdẽ tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, quod totum vel maiorem partem substantiæ suæ, monasterium possideat: nec facile si discesserit, id recuperare possit: Quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus, ne hoc nullo modo fiat: & vt abeuntibus ante professionẽ, omnia restituantur quæ sua erant. Quod vt recte fiat, episcopus etiam per cẽsuras ecclesiasticas, si opus fuerit, cõpellat.

Can.17.

Libertati professionis, Virginum Deo dicãdarum, prospiciens, sancta Synodus statuit, atque decernit: vt si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit; non ante eum suscipiat, nec post ea ipsa, vel alia, professionem emittat, quã exploraverit Episcopus: vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius: aut aliquis eorum sumptibus, ab eis deputatus: Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit: an sciat quid agat. Et si voluntas eius, pia, ac libera cognita fuerit: habuerítque conditiones requisitas, iuxta monasterij illius, & ordinis regulam nec non monasterium fuerit idoneũ: libere ei profiteri liceat. Cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur præfecta monasterio, cum ante mensem, certiorem facere. Quod si præfecta, certiorem Episcopum non fecerit: quandiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Can.18.

Anathemati sancta Synodus subiicit, oẽs & singulas personas, cuiuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos quam laicos, sæculares, vel regulares: atque etiam qualibet dignitate fungentes: si quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunq; mulierẽ inuitam

(præ

(præterquã in casibus in iure expressis) ad ingrediendum monasteria, vel suscipiendum habitum, cuiuscunque religionis: vel ad emittendum professionem, quíque cõsilium, auxilium, vel fauorem dederint: quíque sciẽtes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere: quoquo modo, eidem actui, vel præsentiam, vel consensum vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sanctã, Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo, sine iusta causa, impedierint. Eáque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione, fieri oportet, seruentur: non solum in monasteriis subiectis Episcopo: sed & in aliis quibuscunque. Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes, aut conuertitæ appellantur: in quibus, constitutiones earum seruentur. *Can.* 19.

Quicunque regularis prætendat, se, per vim, & metum ingressum esse religionem: aut etiam dicat, ante ætatem debitam, professum fuisse: aut quid simile: velítque habitum dimittere, quacunque de causa: aut etiam cum habitu recedere, sine licentia superiorum: non audiatur: nisi intra quinquennium tantum, à die professionis: tunc non

aliter,nisi causas,quas prætenderit,deduxerit coram superiore suo,& ordinario. Quod si, ante habitum spõte dimiserit: nullatenus ad allegandum quacunque causam admittatur: sed ad monasterium redire cogatur , & tanquam apostata puniatur. Interim verò,nullo priuilegio suæ religionis iuuetur. Nemo etiam regularis,cuiuscunque facultatis vigore,transferatur ad laxiorem religionem:nec detur licentia cuiquam regulari, occulte ferendi habitum suæ religionis.

*Can.*20.

Abbates, qui sunt ordinum capita, ac cæteri prædictorũ ordinum superiores, episcopis non subiecti : quibus est in alia inferiora monasteria,prioratúsve,legitima iurisdictio: eadem illa sibi subdita monasteria,& prioratus,suo quisque loco,atque ordine,ex officio visitent:etiam si commendata existant. Quæ cum ordinum suorum capitibus subsint declarat Sancta Synodus, in iis,quæ alias de visitatione monasteriorum commendatorum diffinita sunt,non esse comprehensa:teneantúrque,quicunque prædictorum ordinũ monasteriis præsunt, prædictos visitatores recipere : & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria,quæ sunt ordinum capita:iuxta sanctæ sedis Apostolicæ, & cuiusque ordinis constitutiones,visitentur.Et quandiu

dura-

durabunt huiuſmodi commendæ : Priores clauſtrales , aut in prioratibus conuentum habentibus ſuperiores qui correctiones, & ſpirituale regimen exercent: à capitulis generalibus , vel ipſorum ordinum viſitatoribus,inſtituantur. In cæteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia,& facultates,quę in ipſorum perſonas,loca,& iura concernunt firma ſint,& illæſa.

Can.21.

Cum pleráque monaſteria,etiam Abbatię, prioratus, & præpoſituræ , ex mala eorum, quibus commiſſa fuerunt , adminiſtratione, non leuia paſſa fuerunt , tam in ſpiritualibus quam in temporalibus detrimenta: cupit ſancta Synodus, ea ad congruam monaſticæ vitæ diſciplinam , omnino reuocare. Verum adeo dura difficiliſque eſt præſentium temporum conditio:vt nec ſtatim omnibus, nec commune vbique(quod optaret) remedium poſſit adhiberi : vt tamen nihil prætermittat , vnde prædictis ſalubriter aliquando prouideri poſſit : Primum quidem confidit, ſanctiſſimum Romanum Pontificẽ pro ſua pietatẽ , & prudentia , curaturum (quantum hæc tempora ferre poſſe viderit) vt his quæ nunc commendata reperiuntur: & quæ ſuos conuentus habent , regulares perſonæ , eiuſdem ordinis expreſſe profeſſæ

& quæ gregi præire & præesse, possint, præficiantur. Quæ verò in posterum vacabūt: nō nisi regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quod verò ea monasteria, quæ capita sunt ac primates ordinum, siue Abbati, siue Prioratus, filiæ illorum capitum nuncupantur: teneantur illi, qui in præsenti, ea in commendam obtinēt (nisi sit eis de regulari successore prouisum) infra sex mēses, religionē illorum ordinum propriam, solēniter profiteri: aut iis cedere: aliis commendę prædictæ, ipso iure, vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis, fraus aliqua adhiberi possit: mandat sancta Synodus, vt in prouisionibus dictorum monasteriorum, qualitas singulorum nominatim exprimatur: alitérque facta prouisio, subreptitia esse censeatur: nulláque subsequenti possessione, etiam triennali adiuuetur.

Can. 22.

Hæc omnia, & singula, in superioribus Decretis contenta, obseruari sancta Synodus præcipit, in omnibus cœnobiis, ac monasteriis, collegiis, ac domibus quorumcunq; monachorum, ac regularium: necnon quarumcunque sanctimonialium virginum, ac Viduarum: etiam si illæ, sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ viuant: & quocunque nomine appellentur: sub quacunque

cunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia vel gubernatione, vel quauis subiectione, aut annexione, vel dependentia cuiuscunque ordinis mendicantium vel non mendicantium: vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum quoruncunque non obstantibus eorum omnium, & singulorum priuilegiis, sub cuiuscunque formulis verborum conceptis: ac mare magnum, appellatis: etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus & regulis, etiam iuratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui verò regulares tam viri quam mulieres sunt: qui sub arctiori regula, vel statutis viuũt (excepta facultate habendi bona stabilia in cõmuni) eos, ab eorum instituto, & obseruantia, sancta Synodus amouere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat vt omnia & singula supradicta, quamprimũ executioni demandentur: præcipit omnibus Episcopis, in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsis in superioribus Decretis specialiter commissis, atq; omnibus Abbatibus, & generalibus, & aliis superioribus, ordinum supradictorum: vt statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, episcoporum negligentia: Concilia prouincialia suppleant & coerceant. Regu-

larium verò Capitula Prouincialia & Generalia : & in defectum Capitulorum Generalium, Concilia prouincialia per deputationē aliquorum eiusdem ordinis prouideāt. Hortatur etiam sancta Synodus, omnes reges, Principes, Respublicas, & magistratus: & in virtute sanctæ obedientiæ præcipit: vt velint prædictis episcopis, abbatibus ac generalib⁹ & cæteris præfectis, in superius contentæ reformationis executione suū auxilium & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti: vt sine vllo impedimento, præmissa recte exequatur: ad laudē Dei omnipotentis.

DECRETVM, SVPER REFORmatione generali, publicatum eadem die primæ Sessionis, Nonæ: & vltimæ, Triden sub S.D.N. Pio IIII. Pont. Maximo.

Can. I.

Optandum est, vt ij, qui episcopale ministerium suscipiūt, quæ suæ sint partes agnoscant: ac se, non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est: & fideles reliquos, ad religionem, innocentiámque facilius inflammandos: si Præpositos suos viderint, non ea, quę mundi sunt, sed animarū salutem

lutem,ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam,præcipua esse, Sancta Synodus animaduertat: admonet episcopos omnes: vt secum ea sæpe meditantes: factis etiam ipsis, ac vitæ actionib⁹,quod est veluti perpetuum quoddam prędicandi genus:se muneri suo conformes ostendant. In primis verò , ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis, frugalitatis, modestiæ, continentiæ ac quæ nos tantopere commendat Deo.S.humilitatis exempla,petere possint. Quapropter exemplo Patrum nostrorum, in Conci.Carthag.non solum iubet, vt Episcopi modesta suppellectili, & mensa,ac frugali victu contenti sint:verum etiam in reliquo vitę genere ac tota eius domo caueant: ne quid appareat quod sancto hoc instituto sit alienum, quodque,non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum,præ se ferat:Omnino vero, eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ, consanguineos,familiaréśvè suos augere studeant: cum & Apostolorum Canones prohibeant,ne res Ecclesiasticas,quæ Dei sunt, consanguineis donent: sed si pauperes sint,iis vt pauperibus distribuant: eas autem non distrahant:ne dissipent illorũ causa:imò quam maximè potest, eos S. Synodus monet,vt omnem humanum hunc,erga fratres,

nepotes, propinquósque, carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ verò, de Episcopis dicta sunt, eadē non solum in quibuscunque, beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui cōditione obseruari: sed & ad S. Rom. Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit: quorū cōsilio, apud Sanctiss. Rom. Pont. cū vniuersalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non iis etiam virtutum insignibus, ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos conuertant.

Canon 2.

Cogit temporum calamitas: & inualescēntium hæresum malitia: vt nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præsidium, videatur posse pertinere. Præcipit igitur sancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepisc. Episc. & omnibus aliis, qui de iure, vel consuetudine, in Concilio Prouinciali interesse debent: vt in ipsa prima Synodo Prouinciali, post finem præsentis Concilij habenda: ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta Synodo diffinita, & statuta sunt, palam recipiant: nec non veram obedientiam, summo Rom. Pon. spondeant, & profiteantur: simúlque hæreses omnes, à sacris Canonibus & gene-

generalibus Conciliis: præsertímque ab hac eadem Synodo damnatas, publicè detestentur,& anathematizent: Idémque in posterũ, quicunq; in Patriarchas, Primates, Archiep. episcopósque promouendi: in prima Synodo Prouinciali, in qua ipsi interfuerint omnino obseruent. Quod si quis, ex supradictis omnibus (quod absit) tenuerit Episcopi Comprouinciales, statim summum Ro. Pont. admonere, sub pœna diuinæ indignationis, teneantur: interímq; ab eiusdẽ cõmunione abstineant. Cæteri omnes, siue in præsenti, siue in futurũ, beneficia ecclesiastica habituri, & qui in Synodo diœcesana conuenire debent: idem vt supra, in ea Synodo, quę primo quoque tẽpore celebrabitur, faciãt, & obseruent: alias secundum formã sacrorũ canonum puniantur. Ad hæc omnes ij, ad quos vniuersitatum, & studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet; diligenter curent, vt ab eisdem vniuersitatibus, Canones, & Decreta huius sanctæ Synodi, integre recipiantur: ad eorúmque normam magistri, Doctores, & alij in eisdem vniuersitatibus, ea quæ catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur: seque ad hoc institutum, initio cuiuslibet anni, solenni iuramento obstringant: Sed & si aliqua alia in prædictis vniuersitatibus correctione, & reformatione

digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat pro Religionis, & disciplinæ ecclesiasticæ augmento emendentur, & statuantur. Quæ vero vniuersitates, immediatè summi Romani Pontificis protectioni, & visitationi sunt subiectæ, has sua beatitudo, per eius delegatos, eadem qua supra ratione, & prout eis vtilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

Can. 3.

Quamuis excommunicationis gladius, neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ: & ad continendos in officio populos, valde salutaris: sobriè tamen, magnáque circunspectione exercendus est: cum experientia doceat si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis cõtemni, quam formidari: & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ quas monitionibus præmissis, ad finem reuelationis (vt aiũt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus, ferri solent: à nomine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur: & tunc, non alias quam ex re nõ vulgari, causáque diligenter, ac magna maturitate, per Episcopum examinata: quæ eius animum moueat: nec ad eas concedendas, cuiusuis secularis, etiam Magistratus authoritate adducatur sed totum hoc, in eius arbitrio, & conscientia sit positum: quando ipse,

pro

pro re, loco, persona aut tempore, eas decernendas esse iudicauerit. In causis verò iudicialibus, mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscunque dignitatis existant, vt quandocunque executio realis, vel personalis, in qualibet parte iudicij, propria autho ritate, ab ipsis fieri poterit: abstineant se, tam in procedendo, quam diffiniendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis (si expedire videbitur) in causis ciuilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinẽtibus, contra quoscunque, etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso, quòd exactæ fuerint, assignentur: seu per captionem pignorum, personarúmque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam: siue etiam per priuationem beneficiorum, aliáque iuris remedia procedere, & causas diffinire. Quod si executio realis, vel personalis, aduersus reos, hac ratione fieri non poterit: sitque erga iudicem contumacia: tũc eos, etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personal s vt supra fieri poterit erit à censuris abstinendum. Sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit: licebit iudici, hoc spirituali gladio, in delinquentes vti si ta-

men delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione etiam per edictum, id postulet. Nefas autem sit, seculari cuiuslibet magistratui, prohibere, Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet: sub prætextu, quòd contenta in præsenti Decreto, non sint obseruata: cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos pertineat. Excommunicatus verò quicunque, si post legitimas monitiones non resipuerit: non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit: etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

Canon 4.

Contingit sæpe, in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis, impositum esse: vt illis, pro singulis diebus, à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri: vel eleemosynam huiusmodi, pro illis celebrandis, adeo tenuē esse: vt non facile inueniatur, qui velit huic se muneri subiicere: vnde depereunt piæ testantium voluntates: & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur: sancta Synodus, cupiens

piens hæc, ad pios vſus relicta (quo plenius, & vtilius poteſt impleri) facultatem dat Epiſcopis, vt in Synodo Diœceſana, itémque Abbatibus, & Generalibus ordinum, vt in ſuis Capitulis generalibus re diligenter perſpecta, poſſint pro ſua conſcientia in prædictis eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque eccleſiarum vtilitatem viderint expedire: Ita tamen, vt eorum ſemper defunctorum, commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute, legata ea ad pios vſus reliquerunt.

Can. 5.

Ratio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur, quãdo igitur, ex beneficiorũ quorumcunque erectione, ſeu fundatione aut aliis conſtitutionibus, qualitates aliquæ requirũtur: ſeu certa illis onera ſunt iniuncta: in beneficiorum collatione ſeu in quacunque alia diſpoſitione: eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Preſbyteralibus, Diaconalibus, ac ſubdiaconalibus, quandocunque ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus, nihil in vlla prouiſione detrahatur: & aliter facta prouiſio, ſurreptitia cenſeatur.

Can. 6.

Statuit sancta Synodus, vt in omnibus ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, Decretum, sub fœ.re. Paulo III. (quod incipit, capitula cathedralium) obseruetur: non solum, quando Episcopus visitauerit: sed & quoties ex officio vel ad petitionem alicuius, contra aliquem, ex contentis in dicto Decreto, procedat: Ita tamen, vt cum extra visitationem processerint, infrascripta omnia locum habeant: Videlicet, vt capitulum, initio cuiuslibet anni, eligat ex capitulo duos: de quorum consilio, & assensu, Episcopus, vel eius Vicarius, tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiue, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali, procedere teneatur. Vnum autē tantū sit vtriusq; votū, possitq; alter, ēpo accedere. Quod si ambo, ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel diffinitiua sententia, fuerint: tunc intra sex dierum spatium, cum Episcopo tertium eligent. Et si in electione tertij etiam discordent ad viciniorem Episcopum, electio deuoluatur: & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta, nulla sint: nullóque producant iuris effectus. In criminibus tamen

men ex incontinentia prouenientibus (de qua in Decreto de Concubinariis)& in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus: vbi de fuga timetur: ne iudicium eludatur : & ideo opus sit personali detentione : possit initio solus Episcopus, ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere : seruato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus casibus, ea ratio habeatur : vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum: delinquentes ipsi, in loco decenti custodiantur. Episcopis præterea, vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est : eisque in Choro & in Capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis, sit prima sedes, & locus quem ipsi elegerint : & præcipua, omnium rerum agendarum, auctoritas. Qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant: nec de re, ad suum, vel suorum commodum spectante, agatur: Episcopi ipsi, Capitulum conuocent: vota exquirant: & iuxta ea concludant. Absente vero Episcopo omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel consuetudine spectat, perficiatur : nec ad id, vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus, Capituli iurisdictio, & potestas (si qua eis competit) & bonorum administratio, salua, &

intacta omnino relinquatur. Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo: hi omnes in causis ecclesiasticis, episcopo subiiciantur: non obstantibus, quo ad supradicta, priuilegiis, etiam ex fundatione competentibus, nec nõ consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententiis, Iuramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent authores. Saluis tamen in omnibus, priuilegiis, quæ vniuersitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa. Hæc autem omnia, & singula, in iis ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum, Vicarij, ex constitutionibus, vel priuilegiis, aut consuetudinibus, siue concordiis, seu quocunque alio iure, maiorem habent potestatem, authoritatem, ac iurisdictionem, quam præsenti Decreto sit cõprehensum: quibus sancta Synodus derogare non intendit.

Can. 7.

Cum in beneficiis ecclesiasticis, ea, quæ hæreditate successionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa: & Patrum Decretis contraria: nemini in posterum, accessus, aut regressus, etiam de consensu ad beneficium ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedatur: nec hactenus concessi, suspendantur, extendantur, aut transferantur.

Hoc

Hocque Decretum, in quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, ac etiam cathedralibus ecclesiis ac in quibuscunque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat. In coadiutoriis quoque, cum futura successione, idem posthac obseruetur: vt nemini in quibuscunque beneficiis ecclesiasticis permittantur. Quod si quando Ecclesiæ Cathedralis, aut monasterij vrgens necessitas, aut euidens vtilitas postulet, Prælato dari coadiutorem: is non alias cum futura successione detur, quàm hæc causa, prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita: & qualitates omnes, in illo concurrere certum sit, quæ à iure & Decretis huius Sanctæ Synodi, in Episcopis & Prælatis requiruntur: alias, concessiones super his factæ: subreptitiæ esse censeantur.

Can. 8.

Admonet sancta Synodus quoscunque ecclesiastica beneficia, seculatia, seu regularia obtinentes: vt hospitalitatis officium, à sanctis patribus frequenter commendatum (quantum per eorum prouentus licebit) prompte, benignéque exercere assuescant: memores, eos, qui hospitalitatem amant, Christū in hospitibus recipere. Illis verò qui hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia lo-

ea, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperúmve vsum, præcipue instituta: in commendam, administrationem, aut quæcunque titulum, aut etiam ecclesiis suis vnita, obtinent: vel si ecclesiæ Parochiales, hospitalibus forte vnitæ aut in hospitalia erectæ, earúmque Patronis, in administrationem cõcessæ sint: præcipit omnino vt impositum illis onus, officiúmve, administrent: atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, actu exerceant iuxta constitutionem Concilij Viennensis, alias in hac eadem Synodo, sub fœ. re. Paulo 3. Innouatam: quæ incipit, quia contingit. Quod si hospitalia hęc, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum, fuerint instituta: nec in loco, vbi sunt dicta hospitalia, similes personæ aut perpaucæ reperiantur: mandat adhuc, vt fructus illorum, in alium pium vsum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur: prout ordinario, cum duobus de capitulo, qui rerum vsu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte, etiam in hunc euentum, in eorũ fundatione, aut institutione fuerit expressum: Quo casu, quòd ordinatũ fuit, obseruari curet episcopus: aut si id non possit, ipse, prout supra,

vtili-

vtiliter prouideat. Itaque, si prædicti omnes, & singuli, cuiuscunque ordinis, & Religionis, & dignitatis (etiam si laici fuerint) qui administrationem hospitalium habent (non tamẽ regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia) ab ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur necessariis, re ipsa obire cessauerint: non solum per ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia, ad id compelli possint: sed etiam hospitali ipsius administratione, curáve, perpetuo priuari possint: aliíque eorum loco, ab his, ad quos spectauit, substituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt (quę nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur) in foro conscientiæ teneantur: Nec administratio, seu gubernatio, huiusmodi locorum, vni, & eidem personæ. vltra triennium, deinceps committatur: nisi aliter in fundatione cautum reperiatur. Non obstante, quo ad omnia supradicta, quacunque vnione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili seu priuilegiis, aut indultis quibuscunque.

Can. 9.

Sicuti legitima patronatuum Iura tollere, piásque fidelium voluntates, in eorum in-

stitutione violare, æquum non est: sic etiam vt hoc colore, beneficia ecclesiastica in seruitutem (quod à multis impudenter fit) redigantur, non est permittendum: Vt igitur debita in omnibus ratio obseruetur: decernit Sancta Synodus, vt titulus Iurispatronatus, sit ex fundatione vel dotatione: qui ex authentico documento, & aliis iure requisitis ostendatur: siue etiam, ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat: aliásve, secundum Iuris dispositionem. In iis verò personis, seu vniuersitatibus, in quibus, id ius, plerunque, ex vsurpatione potius quæsitum, præsumi solet: plenior, & exactior probatio, ad docendum verum titulum, requiratur. Nec immemorabilis temporis probatio, aliter ei suffragetur: quam si, præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes, effectum sortitæ sint authenticis scripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tam secularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscunque aliis beneficiis, in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia: seu facultates, & priuilegia concessa, tam in vim patronatus, quã alio quocunque Iure nominandi, eligendi,

præ

præsentandi ad ea, cum vacant (exceptis patronatibus, super Cathedralibus Ecclesiis competentibus: & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentes, alióque sublimes, ac supremos principes iura imperij, in Dominiis suis habentes, pertinent: & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt) in totum prorsus abrogata & irrita, cum quasi possessione inde sequuta, intelligantur: Beneficiáque huiusmodi tanquam libera, à suis collatoribus conferantur: ac prouisiones huiusmodi plenum effectum consequantur. Ad hæc liceat Episcopo, præsentatos à patronis (si idonei nõ fuerint) repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat: ab Episcopo tamen iuxta alias statuta ab hac sancta Synodo, examinentur: alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis. Patroni autem beneficiorum, cuiuscunque ordinis, & dignitatis, etiam si Cõmunitates, vniuersitates, Collegia quæcunque, Clericorum vel Laicorũ existant: in perceptione fructuum prouentuum obuentionum quoruncunque beneficiorum: etiam si vere de iure patronatus ipsorum, ex fundatione & dotatione essent: nullatenus nulláve causa vel occasione, se ingerant: sed illos liberè Rectori, seu beneficiato; non obstante etiam quacũque cõsue-

tudine: distribuendos dimittant. Nec dictum ius patronatus: venditionis: aut alio quocunque titulo, in alios, contra canonicas sanctiones, transferre præsumant, si secus fecerint: excommunicationis, & interdicti pœnis subiiciantur: & dicto Iure patronatus, ipso Iure, priuati existant.

Insuper occasiones per viam vnionis factæ: de beneficiis liberis, ad Ecclesias iurispatronatui etiam laicorum, subiectas, tam parochiales, quam ad alia quæcũque beneficia: etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita vt prædicta beneficia libera, eiusdem naturæ cum iis, quibus eum vniuntur, efficiantur: atque sub Iure patronatus constituãtur. Hæ, si nondum plenarium sortitæ sunt effectum: vel deinceps, ad cuiusuis instantiam fient, quacunque auctoritate, etiam Apostolica concessa fuerint: simul cum vnionibus ipsis, per subreptionem obtentæ intelligantur: Non obstante quacunque in iis verborum forma seu derogatione, quæ habeatur pro expressa: nec executioni amplius demandentur: sed beneficia ipsa vnita, cum vacauerint, libere, vt antea conferantur. Quę verò, à Quadraginta annis citra factæ, effectum, & plenam incorporationem sunt cõsecutæ: hæ nihilominus, ab ordinariis, tãquam à sede Apostolica delegatis reuideantur, &

examinentur: ac quæ, per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint: simul cum vnionibus, irritæ declarentur: ac beneficia ab ipso separentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicunque in Ecclesiis, & quibuscũque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augumento dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, & authoritate sedis Apostolicæ ab iisdem ordinariis, vti delegatis vt supra (qui nullius, in his facultatibus aut priuilegiis impediantur) diligenter cognoscantur. Et quos nõ repererint, ob maxime euidentem Ecclesiæ, vel beneficij, seu dignitatis necessitatem, legitime constitutos esse: in totum reuocent: atque beneficia huiusmodi, sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo ꝙ ab eis idcirco datũ est: in pristinum libertatis statum reducant: non obstantibus priuilegiis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Can. 10.

Quoniam ob malitiosam potentium suggestionem & quandoque ob locorum longinquitatem personarum notitia, quibus causæ mandantur, vsque adeo haberi non potest: hincque interdum iudicibus non vndequaque idoneis, causæ in partibus delegantur:

statuit S. synodus, in singulis Conciliis Prouincialibus, aut Diœcesanis aliquot personas quæ qualitates habeant, iuxta constitutionē Bonifacij Octaui quæ incipit, Statutum: & alioquin ad id apta designari vt præter ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ ecclesiasticæ, ac spirituales & ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et si aliquem interim ex designatis, mori contigerit substituat ordinarius loci, locum consilio capituli, alium in eius locum, vsque ad futuram Prouincialem, aut Diœcesanam synodū. Ita vt habeat quæque Diœcesis, quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac vt supra qualificatas: quibus huiusmodi causæ à quolibet legato, vel Nuncio, etiam à sede Apostolica committantur: alioquin, post designationem factam (quam statim episcopi, ad summum Romanum Pontificem transmittant) delegationes quæcunque aliorum Iudicum, aliis, quam his factæ, surreptitiæ censeantur. Admonet deinc sancta Synodus, tam ordinarios, quam alios quoscunque Iudices: vt terminandis, quanta fieri poterit breuitate studeant: ac litigatorum artibus seu in litis contestatione seu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competentia alia ratione occurrant.

Can. II.

Can. 11.

Magnam Ecclesiis perniciem afferre solet: cum earum bona, repræsentata pecunia in successorum præiudicium, aliis locantur: omnes igitur hę locationes, si anticipatis solutionibus fient: nullatenus, in præiudiciũ successorum validæ intelligantur: quocunque indulto, aut priuilegio non obstante. Nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam, confirmentur. Non liceat etiam, Iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare: nec cõductoribus per se, aut alios, ea exercere: alitérque concessiones, etiã à sede Apostolica factæ, surreptitiæ censeantur. Locationes verò rerum Ecclesiasticarũ, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, Sancta Synodus irritans: decernit, quas à triginta annis citra, ad longum tempus: seu vt in nonnullis partibus, à viginti nouem, seu bis viginti nouem annos, vocãt factas: Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea: in dãnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse: iudicabunt.

Can. 12.

Non sunt ferendi, qui variis artibus, Decimas Ecclesiis obuenientes, subtrahere moliuntur: aut qui ab aliis soluendas, temere occupãt, & in rem suam vertunt cũ Decima-

rum solutio, debita sit Deo : Et qui eas darē noluerint, aut dantes impediunt res alienas inuadunt. Præcipit igitur, Sancta Synodus, omnibus, cuiuscunque gradus, & conditionis sint : ad quos, Decimarum solutio spectat: vt eas (ad quas de Iure tenentur) in posterum, Cathedrali, aut quibuscunque aliis ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur integre persoluant. Qui verò eas, aut subtrahunt, aut impediūt: excommunicentur nec ab hoc crimine nisi plena restitutione secuta: absoluantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos, pro christiana charitate, debitóque erga pastores suos munere : vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochiis, qui tenuioribus præsunt ecclesiis, large subuenire, ad Dei laudem, atque Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam non grauantur. *Can.* 13.

Decernit Sancta Synodus vt quibuscunque in locis, iam ante annos Quadraginta, Quarta (quæ funeralium dicitur) Cathedrali, aut parochiali ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscunque locis piis cōcessa eadem posthac, integro Iure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu parochiali ecclesiæ, persoluatur: Non obstantibus concessionibus, gratiis,

priui-

priuilegiis, etiam mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcunque.

Can.14.

Quam turpe: ac Clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt ſit indignum: in impudicitiæ ſordibus, immundóque Concubinatu verſari: ſatis res ipſa, communi fidelium omnium offenſione, ſummóque Clericalis militiæ dedecore, teſtatur. Vt igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem, miniſtri eccleſiæ reuocẽtur: populúſque hinc, eos magis diſcat reuereri, quo illos vita honeſtiores cognouerit: prohibet S. Synodus, quibuſcunque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio in domo, vel extra detinere: aut cum iis, vllam conſuetudinem habere audeant. Alioquin pœnis, à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum puniantur. Quod ſi à ſuperioribus moniti, ab iis, ſe non abſtinuerint: tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum, beneficiorum ſuorum quorumcunque, & penſionum, ipſo facto ſint priuati: quæ fabricæ eccleſiæ aut alteri pio loco, arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem, cum eadem, vel alia fœmina, perſeuerantes: ſecundæ monitioni, adhuc non tantum fructus omnes, ac prouẽtus ſuorum beneficiorum, & pẽſiones, eo ipſo amit-

tant: qui prædictis locis applicentur: sed etiã à beneficiorum ipsorum administratione (quod ordinarius, etiam vti sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur) suspendantur, & si lata suspensi, nihilominus eas non expellant aut cũ iis etiam versentur, tũc beneficiis portionibus, ac officiis, & pensionibus quibuscunq; ecclesiasticis, perpetuo priuentur: atque inhabiles, ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis, in posterum reddantur: donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus, cum iis, ex causa, visum fuerit dispensandum. Sed si, postquã eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut aliis huiusmodi scandalosas mulieres, sibi adiungere, ausi fuerint: præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat: supradictorũq; omniũ cognitio, nõ ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad episcopos ipsos pertineat: qui, sine strepitu & figura Iudicij & sola facti veritate inspecta, procedere possint. Clerici vero, beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes: iuxta delicti & contumaciæ perseuerantiam & qualitatem: ab ipso Episcopo, carceris pœna, suspensione ab ordine, ac

inha-

inhabilitate ad beneficia obtinenda alísve modis, iuxta sacros canones puniantur. Episcopi quoque (quod absit) si ab huiusmodi crimine non abstinuerint: & à Synodo prouinciali admoniti, se non emendauerint: ipso facto sint suspensi. Et si perseuerent: etiam ad sanctissimum Romanum Pontificē, ab eadē Synodo deferantur: qui pro qualitate culpæ, etiam si per priuationem (si opus erit) in eos animaduertat. Can. 15.

Vt paternæ incontinentiæ memoria, à locis Deo consecratis (quos maximè puritas sanctitásque decet) longissime arceatur. Non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio: in ecclesiis, vbi eorum Patres, beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt: quodcunque (etiam dissimile) beneficium obtinere: nec in dictis ecclesiis, quoquomodo ministrare: nec pensiones, super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere: Quod si in præsenti pater, & filius, in eadem ecclesia, beneficia obtinere reperiantur: cogatur filius, suum beneficium resignare: aut cum alio permutare, extra ecclesiam intra triū mensiū spatium: alias, ipso iure, eo priuatus existat, & super iis, quæcunque dispensatio, surreptitia censeatur. Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ

posthac, à parentibus Clericis, in fauorem filiorum fient, vt alter, alterius beneficium cõsequatur: in fraudem huius Decreti, & canonicarum sanctionum factæ, omnino censeãtur. Nec collationes sequutæ, vigore huiusmodi resignationum, seu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filiis suffragentur.

Can. 16.

Statuit Sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia sæcularia: quocunque nomine appellentur: quæ curam animarum, ex primæua eorum institutione aut aliter quomodocunque retinent: illa deinceps, in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo, cõgrua portione, non conuertantur: Non obstantibus quibuscunque gratiis, quæ suum plenarium effectum, non sunt consecuræ. In iis verò, in quibus, contra earum institutionem seu fundationem, cura animarum, in Vicarium perpetuum translata est: & si in hoc statu, ab immemorabili tẽpore reperiãtur: si congrua portio fructuum Vicario ecclesiæ (quocunque nomine is appelletur) nõ fuerit assignata: ea quam primum, & ad minus intra annum, à fine præsentis Concilij, arbitrio ordinarij, iuxta formam Decreti, sub fœ.re. Paulo III. assignetur. Quod si id commode fieri non possit: aut intra dictum terminum,

mium, factum non erit, cum primum, per cessum, vel decessum Vicarij, seu Rectoris, aue quomodolibet alterum eorum vacauerit beneficium: curam animarum recipiat: ac vicariæ nomen cesset: & in antiquum statum restituatur.

Can. 17.

Non potest sancta Synodus, non grauiter dolere audiens Episcopos aliquos, sui status oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter dehonestare, qui cum Regum ministris regulis, & baronibus, in ecclesia & extra indecenti quadam demissione se gerunt: & veluti inferiores ministri Altaris: nimis indigne, non solum loco cedunt: sed etiam personaliter illis inseruiunt. Quare, hæc, & similia detestans, Sancta Synodus: sacros Canones omnes, Conciliáque generalia, atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis episcopalis decorum, & grauitatem pertinentes, renouando, præcipit: vt ab huiusmodi in posterum episcopi se abstineant: mandans eisdem, vt tam in ecclesia, quam foris, suum gradū, & ordinem præ oculis habentes, vbique se patres, & pastores esse meminerint: reliquis verò, tam Principibus, quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia prosequantur.

Can. 18.

Sicuti publicè expedit, legis vinculũ quandoque relaxare, vt plenius, euenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi vtilitate satisfiat: ac frequentius regem soluere exemplóque potius, quam certa personarum rerumque delectu petentibus indulgere: nil aliud est, quàm vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. Quapropter sciant vniuersi sacratissimos Canones, exacte ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistincte obseruandos. Quod si, vrget instátque ratio, & maior quandoque vtilitas, postulauerit, cum aliquibus dispensanda esse id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.

Can. 19.

Detestabilis duellorum vsus fabricante Diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur: ex Christiano orbe, penitus exterminetur. Imperator, Reges, duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales: qui locũ ad Monomachiam, in terris suis, inter Christianos, concesserint eo ipso, sint excommunicati: ac iurisdictione: & Domino Ciuitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem, duellum

fieri

fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati intelligantur, & si feudalia sint directis Dominis statim acquirantur. Qui verò pugnam commiserint: & qui eorum patrini vocantur excommunicationis: ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant: & vt homicidæ, iuxta sacros Canones, puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint: perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam facto dederint: aut alia quacunque ratione, ad id, quenquam suaserint: nec non spectatores: excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: Non obstante quocunque priuilegio, seu praua cõsuetudine, etiam immemorabili. Can. 20.

Cupiens sancta Synodus, ecclesiasticam disciplinam, in Christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sarctam tectam à quibuscunque impedimentis conseruari: præter ea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit seculares quoque Principes, officij sui admonendos esse censuit: confidens, eos, vt Catholicos (quos Deus, sanctæ fidei, ecclesiæque protectores esse voluit) ius suum, Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros: sed etiam subditos suos omnes, ad debi-

tam erga clerum, Parochos, & superiores ordines, reuerentiam, reuocaturos: nec permissuros, vt officiales, aut inferiores magistratus, ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu in consideratione aliqua, violent: sed vna cum ipsis principibus, debitam, sacris summorum Pontificum, & Conciliorum cõstitutionibus, obseruantiam, præstent, Decernit itaque & præcipit, sacros canones, & concilia generalia omnia, necnon alias Apostolicas sanctiones, in fauorem Ecclesiasticarum personarum libertatis Ecclesiasticæ, & cõtra eius violatores editas (quę omnia, præsenti etiam Decreto, innouat) exacte ab omnibus obseruari debere. Prætereáque admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes, & singulos, cuiuscunque status, & dignitatis extiterint: vt quo largius, bonis temporalibus, atq; in alios potestate, sunt ornati: eo sanctius, quę ecclesiastici iuris sunt, tanquam Dei præcipua eiusque patrocinio tecta venerentur: Nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliísve Dominis temporalibus, seu Magistratibus maximéque ministris ipsorum Principum, lædi patiantur: sed seuere in eos, qui illius libertatem, munitatem, atque iurisdictionẽ impediunt animaduertant:

uertant: Quibus etiam ipſimet exemplo, ad pietatem, religionem, eccleſiarúmque protectionem exiſtant imitantes anteriores optimos, religioſiſſimóſque principes qui res eccleſiæ, ſua inprimis authoritate, ac munificentia auxerunt: ne dum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeóque ea in re, quiſque officium ſuum ſedulo præſtet, quo cultus diuinus deuote exerceri, & Prelati cæteríque clerici in reſidentiis, & officiis ſuis quieti, & ſine impedimentis cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

Can. 21.

Poſtremo ſancta Synodus, omnia & ſingula, ſub quibuſcunque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub fœlice. Paulo tertio, ac Iulio tertio, quàm ſub Beatiſſimo Pio Quarto, Pontificibus Maximis, in hoc ſacro Concilio ſtatuta ſunt: Declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper ſedis Apoſtolicæ authoritas, & ſit & eſſe intelligatur.

De

DECRETVM DE CONTINuanda Sessione in diem sequentem.

Cum ea omnia quæ in præsenti Sessione tractanda erant, quia hora tarda est, commode expediri non possint, propterea iuxta id, quod in generali Congregatione, à Patribus statutum fuit, ea quæ supersunt, in diem crastinam, hanc eandem Sessionem continuando, differuntur.

CONTINVATIO SESSIONIS

Die 4. Decembris.

DECRETVM DE INdulgentiis.

CVM potestas conferendi Indulgẽtias, à Christo, Ecclesiæ concessa sit: atque huiusmodi potestate, diuinitus ibi tradita, antiquissimis etiam temporibus, illa vsa fuerit: sacrosancta Synodus, Indulgentiarum vsum Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum authoritate probatum, in ecclesia retinendum esse docet, & præcipit: eósque anathemate damnat, qui, aut inutiles esse asserunt: vel eas concedendi, in ecclesia potestatem esse negant. In his tamen concedẽdis, moderationem, iuxta veterem, & probatam in ecclesia consuetudinem, adhiberi cupis

cupit: ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneruetur. Abusus verò qui in his irrepserunt: & quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen, ab hæreticis blasphematur: emendatos,& correptos cupiens: præsenti decreto generaliter statuit, prauos quæstus omnes, pro his consequendis (vnde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit) omnino abolendos esse. Cæteros verò,qui ex superstitione,ignorantia,irreuerentia,aut aliunde, quomodocunque prouenerunt:cum ob multiplices,locorum & prouinciarum apud quas hic committuntur,corruptelas, commode nequeāt specialiter prohiberi:Mandat omnibus Episcopis,vt diligēter quisque: huiusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat:eósque in prima Synodo prouinciali referat: vt aliorum quoque episcoporum sententia cogniti; statim ad summum Romanum pontificem deferatur:cuius authoritate & prudentia; quod vniuersali ecclesiæ expediet, statuatur: vt ita sanctarum indulgentiarum munus, piè, sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

DE DELECTV CIBORVM, ieiuniis,& diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus & per sanctissimum Domini nostri atque salua-

toris aduentum, Pastores omnes obtestatur: vt tanquam boni milites illa omnia quę sancta Romana Ecclesia, omnium ecclesiarum mater & magistra, statuit: necnon ea, quę tam in hoc Concilio, quàm in aliis Oecumenicis statuta sunt: quibuscunque fidelibus, sedulo commendent, omníque diligentia vtantur, vt illis omnibus: & iis pręcipuè sint obsequẽtes, quæ ad mortificandam carnem cõducũt: vt ciborum delectus, & ieiunia: vel etiam quę faciunt ad pietatem augendam: vt dierum festorum deuota & religiosa celebratio: admonentes populo crebro obedire propositis suis. Quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipsum vltorem sentient.

DE INDICE LIBRORVM: Catechismo, Breuiario & Missali.

3 Sacrosancta Synodus, in secunda Sessione, sub sanctissimo Domino Nostro Pio Quarto celebrata, delectis quibusdam patribus commisit, vt de variis censuris, ac libris vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, cõsiderarent: atque ad ipsam sanctã Synodum referrent audiens nunc huic operi, ab eis extremam manum impositam esse: nec tamen ob librorum varietates, & multitudi-

tudinem, distincte, & commode possit à Sancta Synodo diiudicari: præcipit, vt quicquid ab illis præstitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur: vt eius iudicio, atque authoritate terminetur, & euulgetur. Idemque de catechismo, à patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de missali, & breuiario, fieri mandat.

De loco Oratorum.

Declarat sancta Synodus, ex loco assignato Oratoribus, tam ecclesiasticis quàm secularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscunque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præiudicium: sed omnia illorum, & Imperatoris Regum, rerum publicarum ac Principum suorum iura, & prærogatiuas, illæsas, & saluas esse, in eodémque statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

DE RECIPIENDIS, ET OBseruandis decretis Concilij.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malitia: vt nihil tam clarum, in fide nostra asserēda, vnquam fuerit, aut tam certo statutum: quod non humani generis hoste suadente, illi errore aliquo non contaminauerint. Eapropter San-

cta Synodus, id potissimum curauit, vt præcipuos hæreticorum nostri temporis errores, damnaret, & anathematizaret: veramque & catholicam doctrinam traderet, & doceret: prout damnauit, anathematizauit & diffiniuit. Cumque tam diu, tot episcopi, ex variis Christiani orbis Prouinciis, euocati: sine magna gregis sibi commissi iactura, & vniuersali periculo, ab ecclesiis abesse nõ possint: nec vlla spes resteret, hæreticos, toties, fide etiam publica, quam desiderarunt, inuitatos: & tam diu expectatos, huc amplius aduenturos. Ideóque tandem, huic sacro Concilio finem imponere, necesse sit: superest nunc, vt principes omnes (quod facit) in Domino moneat, ad operam suam ita præstandam: vt quæ, ab ea decreta sunt: ab hæreticis deprauari, aut violari non permittant: sed ab his, & omnibus, deuote recipiantur, & fideliter obseruentur. Quod si, in his recipiendis, aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint, quæ declarationem (quod non credit) aut diffinitionem postulent: præter alia remedia, in hoc Concilio instituta, confidit Sancta Synodus, Reuerendiss. Romanum Pont. curaturum, vt, vel euocatis ex illis præsertim prouinciis, vnde difficultas orta fuerit, his, quos eidem negotio tractan. viderit expedire: vel etiam Concilij,

gene-

generalis celebratione (si necessarium iudicauerit) vel commodiore quacunque ratione, ei visum fuerit: prouinciarum necessitatibus, pro Dei gloria, & Ecclesię tranquillitate consulatur.

DE RECITANDIS DECRETIS Concilij sub Paulo 3. & Iulio 3. in Sessione.

Quoniam diuersis temporibus, tam sub fœ.re. Paulo III. quam Iulio III. multa in hoc sacro Concilio, quo ad dogmata, ac morum reformationem, statuta, & diffinita sunt. Vult sancta Synodus, vt illa nunc recitentur, & legantur.

Et succesiue, Decreta ipsa lecta fuerunt.

DE FINE CONCILII, ET confirmatione petenda à Sanctiss. Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimique Patres, placétne vobis, vt ad laudem Dei omnipotentis, huic Sacræ, Oecumenicæ Synodo, finis imponatur? & omnium & singulorum, quæ, tam sub fœ.re. Paulo III. & Iulio III. quàm sub Sanctiss. D. N. Pio Quarto, Romanis Pontificibus, in ea decreta, & diffinita sunt, confirmatio, nomine sanctæ huius Synodi, per Apost. sedis

Legatos, & Præsidentes, à Beatiſſ. Roman. Pont. petatur. Reſponderunt, placet. Poſtmodum illuſtriſſimus, & reuerendiſſimus Cardinalis Moronus primus legatus, & præsidēs benedicens ſanctæ Synodo, dixit: poſt gratias Deo actas, reuerendiſſimi patres, ite in pace, qui reſponderunt, Amen.

ACCLAMATIONES IN FIne Concilij.

Cardinalis A Lothoringia.

BEatiſſi. Pio Papæ & domino noſtro, ſanctæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

Reſponſio Patrum.

Domine Deus, Sanctiſſimum patrem, diutiſſime eccleſiæ tuæ, conſerua, multos annos.

C. Beatiſſimorum ſummorum Pontificum animabus, Pauli Tertij, & Iulij Tertij, quorum authoritate, hoc ſacrum generale Concilium inchoatum eſt, pax à domino, & æterna gloria, atque fœlicitas, in luce ſanctorum.

R. Memoria in benedictione ſit.

C. Caroli Quinti Imperatoris, & Sereniſſimorum Regum, qui hoc vniuerſale Concilium promouerunt, & protexerunt, pax à Domino, & æterna gloria, atque fœlicitas

citas, in luce sanctorum.

R. Memoria in benedictione sit, Amen.

C. Sereniss. Imperatori Ferdinando, semper Augusto, orthodoxo & pacifico: Et omnibus Regibus, Rebuspublicis, & Principibus nostris, multi anni.

R. Pium, & Christianum Imperatorem, Domine conserua. Imperator cœlestis, terrenos Reges, rectæ fidei conseruatores custodi.

C. Apostolicæ Romanæ sedis Legatis, & in hac Synodo præsidentibus, cum multis annis, magnæ gratiæ.

R. Magnas gratias, dominus retribuat.

C. Reuerendiss. Cardinalibus, & Illustribus Oratoribus.

R. Magnas gratias, multos annos.

C. Sanctiss. Episc. vita, & fœlix ad Ecclesias suas reditus.

R. Præconibus veritatis, perpetua memoria: orthodoxo Senatui, multos annos.

C. Sacrosancta, Oecumenica, Tridentina Synodus, eius fidem confiteamur: eius decreta semper seruemus.

C. Omnes ita credimus, omnes idipsum sentimus, omnes consentientes, & amplectentes subscribimus, hæc est fides Petri, & Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum.

R. Ita credimus, ita sentimus, ita subscribimus.

C. His Decretis inhærentes, digni reddamur misericordiis, & gratia, primi, & magni supremi sacerdotis Iesu Christi Dei, intercedente, simul inuiolata Domina nostra sancta Deipara, & omnibus Sanctis.

R. Fiat, fiat, Amen, Amen.

C. Anathema cunctis hæreticis.

R. Anathema, Anathema.

Mandatur omnibus Patribus: vt subscribant Decretis Concilij.

Illustrissi. Domini, Reuerendissimi Patres. Præcipitur vobis, sub pœna excommunicationis, ne quisquam vestrum, ab hac Ciuitate Tridentina, discedat: antequam, iis, quæ in hac sacra Synodo decreta fuere, propria manu subscribat: aut per publicum instrumentum approbet.

CONFIRMATIO CONCILII.

NOs Alexander, S. Laurentij, in Damaso Diaconus Cardinalis de Farnesio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus, & attestamur, qualiter hodie die Mercurij, XXVI. Ianuarij, M. D. LXIIII. Pontificatu

tificatu Sanctissimi D. nostri D. Pij. diuina prouidentia Papæ Quarti, anno quinto, in Consistorio secreto apud S. Petrum, Reuerendiss. DD. mei, Cardinalis Moronus, & Simoneta, nuper reuersi à sacro Concilio Tridentino, cui vti Sedis Apostolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctissimo D. nostro vt infrà.

Beatissime Pater, in Decreto super fine Concilij œcumenici Tridentini, pridie nonas Decembris præteriti publicato, statutum fuit, vt per Sanctitatis Vestræ, & sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos, & Præsidentes peteretur nomine dicti Concilij à Sanctitate Vestra confirmatio omnium, & singulorum, quæ tam sub fœl. re. Paulo III. & Iulio III. quam sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt. Quapropter nos Ioannes Cardinalis Moronus, & Ludouicus Cardinalis Simoneta, qui tunc Legati, & Præsidentes eramus, volentes exequi quod in dicto Decreto stabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilij œcumenici Tridentini, vt Sanctitas Vestra dignetur confirmare omnia, & singula, quæ tam sub fœl. rec. Paulo III. & Iulio III. quam sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas sua, viso, &

lecto tenore dicti Decreti,& habitis votis Reuerendiss. D D. meorum Cardinalium, respondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilij œcumenici Tridentini super eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annuentes, omnia & singula, quæ in dicto Concilio tam sub fœl. re. Paulo III. & Iulio III. prædecessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tempore decreta, & definita sunt auctoritate Apostolica, etiam de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, & assensu, matura cum illis deliberatione præ habita, confirmamus, atque ab omnibus Christi fidelibus recipi, & inuiolabiliter obseruari mandamus,in nomine Patris,& Filij, & Spiritus Sancti,Amen.

Ita est. A. Cardinalis
Farnesius,Vicecancell.

Summa

SVMMA ALIORVM CANONVM NICAENI CONCILIJ, quos Alphonsus Pisanus societatis Iesu in secunda editione eiusdem concilij collegit partim ex epistolis Iulij Primi Romani Pontificis, partim ex codice Arabico.

EX EPISTOLA SECVNDA

Iuly colliguntur canones xxiiij. videlicet 18.19.21.23.26.27.28.33.41. *&* 5.7. *quæ &* 9. *ac* 51.52.53.54.55.56.57.58 59.60.61.63.66. *Alij verò canones quos ibi enumerat Iulius, ad prædicta xxiiij. reduci possunt.*

Can. 1.

NON debent præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari.

Can. 2.

Vt omnes episcopi grauati possint ad sedem apostolicam appellare, cuius dispositio-

ni omnes maiores ecclesiarum causæ ex apostolica traditione reseruentur.

Canon 3.

Dum à sede apostolica causa episcopi appellans iudicatur, nullus alius eius loco ponatur episcopus. Item à comprouincialibus non licet definitiuam sententiam proferri contra episcopum accusatum, inconsulto Romano Pontifice.

Canon 4.

Grauatus à Metropolitano, poterit appellare ad primatem vel ad sedem Apostolicam.

Canon 5.

Accusatores, & accusationes à legibus seculi repudiatos, & ecclesia repudiat.

Canon 6.

Nullus episcopus ex alterius Paroecia poterit vel ordinare, vel retinere, aut iudicare, sine licentia episcopi proprij, salua apostolicæ sedis authoritate.

Canon 7.

Si quis causam subierit aduersus episcopum, vel actores ecclesiæ, non prius adeat iudices, quàm ad eos recurrat charitatis studio: alioquin communione priuetur.

Canon 8.

Nemo episcopum iam expoliatum, seu à sua sede pulsum, excommunicet, aut iudicet.

Can.

Canon 9.

Non sunt suscipiendi accusatores, vel testes, qui non sunt idonei.

Canon 10.

Infames sunt, qui aduersus patres armantur.

Canon 11.

Accusatores vel testes non admittuntur, qui sunt infideles, vel malæ conuersationis, item qui de inimicorum domo prodeunt.

Canon 12.

Illæ tantum Metropolitanæ, vel primates ecclesiæ sunt, quę ante prædicationem euangelicam erant primates, accedente authoritate apostolica, & Synodali. Reliquæ vero non Primates, sed Metropoles vocentur.

Canon 13.

Infames sunt, qui suam, aut Christianam præuaricantur legem, aut canonicam postponunt authoritatem.

Canon 14.

Nullus Metropolitanus absque cęterorum omnium comprouincialium, audiat causas, saluo Romanæ ecclesiæ priuilegio.

Canon 15.

Peregrina iudicia irrita sint, id est, quæ non à propriis episcopis fiunt.

Canon 16.

Nemini de se confesso credi potest super

crimen alienum.

Can. 17.

Incerta nemo iudicare præsumat.

Can. 18.

Criminationes maiorum per alios ne fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint.

Can. 19.

Prouincialis Synodus retractetur per vicarios vrbis Romæ episcopi, si ipse decreuerit.

Can. 20.

Ei, qui à suo iudice ecclesiastico ad maiorem appellauerit, audientia non negetur.

Can. 21.

Comprouinciales episcopi cum Metropolitani consilio (nisi quantum ad proprias parœcias pertinet) agant.

Can. 22.

Contra absentem reum sententia non proferatur: alioquin irrita erit.

Can. 23.

Primates contra accusatum episcopum sententiam non proferant, nisi antea sede Apostolica consulta, aut ipse se reum confiteatur, aut per innocentes & canonice examinatos regulariter testes examinetur.

Can.

Canon 24.

Maiores minorum accusationibus impeti non debent.

SEQVITVR SVMMA Canonum LXXX. eiusdem Concilij ex codice Arabico.

Canones 1.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.15.16.17.18.19.29.40. *extãt in illis xx. suprapositis, licet in Arabico iidem per paraphrasim sint fusius expositi.*

Canon 2. *De seruis non ordinandis.*

SERVI infidelium non prius debent fieri clerici, quam sint manumissi ac liberi, satisque probati, an digni sint gradu.

Canon 14. *De Monachis.*

Nemo laicus fiat monachus sine licentia episcopi, qui illius monasterij potestatem habet: alioquin remoueatur.

Canon 20. *De vitandis maleficis.*

Nemo conuersetur cum maleficis, & diuinis: Qui hoc fecerit, & eorum dicta approbauerit, in domúmque eorum intrauerit, aut in suam eos receperit, & eorum cibis ac potionibus vsus fuerit, si sacerdos

fuerit, mouendus est gradu suo, ac prohibendus communione fidelium, & ingressu Ecclesiæ, ac communione sacra. Si verò fuerit laicus, prohibendus est ecclesia. Quòd si ad agendam pœnitentiam venerint, agenda est eis pœnitentia annis viginti: quo tempore pane tantum, & sale vesci debent, & à vino abstinere, aqua contenti.

Canon 21. De Nuptiis cum patre, aut matre spirituali.

Nemo cum patre, aut cum matre spirituali matrimonium contrahat: & qui hoc commiserit, habeatur tanquam ethnicus, quousque separentur, & spatio viginti annorum pœnitentiam agant: decem annis abstineãt à communione fidelium, alteris decem licebit intrare in ecclesiam ad audiendum tantum scripturas.

Canon 22. De susceptoribus in baptismo.

Vt viri non teneãt in baptismo puellas, aut mulieres, neque mulieres teneant masculos.

Canon 23. De nuptiis fratrum, & sororum spiritualium.

Pater non det filio suo in matrimonium eam, quam vxor sua tenuit in baptismo: neque mater det filiam suam in matrimonium ei, quem maritus tenuit in baptismo.

Canon 24. De eo, qui duas vxores simul duxit.

Nemo debet duas vxores ducere, nec vxori

vxori suæ alteram mulierem per concupiscentiam introducere. Qui hoc fecerit, si fuerit sacerdos, prohibeatur ministerio sacrificandi, & communione fidelium, quousque eiiciat domo secundam, & retineat primam. Idē iudicium de laicis. Vide Can. 66.

Canon 25. De non arcendo à sacra communione.

Nullus sacerdos vllum fidelem à sacra communione arceat, neque propter odium, neque propter causam aliam quam mundanam, & qui hoc commiserit, deponatur, & excommunicetur.

Canon 26. De clericis spondentibus, aut testimonium dicentibus.

Nullus clericus pro aliquo spondeat, neque testimonium in causa criminali dicat. Et qui hoc commiserit, deponatur, & excōmunicetur.

Canon 27. De vitandis excommunicatis.

Ab eo qui fuerit excommunicatus, non est accipienda oblatio, nec vllus fidelium debet cum eo prandere, nec in domum eius ingredi, nec eum in domum suā recipere. Qui hoc non seruauerit, est ipse quoque excommunicandus.

Canon 28.

Tractat de vitiis fugiendis sacerdoti.

Canon 30.

Ne fideles imponant nomina gentilium

ſuis filiis, ſed eis inter baptizandum nomina Chriſtianorum indent.

Can. 31.

Si quis ex hæreſi ad fidem catholicam reuertitur, debet anathematizare omnes hæreſes, & præcipue Arium, eiuſque hæreſim, profiterique fidem in Symbolo Nicæno traditam. Talis verò poſt hanc profeſſionem factam debet vngi Chriſmate, & ter ſignari ſigno crucis, inter vngendum. Hic, qui ex hæreſi fuerit reuerſus, ſi erat epiſcopus, ſit in gradu preſbyteri: ſi erat preſbyter, ſit in gradu diaconi: ſi diaconus, ſit in gradu ſubdiaconi: & ſic deinceps,

Canon 32.

Si quis ſalua fide ſanctiſſimæ Trinitatis, retentóque baptiſmo, & cæteris eccleſiæ legibus, ex aliqua hæreſi, ſeu potius ſchiſmate redierit, non neceſſe eſt vngi, neque baptizari, neque gradu ſuo moueri.

Canon 33.34.35.36.& 37.

Tractant de poteſtate Archiepiſcopi Theſſalonicenſis & Seleutiani, & Epiſcoporum Perſidiæ, Patriarchæ Æthiopiæ & Archiepiſcopi Cypri.

Canon 38.

Ne quilibet Epiſcopus in aliena parœcia quidquam diſponat, abſque licentia proprij epiſcopi, niſi ſit Patriarcha, aut Archiepi-

chiepiſcopus illius prouinciæ.

Can. 39.

Patriarcha poteſt diſponere vt ſibi videtur in prouinciis, quę ſibi ſubſunt: nam is poteſt omnibus epiſcopis ſuæ ditionis: Sicut ille, qui tenet ſedem Romæ caput eſt & princeps omnium patriarcharum: quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, vt qui ſit vicarius Chriſti ſuper cunctos populos, & cunctam eccleſiam Chriſtianam. Et quicunque contradixerit, à Synodo excommunicetur.

Can. 41.

Omnes Archiepiſcopi & epiſcopi ſemel per annum apud Patriarcham ſuum conueniant, de rebus, quæ in ſuis parœciis in diem occurrunt cum eo tractaturi, ferántque ad illum ſingulis annis neceſſaria ad alendum ſe.

Can. 42.

Si quis ex clero, aut ex monachis vocatus ter à Synodo, non venerit, eiiciatur, & deponatur.

Can. 43.

Si quis eccleſiaſticus prælatus non punierit manifeſtè reum, à Patriarcha deponatur.

Can. 44.

Ne Archiepiſcopus epiſcopis ſibi ſubiectis

nullam imponat pœnitentiam, nisi interueniente patriarcha.

Canon 45.

Ne admittatur querela Archiepiscopi, neque quisquam ei in hoc præstet fauorem, cõtra suum patriarcham, nisi adhibito altero patriarcha, qui causam excutiat.

Can. 46.

Ne patriarcha admittat querelam Archiepiscopi contra alterum Archiepiscopum, nisi interueniente tertio aliquo Archiepiscopo.

Can. 47.

Nullus ecclesiasticus prælatus soluat, quem alius iuste ligauerit, quandiu ille, qui ligauerit, vixerit. Sed eo mortuo, licebit, modo ille non sit excommunicatus ob blasphemiam, aut propter aliquod delictum publicum, Patriarcha autem habet potestatem faciendi quod sibi expedire visum fuerit.

Can. 48.

Ne episcopus, dum viuit, successorem sibi eligat.

Can. 49.

Vt nemo ordinetur, præmio aliquo dato, aut promisso: & qui eum sic ordinauerit, deponatur.

Can. 50.

Ne in vna ciuitate plures episcopi vno, nec

nec in vna parœcia duo, plures presbyteri vno: quæ si fuerit magna sacerdos sumat sibi in subsidium diaconos.

Can. 51.

Si quis habuerit vxorem immorigeram, quęque contemptis monitionibus episcopi, voluerit in vitio persistere, & à suo viro discedere, debet tamen ab vxore destitutus, permanere continens, si autem noluerit, debet fieri religiosus. Quod si vir per calumniam falsa crimina vxori imposuerit, vt ab ea separetur, cogendus est, vt ei cohabitet: si hoc facere noluerit, communione, & ecclesia priuetur.

Can. 52.

Ne sacerdos sæcularia negotia tractet, nec ad vsuram mutuet, neque quæstum iniquum quærat, neque communionem cum Iudæis habeat, aut cum eis cibum sumat: alioquin excommunicetur.

Can. 53.

Vt Christianus possit ex quacunque religione sibi vxorẽ sumere, modo ea fiat Christiana: sed ne filiam suã alteri quã Christiano dare nuptui possit: alioqui excommunicetur.

Can. 54. *vsque ad* 55.

Tractatur de chorepiscopis, & de quibusdam muneribus ecclesiasticis, quæ iamdiu exoluerunt, præcipue in occidentali ecclesia.

Can. 66.

Quoad clericos in occidentali ecclesia locum non habet, sed de laicis si quis qualibet de causa vxore prima dimissa, vel ea etiam retenta, aliam superduxerit siue liberam, siue seruam, ecclesia prohibeatur.

Can. 67.

Qui duas vxores duxerit, vna cum secunda excommunicetur fidelis femina si nupserit viro infideli ex ecclesia eiiciatur. Si tamen eum dimiserit, recipiatur eo modo, quo recipitur is, qui post fidei abnegationem recipitur.

Can. 68.

Tractat de eo ipso, de quo est tractatum Can. 53.

Can. 69.

Si quis fidelis dederit nuptum, infideli filiam, aut sororem, non consciam, neque volentem, neque presentem, ipse excommunicetur.

Can. 70.

Tractat de Xenodochiis constituendis in singulis ciuitatibus.

Can. 71.

Agit de intronizatione Episcopi, cuiusmodi non est in vsu apud Occidentales.

Can. 72.

Prohibet translationem Episcoporum, aut etiam

etiam presbyterorum ex vna ecclesia ad aliam, nisi maxima causa intercedente.

Can. 73.74.75.& 76.

Agunt de rebus, quæ apud nos non sunt in vsu.

Can. 77.

Si episcopus deprehensus fuerit in fornicatione, aut simili peccato, est deponendus, nec amplius est in eundem gradum restituendus.

Can. 78.

Si sacerdos lapsus fuerit in fornicationem prima vice ei condonetur, imposita ei pœnitẽtia vnius anni. Si verò iterum, fuerit lapsus, tunc est deponendus. Diacono duabus vicibus peccatum condonatur, imposita tamen pœnitentia, tertia verò deponitur. Cæteri verò ex clero seu laici si in idem peccatum ceciderint, eis pœnitentia imponenda, ad superioris arbitrium.

Can. 79.

Agit de correctione fraterna.

Can. 80.

Describit officia procuratoris pauperum.

STATVTA SYNODALIA,

Venerabilium Parisiensium Episcoporum, Galonis Cardinalis, Odonis, & Vuilielmi.

Quibus adiecta sunt, Petri & Galteri, Senonensium Archiepiscoporum Decreta, ex vtriusque Prouinciali Concilio desumpta:

Christianissimi quoque Regis Galliarum, S. Ludouici Pragmatica Sanctio.

Ante annos, paulò plus minus quadringentos constituta quidem prope omnia, sed nunc primùm tamen edita, & ad venerandæ vetustatis manuscriptorum exemplarium fidem descripta.

IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS INcipiunt prohibitiones & præcepta obseruanda ab omnibus Sacerdotibus, data à venerabili Odone Parisiensi Episcopo.

Synodus olim celebrabatur ex toto triduo idque cũ cæremoniis & precibus solẽnibus, quales fere hic describuntur, vt videre est apud Isid. initio primi tomi Cõciliorũ. & Burchardum, ad finem Cõcilij Salegunstadiensis.

De modo & tempore celebrandi Synodum.

CAP. I.

Fit Iouis in luce Synodus quæ proxima Lucæ.
Lux Iouis hac replicat tertia Pascha sequens.

IN principio Synodi, antequam cantetur, Veni creator spiritus: quæratur vtrum præsentes sint Abbates & sacerdotes, qui tenentur synodo interesse: Et hoc facto, incipiat Episcopus alta voce, Veni creator: quo finito dicantur orationes his precibus præcedentibus, Pater noster: & ne nos, &c. Benedicamus patrẽ, &c. Post partũ, &c. Lętamini in domino, &c. Fiat pax, &c. Domine exaudi orationẽ meã. Dominꝰ vobiscũ. Oratio. Omnipotẽs sempiterne Deus qui dedisti famulis tuis, &c.

Actio

Actiones nostras quæsumus domine, &c. Deus qui salutis æternæ, &c. Propiciare quæsumus domine nobis famulis tuis per sanctorum tuorum, quorum corpora vel reliquiæ in Ecclesia præsenti requiescũt, merita glorioſa, vt eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Infirmitatem nostram quæsumus domine respice, &c. Deus à quo sancta desideria, &c. Per dominum, &c.

Finitis orationibus, residebunt, & legetur lectio, quà lecta fiet Sermo.

Finito sermone, licentiabit Episcopus laicos & scholares, & alios clericos, qui non debebunt synodo interesse. Hoc facto, legantur præcepta Synodi. His expletis, dicantur capitula, quæ sunt addenda & in fine districte præcipiatur vt seruẽtur à sacerdotibus. Deinde sequuntur preces pro necessitate locorum, & personarum.

2 Districtè præcipitur sacerdotibus, vt ieiuni intrent synodum: in ieiunio enim debet fieri & oratione.

3 Districtè præcipitur vt induti albis & stolis intrent sacerdotes Synodum illam, quę celebratur tempore paschali: illam verò, quæ fit Septembri, superpelliciis tantum & stolis.

4 Prohibetur sacerdotibus, ne causas ad-

ducant ad synodum aut aliqua negotia, quæ non pertinent ad quosdam, & ne sibi tunc * minuatur, cum debent Synodo interesse, prohibetur.

* *Venam aperiri faciat quispiam ad sanguinem eliciēdum prætextu morbi.*

4 Præcipitur districtius, vt omnes presbyteri, maxime curam animarum habentes veniant ad synodum: & si graui infirmitate detenti, aut alia necessitate ineuitabili venire non potuerint, suum capellanum mittant aut clericum loco suo.

§ Præcipitur vt in eundo & redeundo à Synodo, honestè ambulent presbyteri, & honesta quærant hospitia, vt in eis circumspectè se habeant, ne status clericorum vertatur in contemptum & opprobrium populo. Præcipimus in virtute Domini nostri & Dei, & obedientiæ, vt honor maximus & reuerentia debita singulis sacramentis sanctæ ecclesiæ præcipuè à sacerdotibus & clericis exhibeantur & vt laici similiter exhibeant in quantum sacerdotes moneant eos & exhortentur.

Capitula baptismum tangentia.

Cap. 1. Baptismus cum reuerentia & honore celebretur & cum magna cautela sub hac forma. N. Ego baptizo te, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & caueat maxime in distinctione verborum & in prolatione, in quibus tota virtus consistit sacramenti & salus pue-

lus puerorum: ſ. N. Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et in Romano ſub eadem forma doceant frequenter ſacerdotes, laicos baptizare debere pueros in neceſſitate: patrem etiam & matrem, in ſumma neceſſitate, & poſt inundationem ea facient ſacerdotes pueris, quæ ſolent fieri poſt immerſionem.

2 Pro baptiſmo nihil omnino ante exigatur: ſed poſt laudabilis conſuetudo exigi pōt.

3 Fontes ſub ſera clauſi cuſtodiantur propter ſortilegia. Chriſma ſimiliter & ſacrum oleum ſub clave ſeruetur.

4 Semper ſacerdos interroget laicum diligenter, cùm in neceſſitate baptizauerit puerum, quid dixerit & quid fecerit. Et ſi inuenerit laicum diſcretè & modo debito baptizaſſe, & formam verborum in Romano integrè protulisse, approbet factum: ſinautem baptizet puerum modo debito. Et hic eſt modus: Petre ſi es baptizatus, non te rebaptizo, ſi non es baptizatus, ego baptizo te, &c.

5 Ad leuandum patrum de fonte, tres adplus recipiantur, quod enim amplius eſt, à malo eſt.

Capitula de ſacramento Confirmationis.

SAcerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum. *Cap. 1.*

2 Post baptismum debet suscipi sacramentum Confirmationis.

3 Quod si confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius, & postea confirmetur.

4 Sæpe dicatur laicis, ne expectent diu, ad confirmandum pueros, aduentum Episcopi: sed ducant eos ad eum, nisi adesse audierint prope: & quod possint nomina mutari pueris, si velint in Confirmatione, aut si visum fuerit expedire.

5 Nullus sacerdos confirmare aut consecrare virgines præsumpserit: solius Episcopi est confirmare, Virgines consecrare, Ecclesias dedicare, Ordines dare.

Capitula de Sacram. altarú.

Cap. 1. SVmma reuerentia & honor maximus sacris altaribus exhibeatur, & maximè vbi sacrosanctum Corpus Domini reseruatur, & Missa celebratur.

2 Linteamina altaris & indumenta sæpe abluantur, ad reuerentiam & præsentiam saluatoris nostri, & totius curiæ cælestis, quæ cum eo præsens adest, quotiens Missa celebratur.

3 Calices quibus infirmi communicantur, decorentur & mundi custodiantur, vt deuotius communicent infirmi.

4 Ampululæ vini & aquæ in ministerio altaris mundæ & integræ habeantur: similiter ampu-

ampululæ Chrismatis & olei sancti.

5 Non permittant presbyteri, diaconos (comminatur Episcopus eis qui hoc nō seruant) deferre infirmis sacrosanctum Corpus Domini, nisi in necessitate cùm sacerdos absens fuerit: sed semper sacerdos cum magna reuerentia & maturitate *deferat* in pixide eburnea bene clausa, propter casum, & cum lucerna præcedente, cantantes septem psalmos pœnitentiales cum letania pro infirmo, eundo & redeundo; si longa via fuerit, addant quindecim psalmos, & alias orationes: sic enim debitum persoluūt infirmo, & audientes inuitant ad exhibendam Deo reuerentiam & honorem, & orationem.

6 Frequenter moneantur laici, vt vbicunque viderint deferre corpus Domini, vt statim genua flectant, tanquam Domino & Creatori suo, & iunctis manibus, quoadúsque transierit, orent.

7 In pulchriori parte altaris cum summa diligentia & honestate, sub claue sacrosanctum corpus Domini custodiatur.

8 Nulli Clerico permittatur seruire altari, * malç ornato, seruato in maiori Ecclesia, nisi in superlicio aut cappa clausa.

* *for. nisi in ornatu seruato in maiori ecclesia scilicet in*

9 Nullus bis in die Missam audeat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate.

10 Nullus antequam matutinas dixerit canonicas, & Primam, præsumat aliqua necessitate celebrare Missam.

11 Ad horas beatæ Virginis, semper tertius versus dicatur, capitulo vt obseruat H. S. *Maria mater gratiæ*; & cantentur in Ecclesia cum nota & deuotione, vel in * regendo ac caluendo.

*for. legendo, ac canendo.

Capitula de Confessione.

Cap. 1. Sacerdotes circa confessionem maximam curam adhibeant & cautelam: scilicet, vt diligenter peccata inquirant visitata, sigillatim: inusitata, non nisi à longè per aliquam circunstantiam, sic tamen vt ex peccatis detur materia confitendi.

2 Ad audiendum confessiones, communiorem locum in Ecclesia sibi eligant sacerdotes, vt communiter ab omnibus videri possint: & in locis abditis, aut extra Ecclesiam nullus recipiat confessiones, nisi in magna necessitate vel infirmitate.

3 In confessione habeat sacerdos vultum humilem, & oculos ad terram, nec aspiciat vultum confitentis (maxime mulieris) causa debitæ honestatis, & patienter audiat quæ dixerit, in spiritu lenitatis, & ei pro posse sub pluribus modis persuadeat, vt confiteatur integrè: aliter enim dicat ei nihil valere.

Incestum

Inceſtum faciens, deflorans, aut homicida
Pontificem quæras: Papam ſi miſerus ignem,
Sacrilegus patris percuſſor, vel Sodomita,
Si percuſſiſti clericum Simó ve fuiſti.

Sacerdotes maiora reſeruent maioribus in confeſſionibus, ſicut homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam, inceſtum, & ſtupra virginum: iniectiones manuum in parentes, vota fracta, & huiuſmodi.

6 Sunt tria, in quibus nullus habet poteſtatem abſoluendi, niſi dominus Papa vel eius vicarius, niſi in neceſſitate: ſcilicet in iniectione manuum in clericos, vel quoſuis religioſos, in incendio, per quam ſententiã ſunt vocati Simoniaci: nihilominus tamen talium rei, remittendi ad Epiſcopum.

7 In dubiis ſemper Confeſſor conſulat Epiſcopum aut ſapientes viros, niſi ex neceſſitate, quorum conſilio certificatus, ſoluat ſecurius aut liget: maxime prælatos ſuos.* ** videlicet conſulat.*

8 Audita confeſſione, ſemper Confeſſor interroget confitentem, ſi velit abſtinere ab omni mortali: aliter verò non abſoluat eum, nec iniungat ei pœnitentiam, ne inde confidat, ſed moneat vt iterum faciat, quicquid boni poterit, vt Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

9 In iniungendis paruis pœnitentiis ſibi caueant ſacerdotes, ſecundum enim quali-

tatem culpę & possibilitatem confitentis debet esse qualitas pœnitentiæ, alioquin quod minus est, requiretur ab eis.

10 *Cum furto raptus, cum fœnore Simones actus, De sic possessu, eleemosyna non fit ab ipsis.*

11 In furto, rapina, vsura, fraude sibi valde caueant sacerdotes: non alias iniungant pœnitẽtias, scilicet Missarum, eleemosynarum, & huiusmodi priusquam reddiderint: non enim tale dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

12 Nullus Missas quas iniunxerit, celebret, nec tricenarium nec annuale, & pro minus nullus triennale & quinquennale.

13 Frequenter presbyteri moneant ad confessionem, & præcipuè ab initio Quadragesimæ instanter præcipiant venire generaliter ad confessionem.

14 In confessione, caueant sibi Confessores, ne inquirant nomina personarum, cum quibus peccauerint confitentes, sed circunstantias tantum & qualitates: & si confitens indicauerit, arguat eum Confessor, & secretum illud teneat sicut confitentis peccatum.

15 Nullus ira, vel odio, vel etiã metu mortis in aliquo audeat reuelare cõfessionem signo vel verbo vllis, generaliter vel specialiter: vt dicendo, Ego scio quales estis. Et si reuelauerit, absque misericordia debet degradari.

16 Omnes

16 Omnes præcipiant instituta ieiunia seruari, vt ieiunium Quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum, nisi ex magna & rationabili causa contra fiat, & sextæ feriæ: ex debito enim tenentur facere talia ieiunia.

Capitula circa matrimonium.

Matrimonium cum honore & reuerentia celebretur, non cum risu & ioco, ne contemnatur, etiamsi secundæ & tertiæ fiant: & antequam fiat, semper tribus Dominicis aut tribus festiuis diebus æquè distantibus quasi tribus edictis, perquirat sacerdos à populo, sub pœna excommunicationis, de legitimitate sponsi & sponsæ, qui debent coniungi, & ante fidem datam de contrahendo matrimonio: & ante hæc tria edicta, nullus audeat aliquo modo matrimonia celebrare. *Cap. 1.*

2 Prohibeant firmiter laicis, per excommunicationem, sortilegia fieri: malefici quoque, & celantes consanguinitatem, & alia impedimenta matrimonij, votum, ordinem, consanguinitatem, affinitatem, disparem cultum, compaternitatem, quæ tantum quatuor à matrimonio excludit personas: compatrem, commatrem, filiolum, & fratrem & sororem spiritualem, scilicet filium vel filiam patrini. *

3 Nullus sacerdos audeat perficere matrimonium in casu dubio, inconsulto Episco-

* *Hic deest* Excommunicati publicentur.

po, sed ad eum semper referat omnes matrimonij dubietates, si opus fuerit.

4 Prohibetur districtè sub pœna suspensionis ne vllus sacerdos aut capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, siue pro testimonio ferendo, siue pro matrimonio celebrando, occasione ferculorum, quæ debentur pro nuptiis: celebrato autem matrimonio, recipiat fercula sua, & exigat, si necesse fuerit, sicuti consuetum est.

5 Prohibeat sacerdos in Ecclesia, publicè, sub excommunicatione, ne alter coniugum transeat ad religionem, aut recipiatur nisi per Episcopum.

De sacramento Extremæ Vnctionis.

Cap. 1. Cum reuerentia deferatur oleum sanctum ad infirmos, & eos vngant sacerdotes cum magno honore, & orationum celebritate quæ ad hoc sunt ordinatæ, & nihil inde penitus exigatur, siue à paupere, siue à diuite.

Infirmi quomodo visitandi & admonendi sint. vide Conc. Nannet. Cap. 4. Cap. 3.

2 Sed si quid gratis datum fuerit, gratis accipiant. Ad sacramentum Extremæ Vnctionis moneant populum Sacerdotes, non tantum diuites & senes, sed pauperes & iuuenes omnes, à tempore discretionis, maximè à quatuordecim annis & supra, & ad omnes communiter vt se paratos exhibeant, cùm necesse fuerit. Doceant frequenter populum

lum huiusmodi sacramentum licitè iterari, & sæpè recipi, scilicet in qualibet magna infirmitate, vnde metus est mortis: & post susceptum, licitè reuerti ad opus coniugale, eum qui conualuerit de infirmitate.

4 Librum qui dicitur Manualis, habeant singuli sacerdotes parochiales, vbi continetur ordo seruitij Extremæ Vnctionis, Catechismi, Baptismi, & huiusmodi.

5 Habeant singuli canones pœnitentiales, & ordinarium Officiorum Ecclesiæ, secundum vsum & modum, qui seruatur in Ecclesia maiori.

6 Moneantur sacerdotes, ne testamẽta sua ordinent per manum̃ laicalem, & ipsi frequenter prohibeant laicis, ne sua testamenta faciant sine præsentia sacerdotis, dicat* Episcopus quod non faciant eis in vnum.

** Locus hic corruptus est, & deest quidpiam.*

Hic incipiunt communia præcepta Synodalia. *Cap. 1.*

PRæcipitur Sacerdotibus, vt omnes reditus & possessiones Ecclesiæ scribant in Missalibus suis, & prohibetur penitus presbyteris & parochianis, ne de his, quæ sunt Ecclesiæ aut presbyteri, alienent ab Ecclesia, nisi per consilium Episcopi.

2 Prohibetur districtè, ne pro interragio corpus sepeliri differatur, sed post sepultu-

ram exigant laudabiles consuetudines: Idem dicimus de similibus.

3 Quicunque reædificauerit in cœmeterio excommunicetur, si principalis pars domus per se ceciderit.

4 Tribus diebus continuis vocetur excommunicandus, & nisi ad iustitiam se obtulerit,& fidem dederit,quòd veniet ad diem sibi assignatam, ac diem aduersario nunciauerit, excommunicetur:& excommunicatus nullo modo absoluatur,nisi à maiori, præterquam in articulo mortis, & tunc tamen data cautione,quod stabit iudicio Ecclesiæ.

5 Presbyteri super citationibus faciendis, credant his qui dederint fidem: sed super excommunicationibus faciendis non credant sine literis. Sententias audacter ferant,latas districtè seruent, vt citius quam sententiæ deficiant, nemini parcentes, aut timore aut amore,nec pro absolutis eos habeant,nisi eis bene constiterit.

6 Mortuæ in partu,scindantur,si infans credatur viuere: tamen si bene constiterit de morte earum.

7 Sacerdotes audito parochianorum suorum obitu, statim absoluant eos cum psalmis pro defunctis,& collecta.

8 Item inhibetur ne faciant designationes Ecclesiarum in manu Abbatum, vel quo-

vmlibet

rumlibet patronorum, sed in manu Episcopi vel prælati sui.

9 Non permittantur prædicatores super arcas celebrare, nec pulsare campanas per vicos, nec loqui in Ecclesiis, nec præsentare reliquias, sed tantùm deferant ferenda, & sacerdotes pro illis loquantur.

10 Exhortentur populum semper presbyteri ad dicendam orationem Dominicam, & Credo in Deum, & Saluationem beatæ Virginis.

11 Moneant semper populum, & maximè mulieres, ne faciant vota sua nisi cum magna deliberatione, & assensu virorum, & consilio Sacerdotum.

12 Nullus Sacerdos vel Capellanus teneat in domo sua aliqua occasione mulierem, nisi sit mater aut soror, aut talis de qua visum sit Episcopo, quod careat omni suspicione inhonesta.

13 Prohibetur penitus vniuersis Sacerdotibus ludere cum deciis, & interesse spectaculis vel choreis assistere, & intrare tabernas causa potandi & sine amictu, scilicet Cappa vel pallio vel superpelliceo & comite clerico, vel laico intrare domos alienas, aut discurrere per vicos & plateas: & ne habeant cappas alatas & vestes inordinatas, omnino prohibetur.

14 Nullus clericus vel regularis accipiat decimam de manu laici, nisi per manum Episcopi.

15 Nullus clericus fideiubeat Iudæo vel fœneratori, nec obliget pro pignore aliquo modo, ornamenta Ecclesiæ vel libros, Iudæo.

16 Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi sit authentica persona, vel ab episcopo vel Archidiacono missus.

17 Nullus clericus faciat iusiurandum, antequam fuerit Episcopo præsentatus.

18 Frequenter moneantur laici, vt non retineant decimas, quas in periculum animarum suarum detinent.

19 Nullus clericus potest sibi retinere decimas iure hæreditario possessas, sed autoritate Episcopi possunt clerici fructus recipere, ita tamen quod semper laborent, & quod ad Ecclesiam reuertantur.

20 Die Dominica præcedenti Synodum sacerdotes, qui capellanos non habent in suis parochiis, semper inquirant publicè in Ecclesia si qui sint infirmi in parochia, & tertia sequenti die visitent eos, si aliqui fuerint infirmi, etiam non requisiti, & faciant quicquid fuerit ad salutem animarum, ne mora, quam facturi sunt in Synodo, fiat occasio periculi: eorum nihilominus tamen etiam sauti procurantes prouisionem, quam solent

facere

facere per Capellanos vicinos, qui remanent, & Diaconos proprios.

21 Sacerdotes die octauo semper renouent sacramenta ad fontem benedictum, oleo & chrismate, & sanctam Eucharistiam, ne vetustate aliqui ad indenotionem moueri valeãt aut errorem.

22 Si negligentia euenerit, vt perlecto Canone & peracta cõsecratione, nec vinum nec aqua reperiatur in calice, debet statim infundi vtrumque, & sacerdos reiterabit consecrationem ab illo loco canonis, *Simili modo posteaquam cœnatum est*, vsque ad finem: ita tamẽ vt illas duas cruces omittat, quas singulariter fecit super panem. Quod si de simplice vino, vel de aqua sine vino fiat consecratio, vinum reputatur pro sacramento, sed aqua non reputatur: & ideo ista negligentia de aqua posita sine vino, maior & maiori pœnitentia emendanda est.

Si quid ceciderit de sanguine Domini super corporale, rescindendum est ipsum corporale, & in loco reliquiarum obseruandum: si pala altaris inde tincta fuerit, rescindenda pars illa, & pro reliquiis seruanda. Si super infulam, casulam, vel super albam decurrat, similiter fiat. Si super quodlibet vestimentum, comburenda est pars illa, & puluis in sacrarium reponendus est: si verò in

terram ceciderit, lingenda est terra: si in ipsum sanguinem musca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis *, est tergendus, & radendus locus ipse siue lapis siue lignum, siue terra,& puluis in sacrario reponendus.

* Deest Lingi potest.

24 Porrò si in ipsum sanguinem, musca vel aranea,vel aliquid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis aliquando sumi potest, igne cremandum est, & tunc sanguis Domini sumatur, illud tamen, quod intus ceciderit, prius debet in calice vino perfundi, & quantò cautius fieri poterit abluí, & postea super piscinam comburi, & illam ablutionem Sacerdos sumat: quod si de corpore Domini super pallam altaris aliquid ceciderit, vel super quodlibet aliud vestimentum, non incidatur, sed vino abluatur, & à ministro sumatur vinum ipsum: quod si in primo datum reiicitur, pro vt diligentius poterit, recipiat, & coniunctum cum vino in calice sumatur, sed integrum sumi non potest, eo quod ore alterius proiectum est.

25 Reus autem huius negligentiæ, & qui cum eo particeps fuerit culpæ, competenti subiaceat disciplinæ: si autem supra lignum vel lapidem ceciderit, modus supra dictus de sanguine Domini,tenendus est.

26 Pro-

26 Prohibetur ſacerdotibus, ne nimis feſtinent venire Pariſios occaſione Synodi, & ne magnam faciant moram ſeſe viſitando & reficiendo tam in via quàm in ciuitate: quidam enim iter arripiũt à præcedenti Dominica, vel à die lunæ ſummo mane, & moram faciunt vſque ad ſequentem Dominicam, & magnũ imminet periculũ ſaluti animarum.

27 Diſtrictè præcipitur, vt quilibet Sacerdos habeat in celebratione Miſſæ, propter munditiam veſtimentorum circa altare, vnum manutergium.

28 Præcipitur preſbyteris, vt cum in Canone Miſſæ inceperint, *qui pridie* tenentes hoſtiam, ne eleuent eam ſtatim nimis altè, ita quod poſſit videri à populo, ſed quaſi ante pectus detineãt, donec dixerint, *Hoc eſt Corpus meum*: & tunc eleuent eam, vt poſſit ab omnibus videri: & poſt talem ſuſceptionem tam Corporis quàm Sanguinis, & vini puri, aliquantum ab expuendo abſtineant: & ſi abſtinere non poſſunt, in piſcinam hoc faciant ſuauiter & vrbanè: vinum autem potius rubeum miniſtretur in calice, propter ſimilitudinem albi vini cum aqua.

29 Prohibetur diſtrictè ſacerdotibus, ne habeant ſecum prolem, quam in ſacro ordine ſuſceperint propter ſcandalum: & ne in ſuis domibus habeant ſchachos & aleas

vel decios, omnino prohibetur.

30 Prohibetur districtè sacerdotibus, ne accipiant gageras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis: & ne habeant in palliis suis pecias nisi blaui vel nigri coloris.

31 Similiter præcipitur presbyteris, quod immobilia de bonis Ecclesiæ acquisita Ecclesiis suis tantummodo legent (nam de iure aliud facere non possunt) de mobilibus verò suis, rationabile faciant legatum.

32 Item præcipitur Sacerdotibus, vt frequenter Dominicis diebus & aliis festiuis diebus, in aliqua parte Sermonis proponant fideliter populo Symbolum fidei, & eis diligenter distinguant articulos Fidei, & in singulis confirment populum, authoritatibus & rationibus sacræ Scripturæ pro posse suo, propter hæreticos.

33 Sciatis quod excommunicati sunt omnes illi in Synodo, qui fidem dederunt vel acceperunt de celandis matrimoniis: & excommunicatio ista recitetur in parochiis à singulis sacerdotibus.

34 Prohibetur Sacerdotibus, ne habeant capellanos habentes cappas manicatas, sicut nec ipsæ personæ debent habere: præcipitur enim omnibus clericis habentibus Ecclesias, vt ad singula tempora ordinum se ordinan-

dos

dos offerant: & hoc intelligitur in iuramento, quod fecerunt.

35 Item præcipitur ſacerdotibus diſtrictiſſime, & ſub pœna magnæ emendæ, vt cuſtodiant præcepta Synodalia, quæ ſcripta ſunt in libellis ſuis: quidam enim, licet iam elapſi ſunt tres anni, ex quo prædictos libellos habuerunt, ita ſunt negligentes, quod nondum habent pixidem eburneam, nec tabernaculū, vbi reſeruetur cum honore Corpus Domini, nec Fontes ſub claue, nec Chriſma vel oleum in aliqua capſula.

36 Prohibeant ſacerdotes, ne fiant Choreæ, maxime in tribus locis, in Eccleſiis, in Cæmeteriis, & in Proceſſionibus.

37 Prohibeant Sacerdotes per excommunicationem, & maxime tempore vindemiarum ſingulis diebus Dominicis, ne aliquis Chriſtianus retineat apud ſe marchum vindemiarum, quem Iudæi calcant, aliquomodo, propter illam horribilem immundiciam, quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt: & ſi remanſerit, detur porcis vel expandant ad opus pro fimo.

38 Prohibeant per excommunicationem ſæpe, ne carnifices permittant Iudæos laniare carnes ſuas, niſi totum detineant Iudæi.

39 Item diſtrictè præcipitur presbyteris, ne hoſtias licet non ſacratas dent pueris

vllo modo,& inhibetur ne celebrent sine caligis.

40 Item prohibetur districtè, ne Sacerdotes cultellum portent cum cuspide, nec clerici eorum.

41 Item districtè prohibetur Sacerdotibus, ne permittant prædicare aliquos ignotos, siue literatos, siue illiteratos, etiam extra Ecclesiam,siue in viis siue in plateis,siue in aliis locis parœciæ suæ: & sæpe Dominicis diebus Sacerdotes maneant, & etiam sub pœna excommunicationis inhibeãt parochianis suis, ne tales audiant propter pericula hæresum, & errorum,quos seminant.

42 Item districtè præcipitur presbyteris, quod moneant parochianos suos & parochianas, quod prouideant ecclesiæ Parisiensi, quæ multum indiget albis & stolis,& toallis, & huiusmodi.

43 Item moneant solicitè & assiduè parochianos suos, vt in Albigenses hæreticos se accingant, & iterum eandem habebunt indulgentiam,quam alias habuerunt.

44 Item moneant presbyteri sub pœna excommunicationis, omnes illos, qui crucem habuerunt, & votum suum non sunt prosecuti, quod crucem suam & proponant resumere,& portent.

45 Item præcipitur omnibus presbyteris,

quod

quod excommunicent in generali omnes illos, qui fecerunt conſpirationes contra presbyteros ſuos, vel contra Eccleſias ſuas.

46 Itē præcipitur presbyteris, vt cum aliquis confitetur eis ſe fidem dediſſe alicui mulieri de matrimonio contrahendo cum ea, & poſt fidem datam cognouit eam, non dēt ei licentiam contrahendi cum alia, quoniam ſequens carnalis copula cum illa, cui fidem dedit, matrimonium confirmauit.

47 Item diſtrictè præcipitur presbyteris, & ſub excommunicatione, ne aliquos matrimonio clandeſtino coniungant vel benedicant.

48 Item excommunicentur omnes illi, qui facient ſe coniungi clandeſtino, aut benedici, & omnes illi, qui intereſſe præſument Sacerdotes.

49 Item præcipitur presbyteris, vt quotiens dubium erit, quando aliqua ieiunia vel proceſſiones inſtitutæ fieri debent, ſicut in feſto ſancti Marci, petant à Decano loci, & ſine eius conſilio ea facere non præſumant.

50 Item præcipitur presbyteris, vt quando mulieres poſt puerperium veniunt ad purificationem, dent eis tantummodo panem benedictum, & Corpus Domini eis nullomodo propinent, niſi expreſſe petāt, & prius confeſſæ fuerint.

51 Item moneant presbyteri parochianos ſuos in Confeſſionibus, & in prædicationibus ſuis, vt ſaltem ſemel in anno, peregrinando viſitent Eccleſiam Pariſienſem.

52 Præcipitur diſtrictè omnibus presbyteris, vt pro domino Rege faciant ſpecialem commemorationem, quando poterunt.

53 Item præcipitur presbyteris, quod ſingu li ſcribant nomina parochianorum ſuorum Confratrum Eccleſiæ Pariſienſis, & etiam ſcribant pro quanto quilibet eſt Confrater.

54 Item præcipitur presbyteris, ne recipiant Capellanos ſine conſenſu Epiſcopi, vel decani, vel Officialis Epiſcopi, vel Archidiaconi.

55 Item præcipitur presbyteris, quod nihil exigant à parochianis ſuis, eo quod teſtimonium dant pro eis, quando debent matrimonium contrahere.

56 Item prohibetur diſtrictè, ne Diaconi vllo modo audiant Confeſſiones, niſi in arctiſſima neceſſitate: claues enim non habẽt, nec poſſunt abſoluere.

57 Præcipimus omnibus Decanis, quod inquirant de cætero, & in ſcriptum redigant nomina omnium presbyterorum, qui in Decanatibus ſuis decedent, eáque deferant ad Synodum recitanda, vt oremus pro eis, & moneantur ſinguli presbyteri vt faciant ſer-

uitium

uitium ſpeciale: hoc enim libentiſſimè debent facere, quia cùm deceſſerint, fiet ſimiliter pro eis.

58 Item diſtrictè præcipitur presbyteris omnibus, quod excommunicent ter in anno, ſcilicet in Paſcha, in Natiuitate Domini, & in feſto Eccleſiæ, omnes illos, qui ſcienter celãt feuda Pariſſ. & omnes illos qui ſciunt ſuper hoc aliquid, niſi illud reuelauerint, Pariſienſi Epiſcopo, vel eius mandatario.

59 Item præcipimus ſingulis presbyteris, quod annuatim, idque in craſtino ſanctæ Trinitatis, anniuerſarium omnium confratrum beatæ Mariæ, per totam Pariſienſem Diœceſim celebretur.

60 Præcipimus vt moneantur non Iudæis præſtare rotas, ſecundum quod præceptum eſt, alioquin compellantur per excommunicationem.

INSTITVTIO GALONIS Cardinalis.

De Tranſlatione Galonis ſiue VVallonis à Belnacenſi Epiſcopatu ad Pariſiẽſẽ, vide Iunonis Carnotenſis Epiſtolam 132. ad Paſchalẽ Pon. Ro.

IN nomine Domini, nos Galo, miſeratione diuina ſanctæ Mariæ in porticu, Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, excommunicamus omnes Sacerdo- *Cap. 1.*

tes & clericos quoscunque , qui post legitimam admonitionem ,Focarias vel mulieres alias, de quibus mala suspicio suboriri possit,in domibus propriis vel alibi, vnde populus vel Ecclesia scandalizetur , duxerint retinendas , nisi sint clerici qui in minoribus ordinibus legitimè contraxisse probentur,qui cum vxoribus ecclesiastica non debent beneficia retinere.Moneantur quoque, ne matres vel vxores, aliásve coniunctas personas secum habeant: cum quibus etsi nihil sæui criminis fœdus naturale existimari permittat , tamen frequenter , suggerente Diabolo , cum talibus noscitur fuisse facinus perpetratum.

2 Prohibemus etiam sub eadem excommunicatione,ne sacerdotes vel clerici occasione alicuius consuetudinis, pro baptismo, sepultura, benedictione , aliisve sacramentis Ecclesiasticis , aliquid exigere vel extorquere præsumant,sed ea liberaliter & sine difficultate studeant canonicè ministrare : moneantur tamen laici diligenter, ne quod pro reuerentia sacramẽtorum deuotio fidelium introduxit , ex auaritia velint aliquatenus reuocare.

3 Item & prohibemus , ne Sacerdotes de cætero cappis manicatis vtantur , & constituti in sacris Ordinibus , manicas consutitias,

titias, sotulares rostratos, vestésque rubri coloris habeant, districtione consimili prohibemus.

4 Decanis quoque, Archipresbyteris & Archidiaconibus, ne vestes rubri coloris, vel virides habere præsumant: & specialiter Archidiaconibus & præpositis, qui habent curam animarum, ne cappas foratas habeant manicatas.

5 Monachi etiam vt cappis sumptuosis & non nigris de cætero non vtantur, sub eadem pœna duximus inhibendum.

6 Inhibemus etiam omnibus tam clericis quam monachis sub excommunicationis vinculo, ne fœnus exerceant, & ne aliquam negotiationem exerceant inhonestam, prohibentur indistincte.

7 Vt autem ab omnibus in tonsura, habitu & conuersatione, honestas ecclesiastica conseruetur, districtè præcipimus vniuersis Prælatis, sub attestatione diuini iudicij firmiter iniungentes, vt omnia supradicta, obseruent: & quantum in ipsis fuerit faciant à subditis, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari.

8 Volentes autem (quantum cum Deo & honestè possumus) magistris & scholaribus deferre, eatenus erga ipsos rigorem, si quis est nostræ constitutionis, duximus tempe-

randum, vt antequam periculum excommunicationis incurratur, admonitio generaliter fiat per magistros, & comminatio excommunicationis in transgressores: quibus præmissis, si qui fortè contumaces & rebelles extiterint, iterum & nominatim sub eadē comminatione & in scholis moneantur, indulta nihilominus ad satisfaciendum dilatione competenti.

9 Quòd si forte nec taliter resipiscere voluerint extunc per Cancellarium qui pro tēpore fuerit, excommunicati denuncientur, & tandiu ab omnibus euitentur, donec satisfecerint competenter, & ab Episcopo, si fuerit præsens, vel eo absente, ab Abbate sancti Victoris, cum forma Ecclesiæ, fuerint absoluti.

10 Præcipimus autem magistris in virtute Spiritus sancti vt prædicta omnia (excepto tamen necessitatis inexcusabilis articulo) diligentius exequantur, ne per negligentiam vel malitiam aliquorum nostræ constitutionis autoritas contemnatur.

EXPLICIT CONSTITVTIO Galonis Cardinalis.

Additiones Vvilielmi Parisiensis Episcopi.

Cap. 1. PRæcipitur presbyt. vt clericos cuiuscunque sint ordinis, in parœcia sua commorantes,

morantes, moneant, quod tonsuram congruentem, & honestum habeant habitum iuxta Canones,& si aliqui in hoc inobedientes vel rebelles fuerint, monitione præmissa ab ingressu Ecclesiæ arceantur. Quod si aliquis de huiusmodi præsumptoribus tantæ sit potestatis,quod sine scandalo, à presbytero, prædicto modo coërceri non possit, Episcopo nuncietur.

2 Prohibetur sacerdotibus ne mercata frequentent, sed si ex aliqua causa necessaria, eos ad mercata ire oportuerit,in habitu honesto incedant,&quam breuiorem poterunt, ibi moram faciant.

3 In mercatis, non faciant comessationes, nec etiam alibi.

4 Prohibetur sacerdotibus,ne officium aduocationis exercere præsumant, nisi fortè in causa Ecclesiæ suæ, vel pro miserabilibus personis, pupillis & viduis parochianis suis quibus honestè deesse non possunt, & hoc absque pretij receptione, præter expensas moderatas.

5 Presbyteri vno die Missas duas non celebrent, nisi in necessitate: nec detineant corpora mortuorum super terram, occasione pecuniæ extorquendæ.

6 Præcipitur sacerdotibus, quod bis in anno ad minus, videlicet in Aduentu Domi-

ni, & in Quadragesima, peccata sua confiteantur confessoribus per singulos Decanatus constitutis.

7 Confessores, nomina confitentium scribant, & ad Episcopum ad Synodum deferãt.

8 Presbyteri parochianos suos moneant, & frequenter in Ecclesiis suis denuncient, quod omnes, saltem patres familiâs & matres, ad confessionem veniant ante Pascha floridum: & qui in hoc negligentes fuerint, in pœnam, vsque post octauas Paschæ, ad cõfessionem non admittantur, sed vsque ad illud tempus à carnibus ieiunabunt, sicut in Quadragesima.

9 Presbyteri parochianos suos solenniter pœnitentes, faciant venire in Capite Ieiunij ad Ecclesiam Cathedralem, vt per Episcopum solenniter ab ecclesia eiiciantur, & similiter in die Iouis proxima ante Pascha, vt per Episcopum Ecclesiæ reconcilientur.

10 Presbyteri iniungant parochianis suis confitentibus, quod omnia ablata, antequam testamentum vel legata faciant, plene restituant.

11 Præcipitur, quod presbyteri parochianos suos, qui tribus Dominicis continis se ab Ecclesia sua absentauerint sine causa iusta & necessaria, interdicant, & ad Episcopum mittant interdictos: + militibus dis-

* *Locus corruptus.*

cur-

currentibus defertur.

12 Præcipitur Sacerdotibus, quod diligentes & solliciti sint in monendo parochianos suos de eleemosynis & legatis ad fabricam Ecclesiæ beatæ Mariæ faciendis, & legata fideliter quærant,& reseruent:scribant etiam nomina eorum, qui legauerint, & ad Episcopum ad Synodum afferant,& sic eis appareat, qui fuerint in hoc diligentes & negligentes.

13 Presbyteri in Ecclesiis frequenter denuntient eos, qui matrimonia clandestina contrahunt,& qui eis faciendis assistunt,esse excommunicatos.

14 Præcipitur, quòd commodationes Carrucarum, quæ fiunt in festiuis diebus, quibus fieri solent, per sacerdotem fiant, ne in hoc aliqua inter commodantes interueniat confusio.

15 Præcipitur quod in celebratione Missarum,quando Corpus Christi eleuatur,in ipsa eleuatione vel paulò ante campana pulsetur, sicut aliàs fuit statutum, vt sic mentes fidelium ad Orationem excitentur.

16 Presbyteri iniungant parochianis suis, quod quando matrimonium inter aliquos erit contrahendum, illi qui debent contrahere, confiteantur, ob reuerentiam sacramenti, peccata sua presbyteris suis,priusquã

fidem præbeant de contrahendo, vel saltem antequam cõtrahant per verba de præsenti.

16 Presbyteri verò tunc soliciti sint de inquirendo, maximè super impedimentis matrimonij.

Ex Concilio Petri Archiepiscopi Senonensis.

Cap. 1. STatuimus, vt Aduocati iurent de calumnia de cætero, in causis tam inchoatis quã inchoandis, aut non admittantur ad eas tractandas.

2 Si aliquis per annum & diem excommunicationem publicam sustinuerit, compellatur potestas sæcularis, vt excommunicatum ad vnitatem Ecclesiæ per suam potestatem venire compellat, mittẽdo manum in ipsum & res eius.

3 Statuimus, ne Prior, nisi conuentualis, vltra summam quadraginta solidorum ab aliquo, sine licẽtia Abbatis sui, vel Episcopi sui, si remotus fuerit Abbas, mutuò pecuniam accipiat: quòd si fortè fecerit, abiiciatur à Prioratu, nec denuò valeat Prioratum adipisci, quousque per Concilium Prouinciale fuerit restitutus.

4 Eidem pœnæ subiaceat Prior, qui quamcũque summam pecuniæ receperit à Iudæo,

5 Statui

5 Statuimus vt Abbates, Priores, & alij Obedientiarij, de singulis prouentibus & redditibus & expensis, computent singulis annis diligenter in Capitulo. Et vt status tam Abbatiarum quam Prioratuum, à Claustralibus cognoscatur, Cõpotus in scriptis redigatur, ita quod Conuentus penes se retineat vnum scriptum, & Abbas aliud.

6 Nullus Abbas mutuò recipiat pecuniam, sine Capituli sui, vel maioris & sanioris partis Conuentus licentia, vltra summam ab Episcopo suo taxandam secundum Monasterij facultates: qui contrà fecerit, per Episcopum suum puniatur.

7 Præcipimus Abbatibus & aliis religiosis, vt ipsis vestibus & calceamentis ordini suo congruentibus vtantur: Et si Abbates in his obseruandis seu corrigendis fuerint negligentes, per Episcopos suos puniantur.

Ex concilio Galteri Archiepiscopi Senonensis.

STatuimus, vt Abbates & Priores conuentuales, qui nec venerint * nec se excusauerint, prætendendo Canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu Ecclesiæ suspendantur, & pœna, quantum ad hoc Conciliis statuta est, sub comminatione *Cap. 1.*

* *Videtur deesse.* Aynodum.

maioris pœnæ si aliis annis, supra his, culpabiles inueniantur *.

*Videtur deesse, Multétur.

2 Propter scandala grauia, quæ ex Monialium conuersatione proueniunt, statuimus de Monialibus nigris, ne aliquem dispositũ (*forte, aliquod depositum*) recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia Episcopi sui: maxime arcas clericorum vel laicorum, custodiæ causa, minime permittant apud se deponi.

3 Item communiter omnes in Refectorio comedant, & in dormitorio dormiant, nisi ex causa iusta & necessaria, de licentia speciali Abbatissæ, aliter fieri permittatur.

4 Item cameræ Monialium omnes destruãtur, nisi aliqua, quæ in susceptione Episcopi necessario retineatur, vel ad Infirmariam faciendam, vel alia de causa, quæ Episcopo iusta & necessaria videatur.

5 Item quod Moniales nullatenus exire permittantur, vel extra pernoctare, nisi ex magna causa & rarò, & Abbatissis iniungatur, ne aliter egredi permittantur: & si aliquando Abbatissa ex causa iusta alicui permittat, eidem iniungat, quod sine mora reuertatur.

6 Hostia suspecta & superflua obstruantur, circa hoc autem Episcopi diligentiam adhibeant & curam, per se & per ministros

suos,

ſuos, & vitas & conuerſationes ipſarum reſtringant, vt per eorum diligentiam, ſcandala quæ in præſenti de vita earum proueniunt ſopiantur.

7 Statuimus, vt omnes Iudices tam ordinarij quam delegati, temperent ſe & refrenent à generalibus excommunicationibus, nec in generali participantes, excommunicent, niſi valde grauis & enormis exceſſus contingat.

8 Moneantur Capitula ſecularium perſonarum, maxime Cathedralia, vt ipſi conueniant & ordinent & tractent, quod in Eccleſiis ſuis die & nocte, per ſe & per clericos Eccleſiarum, diuinum ſeruitium aſſiduè, competenter, ſecundum numerum inſtitutorum & facultatem Eccleſiarum celebretur, & circa ſeruitium diuinum diligentiam & curam adhibeant efficacem, ita quod modus habendi ſe in Eccleſia, tam in Choro quam extra, euidenter & ſufficienter vbi emendatione opus erit, emendetur infra annum.

9 Moneantur etiam Canonici & clerici ſeculares, quod ipſi, in habitu ſuo & aliis, præcepta tradita in generali Concilio, fideliter & obedienter obſeruent.

10 Statuimus vt in locis ſiue Prioratibus, vbi conuentualis congregatio ſolet eſſe, ſi facultates illius Eccleſiæ ſuppetant, Con-

uentus ibidem restauretur.

11 Item quod in domibus siue locis vbi solebant esse Prioratus, si facultates locorum sufficient, Monachi vel Canonici regulares ad d uinum seruitium ibidem celebrandum, reducantur.

12 Monemus Abbates & Priores conuentuales, quod tot seruitores in Abbatiis & Prioratibus sibi subditis instituant, si ad hoc sufficiant facultates locorum, quot ibi deseruire solent, & ne pensionem siue censum ab eisdem exigant, quam non solent exigere ab antiquo, nisi fortè alicui ex iusta causa ab Episcopo suo permittatur.

13 Statuimus quod Clerici Ribaldi, maxime qui vulgo dicuntur de familia Goliæ *, per Episcopos. Archidiaconos, Officiales, & Decanos Christianitatis tonderi præcipiantur, vel etiam radi, ita quod eis nõ remaneat tonsura clericalis, ita tamen quod sine periculo & scandalo ista fiant.

* Fortè vt hodie dicuntur Lutetiæ sizerij, filij de Matta.

14 Item antiquum statutum Concilij prouincialis rursus renouantes præcipimus, quod quando aliqua terra propter delictum domini terræ vel Balliuorum supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur, donec ad arbitrium & moderamen relaxantis, presbyteris parochialibus de damnis & de perditis Interdicti occasione illatis plenè fuerit satisfactum, vel de satisfaciendo cautum.

S. LVDO-

S. LVDOVICI GALliarum Regis Christianissimi pragmatica Sanctio.

LVDOVICVS Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro salubri ac tranquillo statu Ecclesiæ regni nostri nec non pro diuini cultus augmento & Christi fidelium animarum salute, vtque gratiam & auxilium omnipotentis Dei, cuius soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum extitit, & nunc esse volumus, consequi valeamus: Quæ sequuntur, hoc Edicto consultissimo in perpetuum valituro statuimus, & ordinamus.

Primò vt Ecclesiarum regni nostri, prælati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarij, Ius suum plenarium habeant, & vnicuique sua Iurisdictio debite seruetur. *Cap. 1.*

2 Item Ecclesiæ cathedrales & aliæ regni nostri, liberas electiones, & earum effectum habeant.

3 Item Simoniæ crimen pestiferum Ecclesiam labefactans à regno nostro penitus eliminandum volumus & iubemus.

4 Item promotiones, collationes, prouisiones prælaturarum, dignitatum, vel aliorũ quorumcunque beneficiorum, Officiorum Ecclesiasticorum regni nostri, secundum dispositionem, & ordinationem & determinationem Iuris communis, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, atque Institutorum antiquorum sanctorum Patrum fieri volumus pariter & ordinamus.

5 Item libertates, franchisias, immunitates, prærogatiuas, iura & priuilegia per inclitæ recordationis Francorum reges prædecessores nostros, & successiue per nos, Ecclesiis, Monasteriis, atque piis locis religiosis, necnon personis Ecclesiasticis regni nostri concessas & concessa, innouamus, laudamus, approbamus, & cõfirmamus per præsentes: harum tenore, vniuersis iusticiariis, officiariis, & subditis nostris, ac loca tenentibus præsentibus & futuris & eorum quilibet, pro vt ad eum pertinuerit, districtè præcipiẽdo mãdamus, quatenus omnia & singula prędicta, diligenter & attente seruent, tenent & custodiant, atque seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quouis modo faciant vel attentent, seu fieri vel attentari permittant: Transgressores aut contrafacientes, iuxta casus exigentiam, tali pœna plectendo, quod cæteris deinceps cedat

cedat in exemplum : In eorum omnium & singulorum testimonium, præsentes literas, sigilli nostri appensione muniri fecerimus. Datum Parisiis anno Domini 1268. mense Martio.

Explicit Sanctio Pragmatica tempore sancti & Christianissimi Francorum Regis Ludouici, solenniter, & salubriter edita.

De venerabili Odone Episcopo Parisiensi, ex Petri Blesensi Epistola 127. & 128. Odo Henrici secundi Anglorum Regis & Regis Gallorum cõsanguineus, inuitus ad Episcopatum Parisiensem Mauricio mortuo raptus est, puer eleemosynas condiebat lachrymis, adolescẽtem Gregorius 8. pene pari Episcopis honore excepit, quam in Anglia redditum huberem habebat tribus scholasticis pauperibus dispersit deditque, ita vt pauitione sua ditaret. Vide plura ibidem. Vixit ad Ann. D. 1175.

DE GALONE PARISIENSI EPISCOPO EX Iunonis Carnotensis Epistola 132. ad Paschalem. P. M.

DE cætero sanctæ Paternitati vestræ supplicando suggerimus vt dominum Galonem coepiscopum nostrum, de Beluacensi Eiscopatu quem propter sacramentum Domini Ludouici habere non potest, per manum Senonensis Archiepiscopi transferri iubeatis, in Parisiensem Episcopatum, &c. Qualiter autem in eum Cleri & plebis vota conueniant, dicet vobis præsentium portitor Parisiensis Ecclesiæ canonicus, vt cognoscatis eum bene posse transferri qui sedem propriam nulla ratione prævalet adipisci. Vixit ad An. D. 1105.

Typographus Lectori.

CVm huic libro extremam pene manum admouissem, iámque quasi in foribus esset vt prodiret in publicum: monuit me vir quidam pius, Robertum Bellarminium, societatis IESV Theologum, insignem in hoc opere errorem deprehendisse, eúmque in primo Tomo Controuersiarum, Controuersiæ septimæ lib. 2. Cap. 8. confutasse. Vt igitur in hoc opere, nulla tibi errandi adsit occasio: visum est mihi è re tua futurum, si ea quæ auctor is sanè in rebus de fide cõtrouersis examinandis perspicax aduersus hunc errorem disputauit in extrema huius operis parte insererem, eam tu boni æquíque consulito.

Præterea notandum est, errare Bartholomæum Caranzam, qui in summa Conciliorum dicit, can. 82. sextæ synodi prohiberi imaginem Christi in forma agni, & spiritus sancti in forma columbæ. At concilium non prohibet istas imagines, sed anteponit tantum istis imagines Christi in forma humana. Vnde in 7. Synodo act. 2. legitur epistola Adriani ad Tharasium, in qua laudata dicitur in 6. Synodo imago Christi in forma agni. Idem dicit Helias

in 7. Synodo act. 4. Idem Epiphanius in 7. Synodo act. 6. & præterea in 7. Synodo act. 5. approbatur imago ſpiritus ſancti in forma columbæ.

Præterea ratio Bartholomæi contra ipſum videtur concludere: ipſe enim dicit prohibitas eſſe has imagines, quia præſente veritate ceſſare debent figuræ: At iſtæ imagines non fuerunt in vſu in teſtamento veteri, ſed cœperunt poſt Chriſti aduentum. Imago enim agni ſumpſit occaſionem ex illis verbis Ioãnis: ECCE AGNVS DEI. Imago autem columbæ ex illa columba, quæ apparuit ſuper Chriſtum Mat. 3. Occaſionem errandi videtur iſte auctor accepiſſe ex ipſo canone, qui non integrè habetur in illa Synodo: ſed corrigendus eſt error ex 7. Synodo, vbi ſæpius iſte ipſe canon integer adducitur.

FINIS.

BIBLIOTEKA * KOPERNICKA *

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

14058

